ctorum iurium prouidebatur quia electus in prelatum ſe cōfir-
mabat habitui illorum quibus erat prefectus. iuxta no. de vi.
⁊ ho. de. clericis qui. ⁊ ad. c. in noua. reſpōdebatur ꝙ ibi prohibe
tur diſparitas vt ſeculares clerici vel layci ad profeſſos ſecus in
diſparitate religionis. hodie vero quicquid olim diceretur ſtā-
dum eſt de. huic. Ex quo habes ꝙ etiam diſparitas religionis
profeſſionis vel habitus reprobatur. Hec intellige vera quan-
do ſocialiter ⁊ conuentualiter aliqui vt vnum corpus iungun-
tur. ſecus ſi vt ſinguli ad officium aliqđ explicandum. dum ta-
men alterius profeſſio eum non reddat inhabilem. vnde poteſt
clericus ⁊ laycus iungi in officio executoris arbitri vel cōſiliarij.
de teſta. ioannes facit de arbi. cōtingit. de quo in preallē. decre.
13 Jo. an. in. ij. oppoſitione. ⁊. eo. ti. offici. in glo. pe. ¶ †Ex ꝓdi-
ctis apparet ꝙ glo. remanet in concluſione ꝙ hec de. ſit iuris
antiqui correctoria corrigens potiſſime decre. nullus. eo. ti. lib.
vi. Ber. hoc non placet. Mouetur quia iuris correctio eſt eui-
tanda. ē. eo. cum expediat. in. vj. Ad decre. nullus. ē. eo. reſpon
det ꝙ ibi debet exponi litera dum dicit alterius. ſ. monaſterij.
non autem alterius. ſ. religionis vel habitus. vnde ſm eum hec
conſtitutio erit declaratiua antiqui iuris non promulgatoria
noui. per hoc infert ꝙ electiones facte ante publicationem hu-
ius conſtitutionis videntur fuiſſe nulle. contrarium tenet pro-
pter verbum de cetero hic poſitum. ꝙ reſpicit futuras tantum
electiones. ⁊ ſic non preteritas ante decretalem. ideo non tene-
bant ante publicationem cōſtitutionis. propter cōmunem opi.
doctorum. que pro iure obſeruabatur ſm Ber. No. bene hoc
dictum ꝙ tolerantur geſta virtute communis opinionis. licet
poſtea declaretur opinionem cōmunem non fore nec fuiſſe iu-
ridicam. ⁊ per hoc limita. no. de cōſti. c. ſi. ⁊ de vſu. cum tu. Con-
tra opinionem tamē iſtam vꝫ ꝙ hec cōſtitutio nō ſit declarato-
ria ſed correctoria. facit qꝛ non videtur. bona reſpōſio ad decre.
nullus ibi enim dicit eiuſdem vel alterius religionis non dicit
monaſterij. niſi exponas religionis. i. monaſterij. ſed hoc eſt lite-
ram violare. Vel poteſt aliter reſpōderi. ſaluando opi. predictā
quia ibi vacat argumentū a cōtrario ſenſu. ar. no. de dec. publi-
a cato ⁊ ſic zenze. reſpōdebat.[a] vnde inſtitutum ibi innuit a contra-
rio ꝙ ibi expreſſe profeſſus potuit aſſumi in prelatum alterius
religionis non tamē debet tale argumen. ſumi. quia reſultaret
14 abſonus iuris intellectus. ¶ †Ultimo ex glo. i. ibi ex cōſuetudi-
ne roborata. in no. do. Ant. ꝙ cōſuetudo diſponens idem quod
ius. ſuper quo ſunt opiniones. ⁊ approbans vnam ex illis non
reuocatur. ⁊ licet illa ſit conſonans iuri dicitur aliquid operari.
ſecus ſi diſponeret omnino idem qđ ius clarum ⁊ certum. et ſic
temperat no. per glo. de ꝯſti. c. i. in. vj. facit. l. minime. ⁊. l. de qui
bus. ff. de leg. Ad hec etiam glo. licet nō alleget in cle. ſtatutū. ſ.
eo. titu. ⁊c. ¶ Glo. homines querit an cle. locum habeat in mo
naſterijs monialium quoad earum prelatos. Reſpon. ꝙ ſic:
Mouetur quia dicit hic homines. ꝙ eſt generis cōmunis. vñ
declinatur hic ⁊ hec homo. ad idem. l. hominis. ff. de ver. ſigni.
15 ¶ †Ex iſta glo. no. do. Anto. ꝙ de proprie ⁊ ſtricta ſignifica-
tione vocabuli nomen generis cōmunis cōprehendit in ſe ma-
ſculinum ⁊ femininum etiam dato ꝙ in cōmuni vſu loquendi
aliud ponatur ad ſignificandum maſculinū ſm eū. Sed aduer
te hoc videtur cōtra no. ff. de leg. in. l. librorū. §. ꝙ tamē caſſius.
vbi cōmunis vſus preualet proprie ſignificationi ⁊ cuiuſqꝫ alte-
ri. dic habito reſpectu ad vulgare procedit qđ dicit do. Anto.
b de vſu communi qui habet ꝙ aſſumitur pro maſculino.[b] ſed in
latino ⁊ in prolatione latina cōprehendit etiam femininū ſm
vſum loquēdi. vnde ſane intellige eius dictum. ſed obuiat pre-
dictis quia videtur ꝙ in caſu iſto non cōprehendat femininū.
quia tex. in ver. prohibemus dicit ne religioſus ⁊c. ⁊ ſic de ma-
ſculo videtur tantū loqui. Reſpōdet glo. ꝙ ſub iſto maſculino
cōprehenditur femininū. iuxta no. eo. ti. generali. in. vj. in glo.
ij. de quo ibi etiam plene. xxvi. q. iij. ſi quis ſuadente. p Archi.
⁊ per Pan. hic ⁊ Joan. de lig. qui ponit verba. Bar. ad literā
16 que ponit in. l. i. ff. de ver. ſigni. ¶ †No. ex glo. i. ſm do. Anto.
ꝙ quando adiectiuū profertur ſub voce maſculini generis pre-
c cedente ſubſtātiuo cōmunis generis[c] etiam in materia ſtricta
cōcipit femininū. de quo per Bar. in preallē. l. i. licet Butri. cō-
tra. per. l. i. §. de eo. ff. de pecul. ſed poteſt ſaluari dictū Bar. ꝙ
comprehendit virtute regule iuris antiqui. de qua in. l. i. de ver.
ſigni. licet nō forte ex ꝓprio ſignificato. ⁊ ita loquitur Butri. in
l. quicūqꝫ. C. de ſer. fugi. vbi per Cy. ⁊. l. ſi quis in tanti. C. vñ vi.
17 ¶ †Ex iſta glo. no. duo ſm do. Ant. Primum ꝙ vbi ius cor-
rigens in verbis rationis latius loquitur ꝙ in verbis ſtatuti
aut diſpoſitionis ſtatutum ad id extenditur ꝙ poteſt cōprehē-
di ex verbis rationis. ⁊ ſic ſtatutum corrigēs ex identitate ratio-
nis ſcripte extenditur. non tamen excluduntur verba rationis
ꝙ quātūcūqꝫ extendantur verba ſtatuti aut diſpoſitionis que ver-
ba ſunt notanda ſm eum propter ſtatuta que in prohemio po-
nunt verba latiora ꝙ poſtea repetāt in ſtatuto ſpecifico ad hoc
tex. optimus ſm eū in. l. regula. §. ſed licet. ff. de iur. ⁊ fac. igno.
concor. huic glo. ſ. in verbo eligatur. que clarius hoc probat cer
te puto ꝙ glo. iſta probat ecōtra. ſ. ꝙ attendendū eſt ſtatutum
generale ⁊ non ratio ſpecifica. vt apparet ex recitatione eius.
Nunqđ ergo ſi diſpoſitio ſit latior rōne dꝫ attēdi diſpoſitio. di-
cit ꝙ ſic. alle. glo. de temp. or. c. cū nullus. in verbo clericus. in. vj.
melius in. c. i. in vbo clericū. ſed dicit ipſe ꝙ glo. i. in ſi. huius gl.
ſentit hoc ⁊ verū ⁊ ibi dicā. Non ob. c. cū nullus. qꝛ ibi ideo gra
tia exempli ponitur de clerico. vel quia in alia decreta. hoc eſt
d expreſſum. ſ. in. c. ſi. eo. titu. ⁊ lib. ⁊c.[d] ¶ †Quid autem ſi rub.
18 ſit generalior nigro. Bal. ſm eum. C. de vſu. auc. ad hec. ſentit ꝙ
debet attendi nigrum. ſed certe glo. ſentit cōtrarium in auc. de
inceſt. nup. in prin. ⁊. C. de inceſt. nup. autem inceſtus. ⁊ in rub.
C. ne fideiuſ. do. den. ⁊. l. i. C. etiā ob cyrographariam pecuniā.
dicit tamen Odof. in. l. i. C. etiam ob cyrographariam pecu. ꝙ
licet a rubricis legum ſit licitum arguere quia eas fecit Impe-
rator tamen ſecus in rubricis decretorum. quia facte ſunt a nō
habente poteſtatem condēdi ius vel legē. ſed habetis glo. in. q.
iij. charte. Ad materiam fa. quod no. de coha. cle. ⁊ muli. ve-
ſtra in rub. ff. de eo per quem fa. erit. ⁊ ibi habetur an ſit licitū
19 arguere ab ordine rubricarū. ⁊. l. i. de confir. ⁊c. ¶ †Deinde
quero cum glo. an cle. locū habeat in monaſterijs monialium
que reguntur per mares. ꝙ poteſt eſſe. xviij. q. ij. qui religioſus.

a ¶ Unde inſtitutū. Adde ꝑ iſta ſo. qđ not. Bal. et doct. in l. conuenticulā. C. de epiſ. ⁊ cle. ⁊ glo. in. c. vnico. de eta. ⁊ ql. in. vj. ⁊ Jaſ. plene in. l. i. in prī. in. iiij. not. in. l. fallentia. ff. de offi. eius cui mā. eſt iuriſ.

b ¶ Sed in latino. Adde ꝙ dꝫ attēdi cōmunis vſus loquēdi qui eſt apud peritos ⁊ ſapiētes non qui eſt apud vulgares ſꝫ Bal. in rub. ff. de ſuc. e. ⁊ alexan. conſi. cxv. col. i. volu. ſcđo ⁊ Alexan. pulchre in conſi. v. col. i. in ſi. ⁊ ſeq. in. iij. volu.

c ¶ Etiam in materia. Adde pulchrā deci. Alex. cōſi. cxv. colū. ij. circa ſi. vo. ij. vbi ponit ꝙ ſtatuto ꝙ artificibus coniunctis ꝑ lineā maſculinā ⁊c. vide etiam ad iſtā materiam Alexan. conſi. cccciij. col. ij. in ſi. vol. iiij. ⁊ ꝯſi. ſeq. col. iiij. poſt me. et Jaſ. plene in. l. ſi quis id qđ. ff. de iuriſ. om. iudi.

d ¶ Quid autē ſi rubri. Adde glo. notabilē in l. i. C. de cap. ciui. cenſi. eximēdis lib. x. Alex. ꝯſi. i. in. ij. colū. circa ſi. in. iiij. vol. Alex. l. cōſi. ar. col. ij. in. v. vol. et Jaſ. in rub. inſti. de actio.

⁊.c.in decima. videtur ꝙ non. quia inter tales non eſt nec eſſe debet ſocietas.de qua hic loquitur in prin.vȝ quia in eodē monaſterio ſunt mares ⁊ femine ſimul ſociate. vt preallег.c. in decima.vnde de his loqui nō videtur. glo.tenet cōtrariū per tex. in ver.prohibemus.que loquitur generaliter ergo ⁊c.de cōiug. lepro.c.ij. cum ſi.fa.qđ no. in ſimili in.c. indēnitatibus.§. ſane
20 in glo.magna.ad fi.de.eo.in.vj. Ex iſta glo.not.do. Anto.ꝙ † vbi ſtatutū in ratione ſui habet ſtrictiora verba ꝙ in diſpoſitione apponantur attēditur ſtatutū ⁊ non ratio.ſed hoc dicit falſum.quia ratio ſemper reſtringit dictum.arg.l.ꝙ dictum.ff. de pac.⁊.l.adigere.§.quis.ff.de iurepa. Non ob. ſol.glo. quia dicit ꝙ illa eſt vera.ſed non per rationē gl.vnde dicit ꝙ ratio hic habita poteſt proportionari caſui gl. quia ſocietas datur inter prelatum ⁊ eccleſiam quomodocūqȝ coniungatur. vt prelatus. cū late dici poſſet ſponſus.de elec.ne pro defectu.⁊ ſic licet nō ſit ſocietas tanta quanta eſt inter mares vel feminas tantū inter prelatū monaſterij monialium ⁊ ipſas moniales.tamē locū hȝ ratio litere q̄ generaliter de qualibet ſocietate in eodeȝ monaſterio loquitur. Aduerte tamē ꝙ potes dicere ꝙ vbi verba ſtatuti aut diſpoſitionis ſunt certa ⁊ clara ⁊ ſpecifica.attenditur diſpoſitio potius ꝙ ratio.ſed vbi ſunt dubia vel indefinita ſeu generalia.tūc ſecus ⁊ ſic poteſt ſaluari glo.⁊ dictū do.Anto.Fallit ſi verba diſpoſitionis ſunt dubia. Si tamen verba rationis late ſumpta poſſunt adaptari ad caſum dubiū vel indefinite cōprehenſum ⁊ vigeat eadem ratio vide de tempo.or.c.j.in. vj.in
21 glo.in verbo clericum.ſic etiam intelligitur iſta glo.† Concludc quādoqȝ ratio eſt ſtrictior diſpoſitione.quādoqȝ econtra. Primo caſu ſi diſpoſitio eſt adeo ſpecifica ⁊ clara ꝙ expreſſe ⁊ ſpecifice cōprehendit caſum ad quem ratio nō adaptatur. ⁊ tūc attēdimus diſpoſitionem ⁊ ratio preſumitur impulſiua nō finalis. ar.no.de renun.poſt trāſlationem:aut nō ſpecifice ſed ſub generaliter includit caſum de quo queritur. ⁊ tūc aut ratio eſt impulſiua qđ in dubio preſumitur quādo eſt de preterito.iuxta no.in l.ij.§.ſi.ff.de dona.per Bar.⁊ tūc attēdimus diſpoſitionem et ſic intelligitur tex.cum glo.in.c.j.de temp.or.in.vj. Aut eſt finalis qđ in dubio preſumitur quādo reſpicit futura. ⁊ tunc per rationem reſtringitur diſpoſitio ſi reſtrictio fiat ad finem ne quis indebite damnū patiatur.l.adigere.§.quis.ff.de iurepa.⁊.l.ij. C.de nota. Idem ſi fiat ne quis indebite ad lucrū admittatur. ff.de mu.⁊ ho.l.vt gradatim.§.j.⁊.C.de ſacroſan.eccle.l.j. ſecus ſi fieret ne quis perderet lucrū indebite.vt.l. proſpexit.ff. qui et a quibus.no. Bar.in.l.omnes populi.ff.de iuſti.⁊ iur.in materia interpretationis ſtatutorū. Jaco.tamē de are.in.l.j.ff. ſolu. matri.dicebat ꝙ ſemper attēditur diſpoſitio nō ratio.niſi per eandem legem vel aliam aliud ſit expreſſum ⁊ ſic intelligitur.l. proſpexit.ſed dictū precedēs videtur verius. Secūdo caſu quādo ratio eſt generalior dicto an fiat extēſio.dic ꝙ ſic. in nō exorbitantibus vel penalibus. Quādo ratio eſt finalis in exorbitātibus vel correctorijs aut penalibus.dic: vt.j. quia aut ſunt ver
22 ba dubia ⁊ fit extenſio.aut clara ⁊ regulariter non fit. ¶ † Glo. monaſterijs.querit an eccleſie ſeculari poſſit preſici religioſus. Reſpōdet per hunc tex.ꝙ nō prohibetur quia loquitur tantū de monaſterijs.vnde non comprehendit eccleſias ſeculares. de quo.j.dicetur facit.liiij. diſt.§. de ſeruis.j.de penis.c.ſi.⁊.c. ex eo.in ſi.⁊.e.ti.in.vj.⁊.c.cupientes.in prin.⁊ de cōſue.c.ij.Cōtra hoc facit qđ no.de ſup.neg.prela.grandi. Dic ibi dicitur appellatione eccleſiarum cōprehēdi monaſteria non autē ecōtra ꝙ
23 qualiter intelligi debeat.dic vt ibi dixi.¶ † Querit vlteri⁹ glo. quid de eccleſia ſancti Ambroſij mediolañ.vbi eſt duplex collegium.ſ.monachorū ⁊ regularium canonicorū an in ea locū habeat cle.vt ſic monachus nō poteſt preſici regularibus canonicis. Reſpōdet ꝙ ſic.quia cū quodlibet collegiū ſit ibi diuiſum. quia monachi reguntur per abbatem.⁊ canonici per prepoſitū. Idem in talibus prelatis aſſumēdis locū habet cle.quia nō po
24 terit monachus eligi in ſtatū canonicorū nec ecōtra.¶ † Querit do. Anto.quid in collegijs mixtis vbi in eodē eccleſie corpore habitant maſculi ⁊ femine ad diuina celebrāda vt eſt florētie eccleſia ſancti Petri maioris.an de iure ſine diſpenſatione hoc ſit licitum.dicit quando ita iungantur ꝙ cōmunitatē habeant in eodē choro ⁊ clauſtro vel dormitorio prohibitum eſt.xviij.q. ij.diffinimus.⁊.c.pernitioſum.⁊.c.in nullo. Idem ſi taliter iungantur ꝙ habeāt aditum facilē ad confabulandū per iura predicta. Idē ſi habent aditū ſeparatum nec poſſunt de facili cōfabulari tacite ꝙ de mero rigore talia monaſteria debēt in lōginquo edificari loco religioſo. vt pbatur.xviij.q.ij.monaſteria.ij. ⁊ ſi tale reperiatur ſimul iunctum in eodē loco epũs dȝ dimittere moniales in loco ſuo ⁊ cogere monachos ad edificandum alibi in loco longinquo monaſteriū.⁊ ſi facilis nō eſſet hec ſeparatio poſſet tolerari.dūmodo adeo adinuicem ſeparētur ꝙ inter eos non ſit cōmunio.vt.d.c.in nullo.loquūtur tamē illa iura de monachis.ſed idē credit de clericis ſecularibus ꝑpter idētitatē rationis. An autē clerici ſeculares poſſunt cū religioſis ſimul iungi.dic ꝙ ſi volūt iungi tanꝙ prelati monachorum nō poſſunt. Idem ſi tanꝙ membra vnius ⁊ eiuſdē corporis iungi velint.ꝑ rationē cū cōcor. Si vero vellent iungi tanꝙ habētes exercitiū cure populi extrinſece.vbi eccleſia cōuētionalis eſſet curata poſſunt ⁊ licitū eſt immo de iure facere debēt de cap.mo.c.j. Idem ſi volūt habere titulum in capellis ipſis monachis ſubiectis extra corpus monaſterij. de ma.⁊ obe.dilecta. vbi religioſi habēt clericos ſubiectos. Si vero volūt intitulari in corpore eccleſie vt capellani. Et ſic habere titulū extra cōuentū.in eccleſia tamē regulari.vt ſeparati a corpore collegij.nō vt illi aggregentur. Hoſt. videtur velle ꝙ ſic.de ſta.mo.ea que.§.precipimus ſed certe tex. ibi videtur velle cōtra.ſm do. Anto.dum reſeruat tantū in preteritum receptis ⁊ ſic recipiendos in futurū indiſtincte ꝓhibet ſm do. Anto. Si aūt monachi vellent prebendare aliquē pauperem clericū cauſa pietatis ad ſuſtentationē non in titulū poſſent per ibi no.per doc. An autē ad actū electionis poſſet ſecularis clericus ex pacto vel aliter iungi cum monachis dicit Hoſt. ꝙ ſic ſi pactū fuerit in fundatione appoſitū. Ideȝ ſi poſtea dūmodo hoc ſit cōſuetudine roboratū.alr̄ non licet. Ad hoc.j.e. titu.cōſtitutus.⁊.c.ſcriptū ⁊c.¶ Glo.prelatum.in ſui prin. querit an procedat litera in quolibet prelato quocūqȝ nomine nun
a capetur.dicit ꝙ ſic.ᵃ quia ſic generaliter loquitur litera.vnde locum habebit in priore miniſtro cuſtode prepoſito archipreſbytero.cum ſi.idē Guil.⁊ Pau.dicētes in quolibet adminiſtratore etiā ad nutū remouibili. arg.j.de ſupple. negli.prela.c.j. xvj. q.j.de preſentiā.¶ Deinde opponit glo. ⁊ videtur ꝙ immo licitū ſit ꝙ homines diuerſe religionis ſimul ſocientur.vt ſi oppo. de decre.licet. de regula. So.aut loquitur hic tex. aut in trāſitu ſociali ⁊ fraterno.⁊ tūc habet locū contrarium.quia ſi eſt paris vel minoris religionis non eſt licitū. Cuius tamē tunc requiratur licentia an pape an ſufficiat epiſcopi ⁊ abbatis.vide de preben.cum ſingula.⁊ in glo.⁊ in nouella.⁊ per Jnno. de renunciatione.poſt tranſlationem.ſecus ſi maioris.vt ibi. Nec ob. ratio hic poſita que videtur generalis etiā ad tranſitū ſocialē. et per conſequēs videtur ꝙ cle.etiā in illo locū habeat. quia dicit glo. ꝙ licet regula ſit generalis quo ad talem trāſitū.tamē prohibi
25 tio ſolū eſt de tranſitu per viam prelationis. ¶ † No.bene glo. ſm do. Anto.quia diſpoſitio ſtatuti ſtricta non extēditur ad limites rationis. magis late.cōtra.j.dixit glo.ij.in verbo homines.vnde dicit ꝙ gl.bene ſentit in dicto:ſed nō in ratione. quia nunꝙ eſt dare in aſſumpto aut electo in monachū ꝙ ibi ſit ſocietas diuerſe profeſſionis.quia ꝯſideratur tempus poſt aſſumptionē ⁊ tranſitū.tunc eſt ſocius ⁊ ſocietati cōfirmatus.cum ſit tunc de eadē religione profeſſione ⁊ habitu. Si cōſideramus tēpus ante tranſitum nō eſt diſparitas. quia adhuc nō eſt de illa religione. Et ſi dicas idē deberet eſſe in prelato qui poterit etiā ſe cōfirmare.vt dicit glo. Dicit aliud in prelato.quia tunc ex electo queritur aliud ius in prelatione.⁊ anteꝙ ſit religioni confirmatus ad quā aſſumitur cū ante eligatur ꝙ profiteatur qđ nō eſt in aſſumptione in monachū quia ex ſua electione nullū ius queritur ante profeſſionē.⁊ ſic nunꝙ reperitur diſparitas in ſocietate.qđ ponderat hec cle. Ex glo.iſta etiam inqꝫtum dicit nō
26 prohibet eligi ⁊c.¶ † No.ſm do. Ant.ꝙ de monacho ad actū monachatus prouidetur aliqñ per viā electionis alibi. Idē ſentit Jnn.de elec.officij.vbi dicit ꝙ ſecularis tāꝙ inhabilis debet poſtulari ad monachatū nō eligi. Alibi dicit nō meminiſſe ſe legiſſe.ideo dicit glo.bene notandum.quia de facili alibi nō reperies ſm eum. Sed certe circa hec habetis bonā glo.in cle.ij. de iudi.in glo.nūquid ergo. ⁊ per Archi.in.c. indēnitatibus.§. ſi vero ad illā.in verbo recipiat.j.eo.in.vj.quicquid tamen dicatur hec eſt impropria electio nec aliqđ ius queritur ante profeſ
27 ſionē ⁊c. ¶ † Glo.religionis. querit quid ſi religioſus eligatur in prelatū monaſterij eiuſdē profeſſionis ex eo.quia idem profitetur vterqȝ eſt tamē alterius religionis an habebit locum prohibitio cle. Dicit glo.ꝙ ſic.per iſtum tex.qui dicendo hic in ver. prohibemus.de diſpari religione vel habitu.⁊ in prin. de diſpari profeſſione dat intelligere ꝙ in quocūqȝ iſtorū triū ſit diſparitas.⁊ ideo cadit ſub prohibitione cle. Idem Pau. hic q dat exemplum de predicatoribus qui profitentur regulam Auguſtini ſicut ⁊ heremitani.⁊ tamen ſunt diuerſe religionis ex ſic ſe reſtrinxerunt.qđ parum eſt de illa regula in regula eorū. Quid autem habeat inducere diuerſitatem religionum.dic ꝙ maioritas aſperitatis vite ⁊ ſilentij. iuxta not.de regu. ſane.per doct.
28 ¶ † Sed querit Pau.quid ſi due ſint religiones eedem in obſeruantijs.ſed diuerſos habent inuentores.an ſit locus huic cōſtitutioni.videtur ꝙ ſic.quia perſone vel rerum idētitas quandoqȝ conſideratur.de reſcrip.abbatem.contra.credit.ſ.ꝙ vnus poſſit eligi in prelatum alterius.quia ceſſat ratio cōſtitutionis.

nam rōne

a ¶ Or. ſic generaliter. Adde bene facere tex. in.c. quis decr. ſigni. et gloſ. in cle.i.in ver.preſidentes. de. titu. j. vbi Jmo.

nam ratione inuẽtoris tantũ nõ poſſunt dici diuerſe. cũ omniũ
religionũ ſit vnus auctor. ſ. deus ꝛ papa. licet diuerſi ſint inuen
tores. de relig. do. c. fi. ꝛ ſcđs ordinarius videtur imitatoꝛ prime.
xxiiij. q. j. titius. de heret. excõicamus. ſm eum. hoc credit do.
Anto. ſi regule habentur pro eiſdẽ. alſ ſecus. quia tũc procedit
29 glo. ꝛc. ¶ † Glo. habitus querit hoc dicit ꝙ triplex diuerſitas
facit locũ huic cõſtitutioni vʒ ꝙ ſit in profeſſione: religione: vel
habitu. Quid de quarto. ſ. de diuerſitate colorũ. an illa ſolum
faciat locũ huic cõſtitutioni. Rñdet glo. ꝙ non. quia de illa hic
nõ expreſſit ibi ꝛc. argu. de tranſla. c. ij. ꝛ de deci. ad audiẽtiam.
per hoc infert ꝙ omnes canonici regulares qui profitentur re
gulam Auguſtini. licet variẽt in colore. qꝛ aliqui vtuntur albo.
alij nigro. alij mixto. alij griſeo. poterint inuicẽ eligi in plati.
hoc iuſtificat glo. quia eorũ habitus eſt linea cotta. quam por
tant ſub capa. fa. ſ. de ſta. mon. ne in agro. poſt prin. ꝛ quod no.
xvi. q. vij. in nona. ideo nõ curãdo de colore exterioris veſtis cũ
illa non ſit de habitu vt eſt dictum pro hac alle. etiam glo. quia
videmus ꝙ in multis religioſis eiuſdem monaſterij eſt duplex
color. vt eſt videre in ciſtercien. qui vtuntur albo ꝛ griſeo prout
eis placet dicit glo. vera eſſe vbi diuerſitas colorũ nõ eſt de ſub
ſtantia habitus. ꝛ ſic non inducit diuerſitatem in habitu. alias
caderet in conſtitutionem iſtã non ex diuerſitate coloris im
mediate ſed ex diuerſitate habitus que induceretur tũc ex diuer
30 ſitate coloris. fa. ſ. de reg. eos qui. ꝛc. ¶ † Gloſ. decetero. querit
quid de electionibus. primo factis ante cõſtitutionẽ iſtam con
tra formã huius de. an vitiate fuerint ꝑ hãc de. Reſpõdet glo.
ꝙ nõ etiam ſi lis penderet tẽpore huius cõſtitutionis. ꝛ hoc in
nuit verbũ decetero per qđ ſolum irritat futuras. fa. qđ no. de
poſtu. prela. c. vno. in. vj. pro hoc alle. Lau. ꝙ hec conſtitutio eſt
noui iuris promulgatoria ꝛ correctiua antiqui. ideo nõ reſpicit
electiones factas ante publicationẽ huius cõſtitutionis. ¶ In
cõtra. alle. quia hec cõſtitutio fundata eſt ſuper naturali inhibi
tione. ſ. nõ arabis in boue ꝛ aſino. facit de vſuris cum tu. finali
ter tenet idẽ cum glo. per verbũ decetero. Non ob. contra. quia
ille tex. nõ arabis ꝛc. debet intelligi ad ſanum intellectum. ideo
non cõcernit principaliter pximitatẽ ſtatum regulariũ qui pro
cedit de iure poſitiuo. ſecus in inhibitione vſurarũ que ꝓcedit
a iure diuino. vt. d. c. cum tu. cũ ibi no. ſm eũ. Clarius poteſtis
dicere ꝙ illa auctoritas nõ arabis. poteſt intelligi in ſenſu miſti
co ſm no. vj. di. §. his ita. ſ. non eris tardus in bene operando vt
aſinus. ſed laborioſus ꝛ ſollicitus vt bos. Her. tamẽ aliter dice
bat vt vidiſtis per glo. j. quia dicebat ꝙ hec cõſtitutio eſt decla
ratoria iuris antiqui. tamẽ quia contra communem opi. que pro
31 iure ſeruabatur ideo non cõprehendit preterita ꝛc. ¶ † Glo.
eligatur querit an religioſus vnius monaſterij poſtulari poſſit
in prelatũ alterius religionis ꝓfeſſionis vel habitus. Reſpon
deo ꝙ ſic. quia hic tñ prohibet ne eligatur non autẽ ꝓhibet de
poſtulatione. ideo cõcludit glo. ꝙ ex cauſa poterit poſtulari. fa
32 cit. l. cum pretor. ff. de iudi. facit de preſump. nõne. ¶ † Secũdo
querit glo. a quo debet illa poſtulatio fieri. dicit ꝙ a papa. alle.
quod no. a ſimili. ſ. c. indẽnitatibus. poſt prin. in. vj. idem tenet
Pau. quia eps nõ poteſt cõtra conſiliũ diſpẽſare. de preben. cũ
dilectus. ꝛ no. ſ. c. cum dilecti. Idem Ste. mouetur per. c. dilo
ctus. ꝛ per no. per Inno. de tempo. or. qꝛ diſpẽſatio hic nõ repe
ritur permiſſa. ideo eps eam petere non poterit. vt ibi no. fa. qđ
no. per Inno. ſ. c. officij. Idem etiã zenze. licet dicat Innocẽ. ꝛ
Hoſt. ſentire contra. in. c. fi. ff. de poſtu. prela. ꝛ non ſoluit aliter.
ſed dic hic de poſtulatione ſolẽni quam ſolus poteſt admittere
qui poteſt cũ vitioſo diſpenſare. iuxta no. in. d. c. fi. Sed contra
cõſilium ꝛ communiter cõtra hanc cõſtitutionem que conſilii eſt
non põt epiſcopus diſpẽſare nec cõtra legẽ communẽ. ſ. eo. ne ro
mani ꝛ. ſ. eo. cum dilecti. cũ ibi no. fa. l. in. C. de offi. prefe. preto.
orientis. ꝛ qđ no. de offi. Archi. c. fi. dictũ autẽ Inno. loquitur
in poſtulatione nõ ſolenni q̃ eſt preambula ad electionẽ. Arch.
vero vt refert. Jo. and. in. c. indẽnitatibus. tenet cõtra. ſ. ꝙ a ſo
33 lo epiſcopo poſſit poſtulari per. c. cum in magiſtrum. ſ. eo. † et
a quia[a] non eſt de reſeruatis pape de quibus in. c. ꝙ tranſlatio
ne. de offi. leg. Sed certe precedẽs opinio verior eſt hodie. licet
olim forte ſecus per. c. cum in magiſtrũ. preallega. ſed eſt hodie
clarũ per predicta ſuperius. ꝛ per. c. pe. ꝛ fi. de fi. preſ. ꝛ cũ gloſ.
tenet Jo. de ſan. ꝛ do. Anto. ¶ Tertio querit glo. quia multi
pliciter poteſt quis aſſumi in prelatum. ſ. per viam electionis. ꝛ
per viam poſtulationis. ꝛ per viã prouiſionis. ſ. c. cauſam. ꝛ. ſ.
eo. ti. c. j. ꝛ. c. vt circa in. vj. quia dictũ eſt de via electionis. ꝛ po
ſtulationis. quid de via prouiſionis an per illam preſici poterit
in prelatum alterius religionis profeſſionis vel habitus. vide
b tur ꝙ ſic. quia hic loquitur tantũ [b] de electione. ergo in prouiſio
ne locũ non habet cum hec diuerſa ſint vt probatur in. c. cum in
illis. de preben. in. vj. quia hoc per ius antiquum nõ corrigitur
niſi in caſu expreſſo. de ap. precipimus. ꝛ. ſ. eo. cum expediat. in
vj. glo. finaliter dicit ꝙ lʒ hoc poſſit diſputatiue defendi tamen
cõtra. putat eſſe de mẽte huius cõſtitutionis. Mouetur qꝛ ra
tio hic expreſſa eſt cõmunis ad viam prouiſionis. ꝛ electionis.
ergo ex mẽte que ex ratione colligitur. l. di. conſuetudo. ꝛ. l. j. C.
que ſit lon. cõſue. habebit locũ de. ꝛ hoc potiſſime dicit glo. ſal
tem procedere in eo qui habet ex iure ad ipſum deuoluto pro
pter electoris negligentiã vel delictũ. quia tunc cum ſuccedat in
iure illius qui habebat eligere eodem iure quo ille debet vti. fa.
qđ videbitur. ſ. de ſup. neg. prela. grãdi. ſm glo. idem tenet hic
Pau. qui format q̃ſtionẽ in eo qui põt prouidere ex iure ꝓprio
vel deuoluto. Mouetur primo per rationẽ generalem cõſtitu
34 tionis. ¶ † Scđo quia[c] electio large ꝛ in generali ſignificatio
c ne cõtinet in ſe prouiſionẽ ꝛ preſentationẽ. de elec. querelaʒ etiã
alle. ſimile quia inſtitutio quandoqʒ dicitur electio vel collatio.
de cõceſ. preben. poſt electionẽ. ꝛ hoc per effectum. vt ibi no. per
Inno. Item qꝛ inſtitutio ꝛ collatio ponuntur pro eodẽ. de ꝓbẽ.
pro illorũ. ꝛ. c. accedens de inſti. facit de conceſ. preben. ne captã
de. in. vj. vnde in generali ſignificatione iſta nõ differunt. ſ. col
latio electio ꝛ prouiſio. nam tendunt ad eandẽ finem ꝛ effectũ.
ideo cum ratio huius cõſtitutionis cõcernit effectũ ne diſpari
tas ꝛc. ꝛ cauſa ſit plus attendenda q̃ factũ. xxiij. q. iiij. nimiũ. ꝛ
q. viij. occidit. ideo cõprehenditur hic prouiſio. ꝛ ſi dicas quare
expreſſit hic de electione tantũ. Reſpõdet ꝙ ideo de illa expreſ
ſit quia regulares eccleſie regulariter ſunt conuentuales in qui
bus de iure cõmuni prouidetur per viaʒ electionis. ſ. e. c. j. xvj.
q. vij. c. cõgregatio. nõ quia vetet idẽ eſſe ſi aliter q̃ per viã ele
35 ctionis prouideretur. ¶ † Sed cõtra deciſionẽ glo. in prin. for
titer ob. cõtrarium tactum per glo. ſ. ꝙ ex idẽtitate vel maiori
tate rationis nõ debet induci correctio in caſu non expreſſo. vt
no. in aut. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. facit qđ no. in re
gula odia. de regu. iur. in. vj. in. q. per Joan. and. ꝛ. ſ. eo. ſtatu
tum. in. vj. ꝛc. Quadruplex põt dari reſpõſio. prima eſt quia cõ
trarium procedit quãdo ratio nõ eſſet expreſſa. ſecus quãdo eſt
expreſſa. quia tũc non extẽditur immediate ius ſtatuti. ſed ius
ſtatute rationis. ꝛ hoc tenebat do. Jo. de ſan. alle. l. in. C. de in
36 di. vi. tollẽ. Sed certe illa lex hoc nõ bene ꝓbat ſm do. Anto. †
d qꝛ ibi illud eſt [d] ꝓpter naturã correlatiuoꝛ que habent ꝙ ſtatu
tũ in vno intelligatur ſtatutũ ꝛ in alio. ar. ff. de accepti. l. fi. ¶ Se
cũda ſolutio eſt que colligitur ex dictis Pau. ꝙ cõtrarium ꝓce
dit quãdo caſus oĩno eſt ſeparatus. ſecus quando non eſt oĩno
ſeparatus caſus ad quẽ ſit extenſio. ſed ſit ad caſum qui ſublata
ſignificatione comprehendit caſum expreſſum. et quia ſublata
ſignificatione cõprehẽditur ſub expreſſo bene põt fieri. ita hic.
nam prouiſio lata in ſe continet electionem ꝛ electio etiam pro
uiſionem. nam ꝛ qui prouidet eligit in cui dando. iuxta no. de
preben. relatum. Et hec ſolutio põt eſſe vera ſm do. Anto. nil
alle. ſed bene facit qđ vidiſtis in cle. auditor. in verbo beneficio.
¶ Tertia ſolutio eſt que colligitur ſimiliter ex dictis Pau. ſ. ꝙ
cõtrarium ꝓcedit regulariter fallit quãdo agitur de fienda extẽ
ſione extremi ad extremũ. quãdo ſic ſe habent extrema ꝙ parti
cipant nõ ſolum de ratione generis ſed de eodẽ ſpecifico fine. vt
quia in idem tendunt ſeu ad eundem effectum. quia tunc licita
eſt. maxime vbi in ratione lex ponderat finẽ ꝛ non modũ. pro
hoc alle. do. Anto. licet Pau. nõ alleg. glo. in. c. j. in fi. de poſtu.
prela. in ſolutione. c. cũ in cũctis. de elec. tunc etiã alle. no. ꝑ Jo.
and. in. c. fi. ſ. e. in. vj. ſuper glo. ij. qđ autẽ Pau. ſic voluerit. pa
tet qꝛ dicit ꝙ electio prouiſio ꝛ collatio in generali ſignificatio
ne ꝛc. vt. ſ. dixi poſt Pau. Et aduerte ꝙ hec ſolutio differt a
prima ex eo. quia illa vult qđ vbicũqʒ ratio expreſſe vẽdicet ſibi
locũ vendicet etiam diſpoſitio. ꝛ ita ſe reſtringit. vt hoc habeat
locũ cum ex vi rationis expreſſe agitur de extenſione fienda ex
tremi ad extremum que in generali ſignificatione conueniunt
ꝛ tendunt ad eundem effectũ ꝛ finem. ꝛ huic dicto cõcor. vt di
xit Joã. and. in nouella in. d. c. fi. e. ti. in. vj. ſuper glo. ij. ꝛ hoc di
ctum forte verius q̃ primũ propter regulã cõmunem que colli
gitur ex. l. precipimus. C. de ap. ꝛ per tex. cũ glo. in. c. cõſtitutio.
ſ. eo. in. vj. vbi videtur glo. ſum dicte prime ſolutioni. ¶ Quar
ta ſolutio colligitur ex. c. ſi poſtq̃. in fi. ſ. e. in. vj. ſ. ꝙ ideo hic li
cita eſt extenſio. quia collatio electio ꝛ prouiſio cõmuniter repe
riuntur a iure parificata. ideo ſtatutum in vno extẽditur ad re
liquum. vt dicitur. ſ. in glo. pe. facit qđ no. C. de fur. l. ſi quis ſer
uo. l. qđ vero. ff. de lega. ¶ Hanc tamen ſolutionem intelligo ſa
e ne quando ſuperuenit cõſtitutio in materia in qua reperitur[e]
facta parificatio. alias ſecus. iuxta no. per glo. de eta. ꝛ qua. c. ſ.
in. vj. ꝛ ne cle. vel mona. c. j. e. li. ꝛ. ſ. e. licet canon. in. vj. ꝛ hec ſo
lutio ſic intellecta poteſt eſſe vera. Tertia vero iuncta prima ꝛ
ſecũda poteſt ſuſtineri. ſed prima non placet per ea que dixi. li
cet pro ea faciat. l. j. cum glo. ff. de legi. tu. iuncta. l. iij. §. ſi parẽs.
eo. ti. cum ibi no. ſed ibi apparet ſolutio. ſecũda etiam ſimplici
ter ſumpta non placet. per no. per Barto. in. l. omnes populi.

a ¶ Nõ eſt de reſeruatis. que ſunt reſeruata pa pe. habes etiaʒ gloſ. in. c. ſicut vnirie đ exceſ. pre. Bald. in. l. reſcripta. C. de preci. impe. off. et plene ꝑ Spec. in tim. de offi. lega. §. nunc vi dendum.

b ¶ De electio ne. Que dicatur electio habes ꝑ do. Abb. in ru brica extra de poſtulat. prela.

c ¶ Electio lar ge. Adde Fed. in cõſi. xxx. inci pien. factuʒ ta le eſt ꝛ Fely. in c. in noſtra. in xx. col. in fi. ex tra de reſcrip.

d ¶ Propter naturã. Adde Bar. per illum tex. in. l. fi. ff. de accep. Jaſ. ple ne in. d. l. fi. C. de idi. vid. tol. ꝛ Fely. in ꝓhe mio decret.

e ¶ In qua re peritur. Adde Jaſ. in. §. ex ma leficijs. in. ex. char. circa pñ. iſti. de act. alex. in. l. gallus. §. ꝛ quid ſi tãtũ. ff. de lib. ꝛ poſth. Bar. in aut. ſʒ cuʒ teſtator. cir ca fi. C. ad legẽ falci. Fely. in. c. cauſaʒ. el. j. col. ij. đ iudi. ꝛ Alle xan. in conſilio cccxvij. colũ. ij. in ꝑn. in. j. vol.

in materia ſtatutoꝝ.circa materiā interꝑtationis.ff.de iuſti.⁊
37 iure.¶ †Si ergo queritur nūquid in penalibus ⁊ exorbitan-
tibus licita ſit extēſio per idētitatem rationis. Conclude quia ſi
diſpoſitio nō eſt mere penalis licita eſt extēſio. maxime quādo
caſus expſſus fuit ſpecificatus ratione maioris ſpecificationis.
ſic intelligo glo.ē.ti.j.in cle.j.in verbo preſidētes.ad fi. Si vero
diſpoſitio ſit mere penalis vel exorbitans. et tūc regulariter nō
eſt licita extēſio.¶ Fallit primo ſi agitur de extēſione fienda ad
caſum nō ſpecificatum virtute regule iuris antiqui.l. ſi quis ſer
uo.C. de fur.⁊.l.qḋ vero.ff. de legi. ¶ Scḋo fallit ſi agatur de
extenſione fienda de vno correlatiuo ad aliud. quia ſimiliter eſt
ꝓpter naturā correlatiuoꝝ.l.ſi.⁊ ſi.C.de indi.vidu.tol. ¶ Ter
tio fallit ſi agatur de extenſione fienda vnius extremi ad aliud
extremum quando talia ſunt cōmuniter in iure equiparata.q̄
licita eſt extenſio in materia in qua facta eſt equiparatio vt eſt
glo.in.c.ſi poſtq̄.in glo.prealleg.ē.eo.in.vj.ſecus ſi ageretur de
extēſione fienda in alia materia.vt eſt tex.cum glo.in.c.j.ne cle.
vel mo.in.vj.⁊ in.c.ꝫ.ē.e.in.vj.de eta.⁊ qua.c.j.eo.li. ¶ Quar-
to fallit quādo agitur de extenſione fienda in diſpoſitione iuris
cōmunis ad caſum qui cōpreheḋitur ſub verbo etiā ex propria
a ſignificatione[a] late tamē ſumenda.vt eſt tex.cum glo.ē. ti.j.de.
auditor. in verbo bñficio. ſecus eſſet in diſpoſitione hominis.
vt in.c.ſi.de preben.iūcto.c.q̄uis.eo.ti. ¶ Quinto fallit quādo
caſus ſpecificatus in diſpoſitione fuiſſet expreſſus gratia exēpli.
vt.l.j.ff.vti poſſidetis.⁊.C.eo.ti.l.j.cū ibi no.iuncta.l. dāni infe-
cti. in prin.per totū.ff.de dam.infec. ¶ Sexto fallit ſi lex ꝓlata
ſit in caſu fauorabili ⁊ pio.l.illud cū glo.ſua.C. de ſacroſan.eccl.
¶ Septimo fallit qñ agitur de extenſione fienda per caſuꝫ qui
ſm cōmunē vſum loquendi. licet nō ex ꝓpria ſignificatione cō
prehendatur ſub expreſſo l.librorū.§.q̄ tamē caſſius.ff. de lega.
iij.¶ Octauo fallit ſi alias reſultaret abſurdus vel abſonus in-
tellectus fieret extēſio ad caſum illū.arg.l. ſcire oportet.§. illud.
ff.de excu.tut.¶ Nono fallit quādo agitur de extenſione fienda
extremi ad extremū quādo illa extrema cōueniunt in generali
ſignificatione ⁊ tendunt ad eundē effectū.⁊ ratio reſpicit finem
ſeu effectū.quia tūc licita eſt.vt hac gl.iuncto dicto Pau. ⁊ iun
cto dicto Jo.and.ē.eo.c.ſi.⁊ dicitur potius fieri extenſio ex mē
te cōprehenſiua q̄ extēſiua in ꝑdictis caſibus. vt dixi in cle.j.ē.
ti.j.predicta vera quando verba diſpoſitionis ſunt certa.Si vo
ſint dubia ⁊ ſm diuerſam punctuationē poſſunt cōprehendere
vel non cōprehendere caſum.de quo querimus vel alś ſunt du-
bia vel generalia.tunc licet ſimus in materia penali vel exorbi-
tante licitum eſt verba generalia intelligere vt comprehendant
omnē caſum qui cōprehendi poteſt ex idētitate rationis. etiā ſi
verba cōmuniter expreſſa ſtricte ſumpta non aptantur cuilibet
caſui ſub diſpoſitione cōprehenſibili. dūmodo in lata ſignifica-
tione poſſit adaptari.ſic intelligo glo.in.c.j.de tēpo.ordi.in.vj.
in verbo clericū.¶ Hec puto vera.licet Bar.aliter ſentiat in.l.
ſi cōſtante.in prin.in.ix.q.prime partis.ff. ſo.matri. facit quod
ipſe no.eo.ti.l.ſi vero.§.de viro.⁊ in.l.non dubiū.C.de legi.⁊.l.
oēs populi.in materia interpretationis.ff. de iuſti. ⁊ iure. vide
etiā per Cy.in.l.j.C.que ſit lon. conſue.⁊ glo.in cle.literas.in.ij.
glo.⁊.iij.ē.ti.j.⁊ in cle.⁊ ſi principalis.in verbo ep̄i.ē.titu.j.⁊ in
cle.auditor.in.ij.⁊ in.iij.glo.in ver.beneficio.Joan.and.in.c.ſi.
38 de conſue.ad ſi.† Simile cōclude quando ratio eſt generaliter
dicta an licita ſit extēſio. aut queritur in penalibus aut in exor-
bitantibus. aut in correctorijs.aut in alijs. Quarto caſu clarū.
q̄ ſic. Primo caſu aut agatur de pena nullitatis actus. aut de
alia ⁊ ſi de alia aut eſt mera pena ex vtraq; parte ⁊ nō eſt mera
pena.Circa hoc vide Jo.and.in.c.diſpendia.de reſcrip.in.vj.⁊
de elec.c.ſi.in eo.lib.⁊ Pau.in prohemio huius operis.in ver.
decetero.⁊ glo.⁊ docto.in cle.j.de reſcrip.⁊ etiam in hac cle. ſm
Pau.⁊ Lap. ¶ Glo.inane.querit quid ſi electio facta contra
formam cle.confirmetur per ſuperiorem an tenebit. Reſpōdet
q̄ non.per hanc literam que dicit inanem talem electionem. et
ipſo iure irritam.⁊ per cōſequens non poteſt cōfirmari. allega.
glo.no.in ſimili.per glo. in decre.quam ſit eo.ti.in.vj. Joan.de
lig.poſt Pau.latius hoc ꝓſequitur. Cōclude ex dictis omniū
q̄ ſi facta eſt cōfirmatio ex certa ſcientia a papa.tenet ar.decre.
propoſuit.de cōceſ.prebē.⁊ tunc eſt potius de nouo datio q̄ cō
firmatio ſic intellige gl. in q̄tū ꝑcipit de certa ſcientia pape.in.c.
q̄ ſit.⁊ Pau.hic.⁊ hoc verū ſiue peccet electio in iure poſitiuo
vt hic ſiue in iure naturali.hoc eſt in cōſenſu.licet nō poſſit face
re q̄ cōſenſus qui nō interuenit interuenerit quo ad eſſentiam
facti.poteſt tamē hoc facere quo ad iuris effectū quia poteſt ta
le ius introducere quale foret introductū ſi electio valida ꝓceſ-
ſiſſet.nam de nihilo poteſt facere aliquid.de hoc de ſpō.is qui.
C.de rei vxo.act.l.vnica. Si vero eſt facta non ex certa ſciētia nō
tenet ar.c.inter dilectos de fide inſtru.Si vero ſit facta per infe
riorem a papa.⁊ tunc ſi electio peccabat in iure naturali non te

a ¶ Late tamē ſumēda. Adde gloſ. in auť. vt hi qui obli. in prin. in ver. ad curationem. et de hac materia quando in correctorijs fiat extenſio habetur plene per Jaſ. poſt alios in auť.quas actiones.C. de ſacroſan.eccl.et.viij. fallētiā. Jmo. hic ponit etiaꝫ Alexan. conſi. ccxvj. colū. pe. circa fi. volu.ij.

b ¶ Ideo non dꝫ ſumi argu. Adde glo.in.l. j.C.quādo non pe.par. in gloſ. j.in.iij. lectu. et ibi docto.

net cōfirmatio. per no.in.c. q̄ ſicut per Inno. ⁊ Compo. ⁊ ibi
etiam per Joan.de lig. Si vero peccabat in defectu iuris poſi-
tiui.tunc glo.in.c.q̄ ſit.prealle. ⁊ hic.in.c.j.de poſtula. prela.te-
net.q̄ non vꝫ. Archi. cōtra.ē.eo.ſi cui.in. vj.⁊ hoc puto verū.
quia ſententia in iſtis beneficialibus tranſit in rem iudicatā ad
preiudicium partis.ē.eo.cum dilecti.ad ſi. vnde nō poteſt am-
plius defectus iuris poſitiui obijci.forte tamen iudex ex officio
vel ad partis denūciationem poſſet inquirere an canonice fuiſ
ſet electus.ar.no.de reſcriptis.conſtitutus.⁊ eo.titu.ad audien
tiam ⁊c. ¶ Glo.religioſus.querit an procedat etiaꝫ in nouitio.
Reſpōdet q̄ ſic.alleg.ē.c.nullus.cum ibi no.in vlti. glo.lib.vj.
quinimmo procedit etiam in mendicantibus.quia litera gene-
raliter loquitur qḋ tamen dicit glo. intelligēdum ſaluo caſu cle.
vt profeſſores de reg.⁊.c.quorūdā. ē.eo.in.vj. quia eo caſu quo
eliguntur ſeruata forma huius clemen.non debet eſſe electio in
39 diſcordia.vt ibi ⁊c. ¶ †An religioſus poſſit eſſe rector ſchola-
rium.dic q̄ ſi ſtatutum vel cōſuetudo id diſponit ſeruatur ſi ni
hil diſponit. ¶ Si eſt mendicans ⁊ in diſcordia non poteſt.dic
aut eſt diuerſitas pro maiori parte laycorum ⁊ pro minori par
te clericorum ſecularium.aut pro maiori parte religioſorum ali
quorum q̄ ſue religionis.⁊ hoc vltimo caſu tantum poteſt eſſe.
ar.no.per Bar.in.l.ſi.ff.de collegi.illici.⁊ huius cle. ⁊ quia hoc
caſu non eſt cura animarum ſed temporalium.fa. qḋ no.in cle.
40 quia contingit in ver. ſecularibus.de re.do.⁊c. ¶ †Glo. ſecu-
laris.querit an religioſus poſſit eligi in prelatum eccleſie ſecu-
laris. Reſpondet gloſ. primo ſm quoſdam q̄ non mouentur
iſti.quia ex quo tex.permittit q̄ eligi poſſit in epiſcopum eccle-
ſie ſecularis. ergo a contrario datur intelligi q̄ ad prelaturam
inferiorem eccleſie ſecularis eligi non poſſit. ar.decre. nonne. de
preſump.cum ſi. glo.tenet contrarium. Mouetur primo quia
hic ſolum prohibet eligi in prelatum eccleſie regularis diuerſe
religionis profeſſionis vel habitus. patet ex principio ibi. in
eiſdem monaſterijs ſociētur. ergo in prelatum eccleſie ſecularis
41 poteſt eligi.et ſic ille text.a contrario hoc probat. ¶ †Secun-
do quia de iure antiquo hoc erat permiſſum. vt probatur. lv.
diſtin.priſcis.lviij.diſtin. c.j.xvi.q.doctos. cum multis capitu-
lis ibidem.⁊ de ſtatu mona.q̄ dei timorem. cum ergo hoc non
reperiatur correctum ſtabimus illi antiquo iuri.ar.ē.eo.cum
expediat in.vj. non ob. quod hic dicitur de ſeculari eccleſia ad
quam religioſus poteſt in epiſcopum eligi.⁊ ſic a contrario vi-
detur q̄ ſecus ſit in alia prelatura eccleſie ſecularis.quia dicit gl.
hic incidenter.hic eſt dictum in ſingulari. quia principaliter in-
b tendebatur preſtari de regulari. vt ſequitur in litera.[b] ideo nō
debet ſumi argumentum a contrario illius incidētis dicti.quia
verba incidenter prolata non diſponūt.de pe.ſi papa.in.vj.fa-
cit quod no.C. de epiſco.⁊ cle.in.l. conuenticula.vel ſm. Pau.
ne quis crederet prohibitum.per.c.nullus.ē.e.in.vj.quod pro
parte.hic corrigitur credens ipſum in toto corrigi ſm eum. vel
dic tertio q̄ non debet ſumi argumentum a contrario ad corre-
ctionem iurium.ē.eo.publicatio.cum ibi notatis.preterea ſm
do.Anto.poteſtatiue nō diſpoſitiue iſta verba ſunt prolata. vt
eſt dictum ideo diſpoſitionem non ampliant.ar.no.in cle.j.ſ.de
preben.⁊ hoc dicit glo. ſibi placere in eccleſijs ſecularibus non
collegiatis.quia ad illas poteſt religioſus eligi in prelatum.⁊ de
hoc eſt minus dubium. Sed dubium maius.eſt nūquid idem
ſit in eccleſijs ſecularibus collegiatis videtur q̄ ſic. ſm glo.alle.
nota.per Ber.de ſtatu mona.c.j.in ſi.j.glo.⁊.c.q̄ dei timorem.
⁊ quod no. Jo.lxxviij.diſt.c.ij.lxxiij.diſt.quoniadam.xvi.q.vij.
42 in noua. ¶ †In contrarium allega.no. per Hoſtien.in decre.
q̄ dei timorem.vbi ipſe tenet q̄ monachus non poſſit habere
prepoſituram vel decanatum eccleſie ſecularis.niſi hoc fiat pro-
pter neceſſitatem cure animarum. Pro hoc alleg.gl.ij.quia diſ-
paritas habitus impedit tranſitum prelationis . ergo illum
multo fortius impedit diuerſitas habitus ⁊ religionis q̄ adeſt
hoc caſu quia diuerſus eſt habitus diuerſa religio ab habitu ⁊
religione clerici ſecularis. ⁊ potiſſime videtur hic prohibitū in
collegio clericorū ſimul viuentiū. q̄ in illis potiſſime viget ra-
tio cle.poſita in prin.quia q̄ſq; funguntur priuilegijs religioſo
rum.de vi.⁊ ho.cle.c.qñ ⁊ no.xvj.q.j.in decima. vnde in eis vi
detur idem qḋ in religioſis diuerſe religionis vel habitus ⁊c.
43 ¶ †Glo.finaliter dicit q̄ hoc egeret deciſione papali. tamen
inclinat q̄ idē ſit in eccleſijs ſecularibus collegiatis. qḋ in non
collegiatis mouetur q̄ vt dictū eſt cle.iſta videtur ſolū ꝓhibere
tranſitū ꝓlationis qui ſit in monaſterijs.vt patet in prin.ibi in
eiſdem monaſterijs.niſi forte dicat glo.dicas verbum monaſte
rijs exponi pro eccleſijs.ſicut in ſimili.xvi.q.vij. nemini.ſed cer-
te hec eſſet impropria expoſitio. ar.c.ij. de conſue.⁊ de ſup.ne-
gli. prela. grandi. in. vj. Non ob. predicte deciſioni quod di-
ctum eſt.quia ſi habitus diſparitas tantum ⁊c.quia poteſt dici
ſm glo.q̄ hic non eſt habitus diſparitas quia clerici ſeculares
non habēt

non habent certum habitū. quod probat q2 in iure non eſt ex-
preſſum de colore vel forma. ſed per talia vel alterū eoꝝ oportet
habitum diſcerni et diſtingui. vt. j. de regula. eos qui ergo ꝛc.
Unde licet certa forma ꝛ certi colores ſint in eis prohibiti de vi.
et ho. cler. c. quoniā. ꝫ. eo. clerici. non per hoc ſequitur ꝙ certus
ſit habitus preſcriptus ipſi clerico ſeculari. Fatetur tamen gl. ꝙ la-
te loquendo pōt dici certus habitus clericoꝝ ſecularium. ſ. qui
ſit honeſtus ꝛ eis conueniens. nec eis prohibitus. ſicut in ſimili
dicimus habitū laycalē illū qui conuenit laycis. fa. de ſen. excō.
ſi iudex. in. vj. ꝛ per hoc patet. ꝙ habitus religioſoꝝ eſt etiā cō-
ueniens clerico ſeculari. ꝛ ſic nō dicuntur eſſe diſparis habitus.
44 ¶ †Ex his remanet glo. in concluſione ꝙ in eccleſijs ſecularibꝰ
nō collegiatis ꝛ etiā in collegiatis. licet in hoc ſcḋo ſit magis du
a biumª preſici poteſt religioſus. licet dicat egere declaratiōe cum
glo. concor. Pau. qui tamē dicit ꝙ forte Hoſt. in. c. dei timorē.
nō intellexit de dignitate principali que ſemper eſt curata reſpe
ctu collegij. ꝛ ſic ſemper ſubeſſet cauſa diſpenſationis. ſed de in-
feriore in quo poſſet ratio diſpenſationis ceſſare quaſi per hoc
velit reſpōdere ad dictū Hoſtiē. Lap. vero hic dicit ꝙ illa cura
collegij non eſt illa cura de qua iura loquūtur videtur enim in-
telligi de cura parrochianorum. alle. ꝫ. eo. ſtatutum. in. vj. alleg.
etiam quia in iſta et non in prima exercetur officiū predicādi et
ad talem prelaturam bene poſſet religioſus eligi ſicut ad curatā
eccleſiam non collegiatam poteſt eligi pro et contra. fa. qḋ ſcri-
pſit Lap. de preben. cum in illis. in. vj. vbi dicit videndum pro
hoc. q2 ſi cura collegij ſuffeciſſet ꝯmiſſet indiſtincte permitti re
ligioſos tranſire ad prelaturam alterius collegij religioſi niſi di
cas ꝙ ibi eſt maior diuerſitas quia habitus ſecularis poteſt di
45 ci non diuerſus ab habitu regulari. ¶ †Item vita religioſi po
teſt dici non conuenire etiam ſeculari. licet non ecōtra. et ꝓ opi.
b Lap. facit quia hec ratio de. ᵇlicet quo ad verba non videatur
locum habere in ſecularibus eccleſijs tamen eius mens locū ha
bet. Ideo improp̄riari debet verbū monaſterijs. ex quo diſpo-
ſitio eſt lata. Ste. hoc non attingit in gl. ſed dicit ꝙ monachus
non poteſt effici prelatus canonicorum regularium. et per hoc
dicit approbatam opinio. Hoſtien. et reprobat opi. Hugo. et
ſequacium de qua. lviij. diſtin. c. ij. et. lxxiiij. diſtin. quorundam.
Ber. tenet cum gloſ. Mathe. tenet contra glo. in eccleſia ſecula-
ri collegiata. de quo remittit ad decre. preterea. de preben. et de
vi. et ho. cleri. dens qui. xenxe. etiam ſm do. Anto. videtur velle
contra glo. ſcilicet ꝙ poſſit eligi ſolum in epiſcopum eccleſie ſecu
laris nō ad aliam prelaturam eccleſie ſecularis dicens ꝙ in epi-
ſcopo eſt ſpeciale quia in eius vacatiōe eſt maius periculū. pro-
pter multa que ei incūbunt plusꝙ alijs. ꝫ. eo. tranſmiſſam et de
exceſ. prela. attendentibus. ideo vt tanto periculo ſuccurraſ ex-
pedit cito fieri epiſcopos. hinc eſt ꝙ etiā a iure in multis ſunt
priuilegiati. de ſenten. excom. q2 periculoſum. in. vj. de offi. dele.
c. ij. e. li. Idem Archidya. recitando de preben. cum ſingula. in.
vj. velle videtur ꝙ communiter teneatur opi. glo. et credo ꝙ il-
46 la ſeruaretur in practica. ¶ †Tamen pro clariori euidētia do-
minus noſter hic clare exorditur materiam querendo quid iu-
ris ante de. ¶ Secūdo quid poſt. et ponit opi. de quibus in. c.
ꝙ dei timorem. In quibus finaliter concludit cum glo. qḋ epi-
ſcopalem dignitatē ſecularis eccleſie poteſt eligi monachꝰ. Itē
ad prelaturam eccleſie ſecularis collegiate q2 illa non poteſt eſſe
c ſine cura collegij. ᶜAd eccleſiam parrochialem curatam nō col-
legiatam poteſt ſimiliter eligi de iure cōmuni diſpēſatiue tamē
contra regulas alias iuris propter diſſolutionem voti obedien
tie et voti paupertatis et extra clauſtrum vacationē. que omnia
monacho repugnant. facit decre. nihil. ad ſi. ꝫ. eo. vbi de iſto iu
re diſpēſatiuo abſq2 hominis facto. de iuſtitia tamē promotio-
nis eſſe dicit ꝙ fiat ex cauſa neceſſaria. vt quādo nō ſunt idonei
ſeculares. xvj. q. j. c. j. Item ꝙ monachi qui promouentur ſint
honeſti in vita ꝛ boni predicatores de ſta. mo. c. ij. §. porro. ꝫ. e.
cum in cunctis. ꝛ poteſt talis eſſe ſolus. licet tutius ſit ꝙ cum ſo
cio ſit ſi haberi poteſt vtꝫm. c. ꝙ dei timorem de quo per Hoſti.
47 in ſumma de ſta. mo. §. vtrum. †Ad canoniam autē vel aliam
dignitatem nō principalem in eccleſia collegiata promoueri nō
pōt. licet glo. arguendo teneat contra. de vi. ꝛ ho. cle. dens qui. ꝛ
de prebē. preterea. ſm Hug. Hoſti. ꝛ Archi. cōtra. lviij. diſ. c. ij.
et de regula. ꝫ. e. Ad eccleſiā vero ſimplicem vel aliud beneficiū
d non curatū ſeculare planum eſt ſm oēs ꝙ eligi nō pōt. ᵈDe re-
ctoria hoſpitalis. dic vt colligitur ex de. q2 contingit. de reli. do.
in verbo ſecularibus. ꝛ vide Archi. xviij. q. ij. quidam q2 nō po
48 teſt ibi preſici cū deficiat ibi cura et poteſtate clauiū. ¶ †Que
rit glo. an econuerſo ſecularis poſſit eligi in epm eccleſie regula-
ris. dicat ꝙ ſic. q2 ſic eſt ecōuerſo. et q2 epus recipit monachos ad
ꝓfeſſionem de regula. porrectum. ꝛ q2 monachus tantum quā-
49 doq2 ſubſit epo. xvj. q. j. qui vere. ¶ †Quero an monachus
aſſumptus ad eccleſiā ſecularem teneatur ſeruare regulam. dic
vt per Jo. xviij. q. j. c. j. ꝛ. xvj. q. j. c. de monachis. ꝛ ꝑ Goffre. et
Hoſt. in ſumma. de ſta. mo. Dic ꝙ ab oī eo ad qḋ tenet ex regu
la ſi id eſt incōpatibile videt eſſe abſolutus ab alijs compatibili-
bus nā per hoc patet ꝙ nō eſt abſolutus a voto caſtitatis nec a
voto paupertatis reſpectu ſui ipſius. reſpectu tū. cui qriſ et pote-
ſtatis adminiſtrandi ſic. quo ad votū obediētie ſecus ſi eccleſia
ad quā trāſit abbati nō eſt ſubiecta. quo ad eſum carnium non
eſt abſolutus niſi ratiōe ſcādali aliud dicaſ arg. de ſta. mo. reco-
lētes. §. j. a delatione habitus. non eſt excuſatus pōt tū ratione
ſcandali ſe in exteriori apparatu cōformare cū illis cū quibꝰ hꝫ
viuere. de vi. ꝛ ho. cle. dens qui. a modo aūt beneficiādi bene eſt
abſolutus. vt no. in. c. de monachis. xvj. q. j. per Jo. facit qḋ no.
j. de cele. miſ. in cle. j. Idē videtur a ieiunijs ꝛ vigilijs. vt not. in
d. c. iij. Itē q2 ꝓpter curā oportet ſepe extraordinarie comedere
50 et ſurgere. †Sed an epus religioſus remotus ab epatu poſſit re
manere monachus primi monaſterij. dicit ꝙ non. de quo pꝰ Go-
51 de. in opere ſuo. c. v. ꝛ per Jo. xcij. diſ. ſi qui ſunt. †Quid ſi mo-
nachus electus ad parrochialē eccleſiā eo ipſo exiſtēte eligaſ ad
aliā. an requiraſ alicuius conſenſus vt conſentire poſſit. Dic ꝙ
nō. q2 exiſtens ibi ſolus eſt ſubiectus epo cui nō oīno ſubeſt obe
dientia monachali. ideo cōſentire poterit. licet tranſire nō poſ-
ſit ſine eius licentia. ſicut nec alius clericus ſecularis. hoc verum
niſi anteceſſiſſet eccleſie. q2 tunc eſſet in poteſtate epi. vt dicit ipſe
ſi vis tenere indiſtincte ꝙ requiraſ licentia potes dicere ꝙ ab-
ſolutus eſt ab obedientia monachali reſpectu eccleſie cui preeſt.
nō reſpectu alioꝝ. vnde adhuc dr monachus. xvj. q. j. preſbyte-
ros. cum ibi no. et ſic intelligantur. xvj. q. j. ne pro cuiuſlibet. ꝛ. c.
de monachis. ꝛ. xviij. q. j. c. j. vnde requireretur licētia abbatis
vel ſaltem epi qui eſt loco abbatis. vt. d. c. de monachis. An au-
tem talis eligi poteſt ad prelaturā olim ſui monaſterij tenet qḋ
ſic quia pur manet profeſſus circa tria ſubſtantialia regule. vt
patet ex predictis. ¶ Quero an cōſuetudo ꝗ ante hāc de. habe-
bat oppoſitū eiꝰ qḋ hic diſponiſ ſit ſublata. Pau. tenet ꝙ non.
ꝓ hoc iſte tex. ibi. de cetero. Fateſ tū ꝙ poſt hāc de. nō poſſit in
duci velut irrationalis. q2 lꝫ fuerit irrationabilis. tū poſt hanc
de. eſſe nō pōt. de quo plene hic p Pau. de verb. ſig. abbate. per
Jo. and. credo ꝙ hic non ꝓcedat per no. in cle. vt hi qui. in glo.
quid de poſteris. j. de eta. ꝛ quali. Nam hic ſolū reſeruat electio
nem factā. ſed ꝯſuetudinē nō reſeruat. nec aliqd expreſſe circa il
lam diſponit. Ecōtra intelligitur reprobata ex quo declaraſ eiꝰ
52 irrationabilitas. per. c. j. cū ibi no. de cōſti. in. vj. †Quid de ele-
ctionibus factis poſt conſtitutiōis datā infra duos mēſes. ante
tamē aperturā ꝛ publicationem eius. ꝛ anteq2 perueniret ad no-
titiā eligentium. an teneat. dicit Pau. ꝙ nō. propter decretum
hic appoſitū qḋ afficit etiā ignorātes a tempore date. Fateſ ta-
men cū ſint ſine culpa. per cōſequēs erunt ſine pena. ſed vt dixi
nō valebit electio cōtra inhibitionē huius conſtitutionis. ſecus
dicit ſi ſola fuiſſet hic inhibitio ſine decreto. all. de reſcript. tibi
qui. in. vj. et de preben. dudum. ꝛ. c. ſi apoſtolice. de conceſ. pre-
ben. c. j. in. vj. ꝛ ſic concludit quod acceſſorium trahit ad ſe prin
53 cipale. hoc eſt decretum conſtitutionis ſm Lap. ¶ †No. hū ꝙ
decretū pape ligat ꝛ afficit ignorantem etiam ſi de eo in decreto
non exprimatur. de quo dic. vt. ꝫ. eo. ſi eo tempore in. vj. Idem
no. in reſeruatiōe. De inhibitiōe vero an illa ſolū afficiat igno-
rantē. ſentit hic. Lapus ꝙ non. ſed dic vt colligitur ex de. j. de in
54 repa. cū glo. ¶ †No. etiā ex dicto Pau.ᵉ ꝙ lꝫ conſtitutio ante
e duos mēſes nō liget ignorātes ad penā extrinſecam. ligat tamē
quoad nullitatē actus. Idē not. ſumpta i ꝓhemio. in verbo de
55 cetero. †Nunquid ſi epus vult vnire duo loca diuerſarum pro-
feſſionū ꝛ habituū ita ꝙ vtriq2 remaneant ſua priuilegia ſalua
ꝛ bona ſua. ſed habeāt prelatū cōmunē. hic poterit nō obſtāte
hec de. Pau. ridet diſtinguēdo modos vnius. de qbꝰ habetur
ne ſe. va. c. j. ꝑ glo. ꝛ ꝑ Jo. xvj. q. j. ꝛ tpis. ꝛ concludit. ꝙ non fiat
vnio taliter ꝙ vtriq2 remaneant ſua priuilegia ſalua. ꝛ ſit diuer
canti nec ipſum iuuat. Siſr ſi ex decẽ canonicis vel monachis qua
tuor tñ elegerunt religioſum nõ mẽdicantẽ mõ ſi dicatur ꝙ reli
qui ſex vel ſaltẽ tres ex reliqs ſex ſunt ſuſpenſi ⁊c. vt. ẽ. ꝓpter q̃d
allegatur electionẽ illam factã a toto capitulo vel a maiori parte
ſaltẽ attẽta fictione iuris que fingit ſuſpẽſos non fore de. c. reſpe
ctu vocis dande. hoc nõ valet iuuare talẽ electũ. ⁊ hic eſt intelle
ctus litere. Sed iuxta hoc glo. in ver. ſed quero q̃rit vos videtis
voces excõicatorũ cõputari vt noceant. nũq̃d voces excõicatorũ
11 ⁊ ſimiliũ † cõputãtur in numero vt proſint ⁊ augeãt numerũ ⁊
ſuffragiũ in tñ ꝙ ex illis vocibus poſſit ſequi ꝯfirmatio q̃ alias
nõ poſſet fieri illis excluſis. exẽplũ ponit ſi ex electoribus ſex ele
gerũt religioſum nõ mendicãtẽ qui oẽs ſex erãt excõicati vel ſal
tem tres ex eis. nam ſi cõputãtur poterit cõfirmari vt electus a
maiori parte. alr̃ ſecus. glo. rñdet ꝙ nõ q̃tũ ad caſum. c. quorũ
dam. mouetur q̃ in quolibet caſu illius decre. cõſtitõ illa ſolum
impedit ⁊ nocet nõ aũt adiuuat ⁊ aperte apparet ex v̄bis illius
decre. alias ſequeret̃ abſurdiſſimũ vz ꝙ ſi ex viginti canonicis
decẽ ⁊ octo elegerint mẽdicantẽ ⁊ duo aliũ ꝙ valet electio duoꝝ
q̃d eſt abſurdũ. vnde prima nõ valet iure ſpãli. ſcda iure cõi. fa
cit. ff. de here. inſti. l. ⁊ ſi non ſex. pro hoc etiã allegat glo. q̃ vide
mus in ſimili. ꝙ ſi ex viginti electoribus nouẽ elegerũt ꝓfeſſuꝝ.
⁊ ſic regulariter nõ ſeq̃tur ꝙ per hoc electio facta per nouẽ intel
lige excõicatos vel inhabiles alias dz valere. vt eſt caſus in. c. ſcri
ptũ. ẽ. co. ⁊ in. c. indẽnitatibus. §. ſi vero. ⁊. §. ſi qua vero. vnde
cũ iura antiq̃ in hoc nõ reperiãtur correcta nec mutata. non eſt
noſtrũ illa mutare. arg. C. de teſt. ſancimus facit. ẽ. co. cũ expe
diat. in. vi. Hec dicit gl. fore vera vt voces inhabiliũ nõ augeãt
numerũ q̃tũ ad caſum capituli quorũdã. q̃tum autẽ ad caſum
decre. indẽnitatibus. in q̃tũ loq̃tur de electione facta p viã ſcru
tinii a duplo maiori numero a principio vel etiam ex poſt facto
ſubſecuto acceſſu debite in q̃tũ etiã loquit̃ de electione facta per
viã cõpromiſſi. cũ minor pars ſe opponit videt̃ dicẽdũ eſſe ſe
cus. vt vz voces inhabiliũ proſint ⁊ augeant numerũ. Ratio q̃
ibi dr ꝙ cõfirmari debeat taliter elect⁹ exceptione aliq̃ nõ obſtã
te aduerſe partis. Unde in hoc vr̃ electio. abbatiſſe vel prioriſſe
eſſe ſimilis electioni cardinaliũ quoꝝ voces augent numerũ etiã
ſi ſint excõicati. ẽ. co. ne romani. §. pe. ⁊ hoc ſm gl. ſatis vr̃ fuiſſe
de mẽte illius decre. indẽnitatibus. tñ q̃ aliq tenẽt cõtra. ⁊ glo.
olim tenebat ꝯtrã ibi dicit ſi quis vult defendere oppoſitũ pote
ſtis rñdere ꝙ voces inhabiliũ nõ proſint. nam licz ibi nõ audiat̃
exceptio partis tñ officiũ iudicis nõ deficit. vt ibi pz. ⁊ ſic iudex
ex officio examinabit an electio ſit canonice facta ⁊ per ꝯñs ab
habilib⁹. ⁊ ſi reperiret eã factã ab inhabilib⁹ caſſabit eã. Quia
glo. finaliter videt̃ adherere ꝓcedẽti opi. vñ dicit ꝙ hec opi. de
ſtrui videt̃ per. §. ſane. q̃d videtur intelligendũ ꝙ ex cõſideratio
ne numeri ſit inuicta electio canonice facta. puta reſpectu forme
⁊ materie dz cõfirmari. ⁊ ſic vult ꝙ iudex in ꝯfirmatione electio
nis ⁊ examinatione ſolũ habeat reſpectũ ad formã ⁊ materiam
electionis ſeu ad habilitatẽ pſone electe nõ ad numerũ ſeu habi
litatẽ vel inhabilitatẽ eligẽtiũ. In q̃tũ aũt decretalis indẽnitati
bus loq̃tur de electione facta a maiori parte. nõ tñ duplo maio
ri. cõcludit glo. ꝙ reſpectu adminiſtrationis impediẽtis locum
de. habebit. q̃ illo reſpectu non admittit̃ exceptio partis. reſpe
ctu vero electionis caſſande ſic: q̃ illius reſpectu hñ admittitur
exceptio. licz ſummarie cognoſci debeat vt ibi dicitur. Fatetur tñ
glo. ꝙ predicta q̃tũ ad caſum decretalis indẽnitatibus egerent
deciſione papali. zenze. tñ dicit ꝙ illud capl̃m ſatis eſt declaratũ
ꝓpter idẽtitatẽ rationis. Idem paulus dicens illud ſpeciale in
a mulieribus ſicut ⁊ multa alia.[a] † q̃ nõ tenent̃ ſcire iura. vt no.
12 ſ. q. iiij. §. notãdũ. credit do. Anto. ꝙ ſi tot ſint voces inhabiliũ
ꝙ non remanet electa a maiori parte habiliũ ex officio poterit
ipſam caſſare. ⁊ in hoc poſſet ſupplere. ſi aũt non ſunt tot ꝙ re
maneat electa a maiori parte ſatis credit ꝙ iudex illã non caſſa
bit. q̃ non eſt veriſimile papã voluiſſe electionẽ a minori parte
attentis vocibus habiliũ confirmare. Exẽplũ ſi duodecim ſint
moniales. ⁊ octo elegerũt vnã ⁊ oẽs octo ſunt excõicate vel ſaltẽ
quatuor ex illis. Credo tutius tenere glo. ꝙ exceptio inhabilita
tis pſone eligẽtis nõ admittatur in monialibus ne oriatur ſcan
dalũ ⁊ ne vna diſcooperiat opprobiũ alterius. que fuit rõ illius
decretalis vt ibi notatur ideo cũ illa pariformiter locũ habeãt
etiã in electa a minori parte reſpectu vocum inhabiliũ. ergo ⁊c.
13 ar. de cõſti. trãſlato. Redeo nũc ad glo. in verſi. ⁊c. † ⁊ quero an
voces abſentiũ ⁊ nõ vocandorũ ⁊ vocatorũ qui noluerint veni
re vel expreſſe renũciauerunt cõputent̃ in numero. ⁊ ſic dicatur
electus a minori parte qui nõ eſt electus a maiori etiam talibus
b cõputatis. videtur ꝙ ſic.[b] q̃ predicti nõ habẽt vocẽ ex fictione
iuris ergo ⁊c. per hãc cle. que loq̃tur ſimplr̃ ⁊ indiſtincte. In cõ
trariũ facit. q̃ ſatis videt̃ abſurdũ voces taliũ cõputari. ex quo
actualiter nõ habẽt vocẽ in. c. alia rõne quaſi inhabilitatis defe
ctus pſone. licz alr̃ ſit de numero capituli. ⁊ ad hãc partẽ inclinat
glo. licz dicat ꝙ deciſione egeret. vnde cõcludere videtur taliũ vo
ces nõ cõputari ſicut nec etiã cõputant̃ voces nõ cõſtitutorũ in
ſacris in collegiis maſculorũ prout cõiter tenetur p cle. ii. de eta
te ⁊ quali. ⁊ ſicut etiã nõ cõputant̃ voces non profeſſorũ in colle
giis etiã feminaꝝ in. c. indẽnitatibus ꝓallegato. Per ꝓdicta gl.
cõcludit ꝙ de mẽte huius cle. eſt ꝙ habẽs alias vocẽ licz acciden
ter eam pdiderit nõ excludebatur ex fictione a numero. ſed non
eſt mens ꝙ nõ habẽs alias vocẽ cõputetur in numero. vnde q̃
tales nõ habent alias vocẽ vt pz ex predictis. ⁊ in decretali q̃d
ſicut. de elec. ⁊. c. q̃ ꝓpter. merito nõ augẽt nũerũ. hoc cõfirmat
14 gl. per ſimile: q̃ ſic videmus † in electione pape vbi in duabus
partibus cardinaliũ non cõputantur nõ incluſi qui ſunt excluſi
ex renũciatione tacita vel expreſſa. licet alias cõputentur excom
municati vt patet ex decre. vbi periculũ. §. ſane. ẽ. co. in. vi. iun
15 cta cle. ne romani. §. pe. Idẽ dicit zenze. q̃d non † cõſtituti in ſa
cris non cõputantur. quia eorũ repulſio per dictã cle. ii. eſt ma
gis ad factũ q̃ ad iuris effectum. quia ⁊ ſi de facto admittantur
tamen nõ habent vocẽ vt ibi patet tamen nõ poſſunt dici priua
ti voce iuris fictione cum eam nõ habuerint. inſti. de capitis di
minutione. §. ſeruus. ſed illi tantũ qui eã habent ⁊ ipſam pdũt
ex aliqua cauſa. tales ſaltẽ de facto ſunt de numero. q̃uis nõ ex
iuris fictione. ⁊ ſic loquitur hoc capitulũ ſm zenze. dñs Anto.
hic idẽ tenet q̃d glo. hic proſequendo latius quoſq caſus. Quia
primo quidam ſunt priuati habitu primario a quo ſurgit habi
tus numeri. ⁊ iuris eligendi. ⁊ ſunt priuati ſecundario habitu. ſ.
illo iure eligendi ⁊ cõmuniter actu vt ſunt intruſi vel renuncian
tes beneficio ita ꝙ perdant poſſeſſionẽ vel priuati hñficio nul
la poſſeſſione retenta. Scdo quidã ſunt habentes habitum pri
marium iuris a quo ſurgit habitus ſecũdarius iuris eligẽdi. vt
ſunt canonici non conſtituti in ſacris. vel qui non ſunt in etate.
Tertio ſunt quidam habentes habitũ primariũ ⁊ ſecundariũ
iuris eligendi. actu autẽ vocis dande ſunt priuati de iure ⁊ de fa
cto. ſaltem pro tunc vt ſunt abſentes in loco de quo nõ debent
vocari vel nolunt intereſſe vel renũciantes voci. Quarto quidã
ſunt habentes habitum primarium ⁊ ſecũdarium carẽtes actu
vocis de iure ſed non de facto. vt interdicti ſuſpenſi excõmunica
ti ⁊ ſimiles. Quinto ſunt quidã habẽtes habitũ primariũ quia
canonici. ⁊ ſecũdariũ. q̃ habẽt habitũ iuris eligendi. ⁊ habent
actũ de iure licet nõ admittãtur de facto. q̃ ſunt contẽpti. in pri
mis duobus generibus locum nõ habet indubitãter cle. q̃ quo
ad nihil cõputantur in numero. Idẽ in tertio q̃d plane ꝓcedit
ſi fateantur inhabilitatẽ ſuã alias ſecus fore videtur ſm Guil.
quia tũc faciunt diſcordiã ꝓpter dubium do. Anto. credit hoc
examinationi iudicis relinquẽdũ vt ſi reperiat eos taliter inha
biles non cõputet in numero alias ſic. In quarto genere in du
bio locũ habet cle. nec ob. ii. q. i. nomẽ q̃ ſm Paulũ potius fa
c cit p q̃ ibi dicit ꝙ † deponi debent de matricula[c] excõicati et
16 ſupprimũtur. ⁊ ſic nõ ex toto delẽtur de numero. In quinto ge
nere idẽ ſi perſiſtãt in cõtradictione. ſi aũt cõſentiant ex poſt fa
cto tunc ſi poſt cõſenſum preſtitum ab electo nõ ꝓcedit. ſecus ſi
ante ſm Bernar. q̃d vltimũ nõ placet Jo. de lig. quia cõſenſus
poſt ſcrutinium nõ auget numerum. ẽ. co. in genell. ⁊. c. eccleſia
dic ſm do. Anto. ſi agitur de diſcordia tollenda. vt in mẽdicãte
procedit dictum Ber. ſi quo ad augmentũ numeri dictũ Joã.
de lig. ⁊ hoc eſt tenendum reiecta diſtinctione Jo. de lig. qui di

a ¶ Quia non tenetur ſcire iura. Uide tamẽ ad hoc an mulieres debeant ſcire iura tex. et ibi Bar. ⁊ doc. in. l. nec paſſim C. õ iuris ⁊ fac. igno.

b ¶ Quia predicti nõ habẽt vocem. Adde Inno. in. c. i. de ma. ⁊ obedi. d. Abb. et alios maxime Fely. ſ. pe. colũ. in. c. cũ oẽs extra de cõſtitu.

c ¶ Excommunicati. An autẽ excommunicati poſſunt eligere. vel eligi. vide do. Abbã in c. illa quotidiana extra de elec.

ſtinguebat inter priuatos ab hoīe immediate: vt ſi quis eēt interdictus aut priuatus a papa poteſtate eligendi. Quia eligit cōtra conſilium q2 ꝓpter .. tunc non cōputetur in numero vox tales: .. inter priuatum a diſpoſitione iuris vel fictione immediate lꝫ ſnīa vel factum hoīs ſit cā talis priuationis: vt q2 eſt excōicatus vel ſuſpenſus ab hoīe vel a iure: ꝓpter qḋ priuatur a iure poteſtate eligendi vel q2 ſcienter elegit indignum contra .c. cū in cunctis. q2 his caſibus .. ſimilibus bene cōputabuntur in numero. Jdē dicit in priuatis ſm formā decre. ſi. ..e. in. vi. .. hūc dicit intellectum cle. que dicit voces computari in facto non in iuris effectu: quaſi velit q̄ voces non cōputētur immediate qſi ex facto hoīs non ex iuris diſpoſitione nō ſunt voces: aſſignat pro ratione diuerſitatis: q2 mitius agitur cum lege q̄ cū hoīe. ff. de arbitris. l. celſus. hec opinio cōiter non tenetur q2 negari non pōt priuatum ab hoīe poteſtate eligendi habitū eſſe de numero eligentium: .. vocem ſuam vocem eſſe in facto .. non vocē inſpecta iuris diſpoſitione. Eſt ergo intentus cle. q̄ voces ſurgentes ab aliquo alio habitu poteſtatis eligendi computātur: que aūt ſurgūt ex a non habitu non computentur: nec obſtat ſ. dictis dictū Jnno. ..c. ſcriptum. vbi dicit non cōputandum in numero vocēz priuati poteſtate eligendi ſi ſit priuatus añ actū electionis: ſi aūt priuaretur in actu electionis illa vice vox eius lꝫ non tribueret ſuffragiū alicui cōputaret̄ tñ in numero: q2 ꝓcedit in aliis electionibus non regularium .c. Querit do. An-

a Quid eſt fictio. Jn quo āt differat fictio a pſumptiōe habes gl. in. l. vnica. §. accedit. in ver. pſumantur C. de rei vx. act. quam glo. pro notabili alleg. Alex. in conſil. cl.viij. in ſi. colū. circa prin. in ſecundo volu.

17 to. quid ſi ſint .xij. canonici. † .. duo excōicati ex illis religioſus non mendicans eſt electus a ſex de non excōicatis ſi iſti duo nō computantur in numero. habebit maiorem partem alias non an cōputabūtur i numero Pau. q̄ nō q2 nō cōputabuntur in numero nedum vt vocē dent ſed etiā vt non ſuſſiciant numerū dic contra ſecūdū do. Anto. per hāc cle. per quā ſibi nō plꝫ hoc dictū Pau. certe ipſe non bene percepit dictum Pau. .. male eum recitat q2 Pau. in effectu vult id qḋ dixit glo. circa .c. quotidiam. ſ. q̄ voces excommunicatorū nocent. nō autē proſunt. ideo ſi ad complendum maiorē partem ſit aliquis excom-
18 municat⁹ nō pficiet. Mō expedita materia cle. itrinſeca. † Alii
a qui hic tractāt materiam fictionis ponētes quid eſt fictio[a] .. vñ dicatur. .. quot ſunt ſpēs fictiōis. de quo hic p Guil. .. per Jo. de lig. qui ad lrām quaſi ponit verba Bar. in. l. ſi is qui ꝓ emptore. ff. de vſucap. vbi plene no. in materia. .. dic vt ibi. .. vide glo. ſ. de ſpon. is qui. .. .xxvij. di. qḋ interrogaſti. .. in. l. nō eſt verſiſie. ff. qḋ me. cau. .. l. ſiue apud acta. C. de pba. tractat hic do. An. an aliqd ſufficiat de facto fieri vl̄ de iure. ſiue q̄rum⁹ quo ad effectū pene euitāde. ſiue cōmittēde ſiue ſit pena legalis ſiue cōuentionalis ſiue quo ad effectū creandū. ſiue quo ad creādum aliū effectū. .. q2 materia eſt magis legalis q̄ canonica .. pendet ex declaratione legū omitto. .. cōclude q̄ vbi cōſtat de mēte illa eſt ſeruāda in dubio ſi cōuentiōe facti quis ledit vl̄ de facto cogitare alias ſolū de iuris effectu. l. ſi quis maior. C. de tranſac. vbi de hoc. .. in. l. ea quidē. C. ſi mancipiū ita fuerit alie. vt per Cy. .. Dy. .. bonifacius in. l. quidā cum filiū. ff. de verbo. oblig. Ultimo querit do. Pe. de q̄ſtione de qua per Bar. ff. de adul. l. ſi maritus ſit in magiſtratu. §. j. Se. cle.

b No. pmo. Adde do. abb. in. c. cū olim. extra de ma. .. ob. vbi etiā ponit quā ptatē .. i q bus capitulū habeat ſede vacante. de qua etiā habet p. d. ab. in. c. cū veniſſet de in inte. reſti. .. in. c. venerabilis. extra de fo. compe.

1 Sede vacante capitulum ſuccedit in poteſtate iuriſditionali ſiue eccleſiaſtica ſiue ſeculari.

2 Juriſditio in temporalibus in terris eccleſie ſubiectis videtur temporalis .. non eccleſiaſtica.

3 Sede vacante q̄ capitulū ſuccedit in iuriſditionalibus habet locum non ſolum in cathedrali eccleſia ſed etiam in alia collegiata vel conuentuali inferiori.

4 Emolumentū ſumitur pro reddito pecuniario .. intelligitur deductis expenſis.

5 Sede vacante de iure communi poteſtas iuriſditionalis non deuoluitur ad alium q̄ capitulum.

6 Et vbi deuoluitur cōſuetudine diſponēte vel priuilegio emolumentum non reſeruatur futuro ſucceſſori.

7 Jus ſpeciale comprehendit in ſe ius priuilegij .. conſuetudinis

8 Priuilegiū dignitati datū difficilius tollit̄ q̄ datum perſone.

9 Sigillū an pſumatur appoſitū de voluntate eius cuius eſt.

10 Sede vacante an ſalaria que dabantur ab epiſcopo aduocatis .. procuratoribus debeant ſolui.

11 A pena non excuſatur qui contra ius facit.

12 Eſculenta .. poculenta an ſint ſede vacante prelato ſucceſſori reſeruanda.

13 Sede vacante ſi capitulum facit aliquem de canonicis officialem an poſſit ei determinare ſalarium de bonis plature vacātis

14 Emolumenti appellatione quid comprehendatur.

15 Juriſditio cū emolumēto ſi de iure conſuetudinario deuoluatur ſede vacante ad capitulum alterius eccleſie quid iuris.

16 Bona prelati ſede vacante per quem ſunt ſeruanda.

17 Fructus pueniens ex iuriſditione capituli ſede vacante illi debetur.

c Et an i dubio. Adde bal. Ang. .. doc. i. l. q2 tale. ff. ſo. matri. Bal. in. l. ſi non ſpāle. C. de teſta. ordi. l. §. ſed .. que princi pi. in. v. col. circa ſi. inſti. de iure na. gen. .. ci. Lege. ſi. Adde Bald. in. d. l. ij. C. de re. alie. nō h e. .. i ſiſi Bal. ſ. l. ſi. C. pl⁹ vale. quod agi.

d Et p ɔñs. Adde q̄ iſtam concluſionē tenent oēs doct. i .c. ſi. extra de cōſti. vt dicit ibi Fely. in. vij. col.

18 Acceſſorium regulatur ſecundum naturam principalis.

19 Emolumenta ex iuriſditione capituli vacante ſede obueniētia que ſint.

20 Sigillum quandoq̄ dat emolumentū .. quomodo multis de cauſis poteſt chartis imponi: .. quando pſumat̄ poſitum de volūtate eius cuius eſt: .. an in dubio ſigillans dicat̄ cōſentire.

21 Eccleſiaſticus non intromittit ſe de temporalibus.

22 Statuto ſi fiat aliqua adiectio cenſetur repetita in cōſtitutione declarante.

23 Conſuetudo generalis cenſetur ſublata ſi de ea non ſit facta ſpecialis mentio.

24 Conſuetudo irrationabilis non valet: .. dicitur irrationabilis que prohibetur a iure.

25 Conſuetudine dānata an intelligatur de preterita vel futura: .. ſi corrigatur ius cōmune an cenſeatur correcta conſuetudo.

26 Cōſuetudo diſponens id qḋ ius cōmune an .. qñ aliqd operet̄

27 Sede vacante dādū eſt ſalariū officiali iuriſditionē exercenti.

28 Jus ſpeciale quid dicatur.

Statutum ſup bonis.

Ponit dictū cū certa determinatione. Scḋo
b ab illo excipit. ſcḋa ibi ceterū[b] † No. primo
1 q̄ capitulū ſede vacāte ſuccedit in ptāte iuriſditionali ſiue eccleſiaſtica ſiue ſeculari. .. ſic videtur ſuccedere in accidētali iuriſditione nō ſolū in naturali de
2. quo de ſo. cōpe. verū de maio. .. obe. c. j. in. vj. † No. ſcḋo q̄ iuriſditio i tpalib⁹ in terris eccle ſubiectis vī tpalis .. nō eccleſiaſtica. .. ſic vī ſm leges .. nō ſm canones termināda de quo in. c.
3 ſi duob⁹ de appel. .. in. c. ij. de arbi. lib. vj. † No. q̄ id qḋ dī capitulū ſede vacāte ſuccedere in iuriſditionalibus hꝫ locū nō ſolū i cathedrali eccleſia. ſed ēt in alia collegiata vel cōuentuali iſe-
4 riori. facit. ſ. de ſupple. neg. prela. cle. j. † No. hic de v̄bo emolumentū qḋ ſumitur pro reddito pecuniario. .. intelligitur de-
5 ductis expēſis .c. Ex verbo ceterorū. † No. q̄ de iure cōi ad aliū q̄ capitulū nō deuoluit̄ ptās iuriſditionalis ſede vacante.
6 † Et no. q̄ vbi deuoluitur cōſuetudine diſponēte vel priuilegio q2 tunc cū emolumēto deuoluitur emolumētum. tunc nō
7 reſeruatur futuro ſucceſſori. † Not. ſecundo q̄ ius ſpāle comprehendit in ſe ius priuilegij .. conſuetudinis .. q̄ poteſt aliud ius cōprehendere ſm do. Anto. puto tñ neceſſariū illud aucto-
8 ritate apl̄ica cōfirmari. Not. ſm do. Pe. difficilius tolli priuilegium conceſſum dignitati q̄ pſone. facit de reſcript. c. pe. in
c vj. Et an in dubio.[c] videat̄ cōceſſū dignitati vel pſone habes gl. de inſti. cū veniſſent. .. .xxv. q. ij. i ſumma .. per Bar. de ſerui.
9 leg. l. pe. .. de hoc ē regula priuilegiū. in. vj. † No. ex ſigillo quandoq̄ percipi emolumentū qḋ eſt maxie in partib⁹ vltramōtanis. qūo aūt multis de cauſis poteſt ſigillū charte īponi. habetur de fide inſtru. c. ij. .. an pſumatur poſitum de volūtate eius cuius eſt. dic vt i ſimili cōſueuit dici de iuſtrumēto cācellato penes debitorēz reperto. in. c. eccleſia. ij. vt lite pendente. Itē an in dubio ſigillans dicatur conſentire habes gloſ. C. de reb. alie. non alie. l. ij. Oppo. primo q̄ capitulum ſede vacāte nō ſuccedit in poteſtate iuriſditionis temporalis. vt not. p Jnno. de ſo. cōpe. verū. nam hec poteſtas eſt accidētalis in qua nihil eſt cōmune inter prelatū .. capitulū. Solu. dic q̄ forte capitulū habebat aliquā cōmunitatem in tali iuriſditione ꝓpter qḋ in illa ſuccedit per ea que no. Jnno. vbi. ſ. per. c. j. ne ſede vaca. in. vj. Hoc non placet quia hic in bonis illis cōmunibus cle. non habet locum vt hic. in. gloſ. dicit ideo dic q̄ hic capitulū ſuccedit i hac parte ex diſpoſitiōe alicuius conſuetudinis vel ſtatuti aut alteri⁹ iuris ſpālis. vel dic tertio q̄ loquit̄ de emolumētis venientibus aliūde q̄ ex exercitio iuriſditionis ꝓpter ſolū habitū vel ꝓpter ſolū exercitiū in vita plati dat̄ forte omni anno tñ. .. ſi oc-
10 currat ſolutio in vacatione reſeruāda eſt ſucceſſori. † Quero primo an vacante ſede ſalaria que dabant̄ ab epō aduocatis et procuratoribus debeant ſolui. dicit Pau. q̄ ſic q2 tunc magis eget eccleſia aduocatis .. procuratorib⁹ qui aduocare .. litigare poſſint ſi reddit⁹ epales occupentur. Ad hoc de ſindico. c. j. vnde tales habebunt dicta ſalaria etiā cū eccleſia non litigat. Ad hoc de offi. de. preſenti. §. porro. in. vj. nec ob. ne ſede vac. cap. ij. vbi nulla lis debet dic h̄ri q2 aliqñ opꝫ haberi ſm Paul. ſaltē
11 cū de facto verari. † Scḋo quero an occupat ante diſpōnes huius cle. de emolumentis iuriſditionis a capitulo ſede vacāte debeant ſolui. Guil. q̄ ſic mouetur q. hec conſtitutio eſt iuris
d antiqui declaratoria.[d] .. per cōſequēs trahit̄ ad preterita. ar. ſ. eo. cum in cunctis. §. ſane. vnde dicit q̄ poſſet agi cōditione ex hac decre. ad repetendū ea que forte ꝓpter opi. Jo. an. fuerunt vſurpata q2 ſic faciendo inciderūt in penā illius decre. ſepe propter generalitatem eius ibi quicqd .c. Et q2 in dubiis erat melius abſtineri

hus abſtineri de boni.ſignificaſti.ſm Guil.facit de ſpon. ve
niens do.Ant.pat.ꝫ hoc verum quo ad loca vbi nulla erit cō
ſuetudo oppoſita contra hanc cle.⁊ ſic ꝓ opi.Jo.an.trahit re
tro per gl.in.c.j.de poſtu.prela.in.vi.⁊ quod no.de conſti.c.ſi.
11 ¶ †No.tñ ex dicto Guil.ꝙ non excuſatur a pena faciens con
tra ius ſup quo ſunt opi.qđ eſt verum qñ pena venit imponen
da ꝓpter culpam:ſed ſi ius exigeret ad penam dolū vel latā cul
pam bene excuſaret ſi ius eſſet dubiuꝫ.ff.de iur.⁊ fac.igno.l.ij.
⁊ qđ ſcribitur per Bar.ff depoſiti.l.qđ nerua.ſm do.Anto.vi
dete iniqtum dicit ꝙ in pena imponenda non excuſaret faciēs
contra ius ſup quo ſunt opi.videtur veꝝ:qꝛ dubietas opinio
num maxime vbi index ſequitur approbatum a iure cōiter ex
cuſat ab omni culpa.ar.no.in palle.c.j.de poſtu.prela.⁊ de ap.
cū ſpāli.⁊.c.vt debitus.facit qđ no.glo.j.de conſue.cū venera
bilis.ſecus ſi eſſet opinio cōiter reprobata per no.ſ. de conſti.
12 c.j.per Jo.an.⁊.ſ.c.ne romani.†Tertio an eſculenta vel po
culenta ſint ſucceſſoribus reſeruanda.Pau.ꝙ non.qꝛ ſunt in
mera libertate donantis.de reſcrip.ſtatutum.§.inſuper.in.vi.
13 ſec⁹ ergo ſi ſint debita rōne debite conſtōnis.†Quero an ſi ca
pitulū ſede vacante facit aliquem de canonicis officialeꝫ poſſit
ei determinare ſalaria de bonis ꝓlature vacantis.Concludit ꝙ
ſic:qꝛ non dꝫ iſte officialis ſuis ſtipendijs militare de preſcript.
cum ex offici. cum non debeat os bouis triturantis ⁊ laborā
tis ligari.de ꝓbend.extirpande.⁊ qꝛ illud qđ agit officialis agit
ad vtilitatem ꝓlati non capli:ideo et dꝫ fieri ſolutio de bonis ꝓ
lature.nec obſt.ꝙ caplm ſede vacāte exercet iuriſdictionē iure
ſuo.de ma.⁊ obe.is qui.⁊.c.cum olim.⁊ ſic de ſuo debeat proui
dere officiali:qꝛ lꝫ exercet iure ſuo:exercet tñ noīe ꝓlature:et ad
opus ⁊ ad vtilitatē ꝓlature:nec obſtat etiam ꝙ eſt ordinarius:
⁊ ſic nihil dꝫ habere de vi.⁊ ho.cle.cū ab omni.qꝛ non eſt ordi
narius noīe ſuo,nec ad opus ſuū ideo ei ſolū dꝫ ꝓ labore:et de
bonis ꝓlature ad cuius opus ipſe laborat nec de hoc deducet ex
penſas quas domi eſſet facturus.no.de reſcri.ſtatutū.§.inſup.
14 in.vi.⁊.ij.q.j.ī primis.lꝫ aliqui cōtra ſm Pau.¶ †Quero qđ
cōprehenditur appellatione emolumenti.dicit Pau.ꝙ eſt fru
ctus ⁊ vtilitas ſeu cuiuſlibet rei acqſitio.Alij dicunt vt Lapus
qđ eſt fructus ex molendino ꝓueniens.¶ Sexto qro qua rō
ne conſuetudinis pōt hic extraneus acqrere ⁊ non caplm. dic
ſm Pau.ꝙ caplm ex cōneritate ad ꝓlatum ſuccedit in iuriſdi
ctione ne ſede vacante.c.j.in.vj.cum ſimi.⁊ ſic ſola pceptio emo
lumenti eſſet in ꝓſcriptione ꝯſuetudinis qđ eſſe non pōt etiam
in extraneo quaſi eſſet irrationabilis cōtra regulam qui ſentit
onus in.vj.ſed vbi ille ad quē nō deuoluitur a iure cōi ſede va
can.iuriſdictio eam hꝫ de conſuetudine pōt eius acceſſoriū pre
ſcribere.ſ.emolumentum in ꝓiudicium ꝓlati ⁊ iuriſdictioneꝫ in
preiudicium capli.Ex hac rōne ſequeretur ꝙ forte ꝓſcribi pōt
ſm.c.j.de reſcrip.in.vi.qꝛ hec ꝓprie non eſt cōſuetudo ſed ꝓſcri
ptio:lꝫ aliquo reſpectu dici poſſet conſuetudo.iuxta no.de con
ſue.c.ij.in.vi.vnde melior rō que colligitur ex ſolutione ſequen
15 tis.q.veꝫ qꝛ decre.qꝛ ſepe.nō recipit extraneos.†Septimo qđ
ſi de iure conſuetudinario deuoluitur iuriſdictio cū emolumē
to ad caplꝫ alterius eccleſie an habeat locū iſte ſinis.Reſpōdet
ꝙ ſic ſm Pau.qꝛ.c.qꝛ ſepe.non recipit extraneos qui nō ſunt
de eodem collegio:ergo nec iſta declaratio ⁊c.¶ Gloſ.collega
tarum querit quid in alijs.Reſpondet ꝙ nō hꝫ locū cle.nec de
cre.qꝛ ſepe.ſed decre.preſenti.de offi.ord.in.vj.¶ Glo.dimiſſis
querit an litera procedat indiſtincte in oībus bonis dimiſſis ſe
de vacante.Reſpondet ꝙ non ſed ſolum in dimiſſis a prelatis
vt litera dicit.Et per hoc dicit gl.poſt Archi.qui hoc tenebat
in.c.qꝛ ſepe.qđ non habet locum in bonis cōibus prelati ⁊ ca
pituli:ſed ſolum in bonis diſtinctis prelati.Ratio qꝛ bona cō
munia non ſunt a prelato ſolo dimiſſa.alle.xij.q.ij.hoc ius.⁊.c.
licet.⁊.c.charitatem.⁊.c.illud.⁊.c.de lapſis.⁊.q.v.ſicubi.⁊ ma
gis ad propoſitum ne ſede vacan.c.j.in.vj.⁊ de regula.c. vltī.c.
lib. Sed contra hoc facit multum litera que ſequitur cum dicit
aut alijs vndecunqꝫ ⁊c.⁊ plus non dicit gloſ.ſed poteſtis dicere
ꝙ non obſt.quia debeent eligi aut alijs vndecunqꝫ.ſ.de bonis
prelati:qꝛ hoc.c.ſolum loquitur in caſu decre.qꝛ ſepe.ideo cum
illud non habeat locum in bonis communibus:ergo iſtud ar.
16 in auten.de ſi.ante dota.inſtru.na:§.j.ſm do.Pe.⁊c.†Glo.re
ſeruandis querit per quem bona prelature ſint ſeruanda ſe.va.
remittit ad no.in.c.qꝛ ſepe.qꝛ debent ſeruari per iconomum ec
cleſie ſi habet.xv.diſtin.qñ.xij.q.ij.non liceat.⁊.c. illud. vel ꝑ
viſitatorem ſeu adminiſtratorem ſi habet.de ſup.neg.prela. ec
cleſie.in.vj.his deficientibus recurre ad no.per Jo.an.xij.q.ij.
17 illud ⁊c.zenꝫe.¶ †Glo.declaramus op.⁊ videtur ꝙ fructus
18 ꝓueniens ex iuriſdictione capituli ſede vacan.illi debetur:†qꝛ
acceſſorium regulatur ſm naturam principalis vt in regula ac
ceſſorium:ſed iuriſdictio q̄ eſt principalis tranſit ad caplm ſede
vacan.ergo ⁊ fructus ex ea ꝓueniens qui eſt acceſſoriū ad hoc
regula qui ſentit.lib.vj.⁊ qꝛ non dꝫ labor eſſe ſine mercede in au
ten.de iudi.§.ne aūt labor.Huius timore facta eſt gloſ.q̄ dicit
ꝙ olim de hoc caſu erant opi.ꝓpter contrarium formatū.nam
Jo.an.gloſator huius operis ⁊ ſexti tenebat oppoſitum ei⁹ qđ
hic dr per rōnem.ſ.dictā.⁊ Archi.tenebat idem qđ hic eſt deci
ſum:mouebatur ꝓpter gñalitateꝫ decre.qꝛ ſepe.vbi ꝓhibebat
indiſtincte occupari bona vacationis tēpore obuenientia.Jtem
a qꝛ caplm hꝫ cuſtodiā ⁊ adminiſtrationē noīe alieno nō ſuo[a] vñ
dꝫ cuſtodire non vſurpare:⁊ ſic dicebat bonifacium declaraſſe
glo.non vt hic refert:dicit ꝙ cuꝫ vltima vice legeret.vt.dicebat
ꝙ non recedebat ꝓpterea a ſua opi.niſi videret declarationem
ad rōnes.Arch.reſpondebat ⁊ primo ad id qđ dicebat de ver
bo obuenientia gñaliter ꝓlato reſpondebat ꝙ reſtringebat ꝓ
pter relatiuum q̄ ibi ſubiunctum ad bona obuenientia que de
bent futuris ſucceſſoribus reſeruari inter que nō erat hoc emo
lumentuꝫ ex iuriſdictione ꝓueniens.Ad id qđ dicebat de cu
ſtodia reſpondebat ꝙ non ſuccedit tñ in cuſtodia:ſed etiā in
iuriſdictionis exercitio:alś ſequeretur ꝙ non poſſet recipere ꝓ
curationem viſitando.de quo.ſ.de here.multoꝝ.Quia quicqđ
olim eſſet non eſt inſtandum qꝛ ſtandū eſt declarationi huius
cle.per quā pꝫ ꝙ non corrigit immo reprobat opi.glo.in decr.
qꝛ ſepe.Ratio huius declarationis potuit eſſe qꝛ etiam in hoc
caſu viget gñalitas rōnis.c.qꝛ ſepe.veꝫ ne hac occaſione ꝓtra
b hatur vacatio.Pro hoc et facit[b] cōmendator ⁊ adminiſtrator
eccleſie qꝛ non facit fructus ſuos lꝫ habeat adminiſtrationem.
ſ.c.nemo deinceps.in.vj.Silr viſitator lꝫ habeat liberā.ſ.eo.
is cui.in.vj.ſilr tutor.l.a tutoribus.§.ſi.ff.de admi.tut.Nec ob.
ꝙ acceſſorium ſequatur naturā principalis qꝛ illud eſt veꝝ niſi
diſpoſitio vel ratio diſpōnis concernat ſolum acceſſoriū nō prin
19 cipale ſm Pau.ar.de iureiur.debitores ⁊c.¶ †Gloſ.ex iuriſ
dictione querit que ſint emolumenta ex iuriſdictione ꝓuenien
tia.Rñdet ꝙ pene pecuniarie vel emende q̄ occaſione debitoꝝ
ſoluuntur officio.de offi.or.dilectus.facit qđ no.de penis.lꝫ fa
cit qđ no.de ſen.excom.venerabilibus.§.denique.in.vj.⁊ de off.
ordi.irrefragabili.§.ſi.vel dicit glo.ꝙ forte loquitur de quota
litis que pōt ex conſuetudine deberi ſm no.per Guil.in Spec.
de ſalarijs.§.j.in ver.illo.Si vero ordinarius ⁊ ſe.hoc gl. repro
bat per decre.cum ab omni.de vi.⁊ ho.cle.vbi in ſimili caſu nō
hꝫ locum conſuetudo ſeu non vꝫ.vel extra glo.pōt poni exēplū
in ſportulis iudicis.in auten.de iudi.§.ne aūt labor.col.vj. nec
ob.de reſcrip.ſtatutum.§.inſup.in.vj.qꝛ illud in delegato pape
vel loquitur de mulcta ob contumaciā.l.ij.§.ſi.ff.de iudi.vel lo
quitur de penis penitentiū.vt no.de ſymo.ad aures. de delict.
pue.c.ij.⁊ de rap.in archiepatu.xij.q.ij.deuotiſſimam.⁊ viij.di.
qñ ſm zenꝫe.Limitat cū Pau.hoc ꝓcedere qñ emolumentuꝫ
directe ꝓuenit ex iuriſdictione:ſecus ſi ex cā perſone exercentis
iuriſdictionē gratis aliquid detur:vt ſi officiali dato a caplo ꝓ
20 pter miſſioneꝫ in poſſeſſionē aliquid donatur ſm Pau.†In
glo.ſigillo querit quid eſt emolumentum ex ſigillo ꝓueniens.
c dicit glo.[c] ꝙ ſi ſigillum fit ad vſum cauſarum forte cuꝫ fiebat li
tera citatoria vel aliud ſimile ſigillabatur ⁊ certum quid ſolue
batur vel ſi forte erat ad vſum contractus ꝓ ſigillo ſoluebatur
certum quid qñ contractus recognoſcebatur ſeu publicabatur
cum ſigillo curie:qđ forte fiebat propter defectum vſus tabellio
num.alleg.de ſi.inſtru.cum dilectus.⁊ de fo.compe.romana.in
vj.Hec dicit vera Pau.qñ apponitur ſigillum ab officiali no
mine offici:ſecus ſi officialis apponat ſigillum teſtimoniale no
mine ſuo ꝓprio ⁊ non offici:⁊ per hoc apparet ꝙ ꝓ ſigillo eſt
licitum aliquid accipere.Ad hoc de dele.pue.c.ij.nec ob.de ſy
mo.c.ij.qꝛ illud in ſpūalibus ſed ⁊ ibi tñ pro labore poteſt dari
21 vt ibi no.⁊.j.q.ij.plane.ſecundum zenꝫe.⁊c.¶ †Glo.vel ſecula
ris opponit de.c.nouit.de iudi. vbi eccleſiaſticus ſi non intro
mittit de temporalibus.Soluit ꝙ forte prelatus habebat tem
poralem iuriſdictioneꝫ in loco qꝛ erat forte de terris eccleſie. ar.
22 de ap.ſi duobus ⁊c.¶ †Gl.cōſuetudine querit an in caſu hui⁹
cle.contra diſpoſitionem eius valerent ſtatuta videtur ꝙ ſic:qꝛ
hic ſolum ꝓhibetur conſuetudo ⁊ non ſtatutum.Si autem vo
luiſſet id prohibere expreſſiſſet etiam de illis hic ſicut ⁊ ibi.arg.
de deci.ad audientiam.Reſpondet glo.tenendo oppoſitū veꝫ
ꝙ etiam ſtatuta non valent contra hanc cle.Nec ob.ꝙ hic non
exprimat de illis:qꝛ lꝫ hic non exprimat ſatis eſt in illa expſſiſſe
ad cuius declarationem ⁊ interpretationem hec venit:cū dicta
in iure interpretatiuo intelligantur repetita in iure interpretā
te.Nō alleg.glo.ſed tex.eſt in auten.de fil.ante do.inſtru.na.§.j.
Pro hoc qꝛ hec non corrigit decre.qꝛ ſepe.immo illam confir
mat.ſed illa tollit priuilegia ⁊ ſtatuta ⁊ conſuetudines ergo ⁊c.
Jdem zenꝫe.qꝛ ſatis fuit vnum ex illis exprimere.Nam cū hic
illa omnia ſupponantur vno ex illis ſublato ſublata alia viden
tur.ar.de conſti.tranſlato.⁊.C.de nup.ſi libertam.Ex hac glo.
no.bene ſm do.Anto.ꝙ conſtitutio declarans aliā recipit oēs

a ¶ Unde dꝫ. Adde in ſimili bonū tex.in.l.q fundū.§.ſi tutor.ff.ꝓ empt.tex.⁊ ibi glo.in l.pactum.C.de pact.⁊ gl.in.l.ꝓſes.C.de trāſa.

b ¶ Cōmēdator.Adde alex.in ꝯſ.xxvj.inci.viſis narratis ī j.col.in ſi.⁊ ꝑn.ſeq.in.iiij.vol.Quia illud eſt veꝝ.Adde qđ idē voluit gloſ.in.c.acceſſoriū.de re.iur.in.vj.duꝫ alle.in.d.c.debitores.⁊ ita eā ponderauit Fely.ibi.ſ.in.c.debitores.l.ij.col.circa medi.

c ¶ Qđ ſi ſigillū.de ſigillo vide plura ꝑ Fel.in.c.ij.in ſi.col.extra de fide inſtrumen.

a ℭ Cenſeṫ repetita. Adde qȯ idē dicit ale. in conſi.xiij.incī.circa primū dubiū.in.j.col. in pn.in.v.vol.

b ℭ Que alias nō fuiſſet. Addetū ꝙ ꝯſuetudines gñales ⁊ vulgares cēſentur ſublate ēt ſi de eis nō fit facta mētio. Fel. in.c.ſup lr̃is.in vj.co. circa me. extra de reſcri.

limitationes ampliationes ⁊ declarationes conſtitutionis de
a clarate p qȯ dicit Lap. ꝙ ſi ad ſtatutum fiat aliqua adiectio[a] cē
ſetur repetita in conſtitutione declarante ꝯuerſo qȯ no.be
ne:remanet ergo ꝯcluſio qȯ etiā hic intelligitur ꝓhibita ſtatu
23 ta nedū ꝯſuetudines. ℭ † Sed iuxta hoc q̃rit glo. quā ꝯſuetu
dinē intelligitur hic probibere ex quo p decre.qr ſepe erat iam
probibita ꝯſuetudo. dicit glo. ꝙ voluit tollere ꝯſuetudinem q̄
b fuiſſet inducta poſt illā decre.contra capſm huius cle[b].que als
non fuiſſet ſublata niſi ex̄pſſe fuiſſet facta mentio p ea q̄ haben
tur in.c.j.de ꝯſti.in.vj. Aduerte aliq habent in glo. voluit aliq
noluit: ſed de mente glo. videtur fuiſſe ꝙ habeatur in lr̃a voluit
hanc glo.conſueuit do. Pe.allegare p ſingulari poſt do.ſuum
Bal.dicens ꝙ glo.vult ꝙ dānata ſimplr̃ cōſuetudine intelligaṫ
dānata p̄terita ⁊ non futura: ⁊ ſi habetis in glo.noluit multum
facit pro hoc dicto. Si habetis etiā in lr̃a voluit idē videtur: qr
ſm hoc ius emanaſſet hec ꝯſtō decre.qr ſepe.lꝫ prohiberet con
ſuetudines ſimplr̃ non tū intelligebatur ꝓhibuiſſe conſuetudi
nem q̄ poſt illā introduceretur: hinc eſt ꝙ poſt inducta valuiſ
valeret niſi per hanc conſtitutionē eſſet ſublata. An aūt hoc di
ctum ſit ver̄: j.dicā cum glo.concor. Pan.reſpectu eius qȯ di
ctum eſt de cōſuetudine. dicit tū ꝙ lꝫ tollat conſuetudineꝫ poſt
inductam: qr exprimit tū priuilegiū vel indulgentia q̄ deroga
rent illi poſt conceſſa non tollit: qr hoc non exprimit ſm Pan.
Lau. hoc dicit ꝙ id qȯ de cōſuetudine dicūt glo. ⁊ Pan.non vi
detur bene dictū: qr ex quo per.c.qr ſepe.dānata erat conſuetu
do non poterat induci ꝯſuetudo nec inducta valebit: ⁊ ſic p cō
ſequens nō erat neceſſe hic fieri mentionē de conſuetudine.alle.
qȯ no. Jo.an.de ver.ſig.abbate.in glo.pe.in ſi. ⁊ Pan.in cle.j.
§.e.vbi aperte volunt dānata conſuetudine futuram intelligi
dānat.i.p iſto dicto etiā facit vltra eā qȯ no. Cy. C.q̄ ſit lon.cō
ſue.l.ij.ad ſi.vbi aperte hoc tenet ⁊ tangit aliqd in.l.dudū.C.de
contrahen.emp. Ad hoc eſt tex.cū glo.in.c.j.de conſtitu.in.vj.
24 vbi apparet ꝙ cōſuetudo irrationabilis non valet. † Jlla autē
dr̄ irrationabilis q̄ ꝓhibetur a iure vt ibi exemplificat glo. Ad
hoc auten.caſſa.C.de ſacroſan.ec. ⁊ in auten.namq̄ia.cū ſi.C.de
fur. vbi dānatur ſimplr̃ conſuetudo: ⁊ tū doc.intelligunt ꝙ te
net cōſuetudo contra ipſam poſtilla iura. Non ob.hec cle.qr di
cit Lap. ꝙ reſpexit factum qr forte de facto erat inducta iō illā
de facto tollere voluit quod de iuris miniſterio hoc non eſſet ne
ceſſe exprimere.facit.l.j.cū ibi no.ff.de ferijs.vbi aliquid reuo
catur quatenus de facto proceſſit.Facit qȯ no.de appel. dilecto.
Ex predictis ergo remanet concluſio qr dānata ſimplr̃ conſue
tudine intelligiṫ reprobata ſequens ſeu futura: hoc intelligo ve
rum eſſe vbi conſuetudo non ſequatur ex̄pſſe ſup caſu expreſſo:
ſed ſuper caſu dubio: qr tunc non intelligitur reprobata cuꝫ cir
ca illius interpretationem ſtandum ſit conſuetudini.l.minime
⁊.l.ſi de interpretatione.ff.de legi. Jdeo oportet ꝙ cōſtitutio ſe
quens declaratoriam illius tollit expreſſe alſ non intelligeretur
ſublata: ⁊ ita pōt intelligi hec glo. ⁊ dictum Pan.hic. Naꝫ hic
conſuetudo non emanauerat ſup caſu expreſſo clare in decre.qr
ſepe.ſed ſup caſu de quo erant opi.vt vidiſtis cū glo.in v̄bo de
claramus.ideo p decr.qr ſepe.non erat ſublata nec eſſet nūc niſi
25 fuiſſet hoc ex̄pſſum. † Credo ver̄ in dubio ꝙ dānata ꝯſuetudi
ne intelligiṫ dānata p̄terita ⁊ futura ſaluo niſi futura emanet ſu
per caſu dubio.ar.c.cū dilectus.de conſue. ⁊ hoc clar̄ ante ſuper
ueniētiā conſtitutionis declaratorie: ſed poſtea eſt dubium an
intelligatur tunc ēt cōſuetudo illa introducta in caſu dubio ſub
lato. Lap.hic ſentit ꝙ ſic glo. ſentit ꝯtra. ſed forte dictū Lap.ve
rius per no.in cle.j.§.co. vbi per illā cle.correcta opi.cōi intelli
gitur correcta ꝯſuetudo principalr̃ idē diſponens vt ibi no.in
glo.j.pro hoc qr ꝯſuetudo diſponens id qȯ ius cōe cenſetur ius
c cōe: ⁊ ideo ſi corrigitur ius cōe corrigitur ⁊ ꝯſuetudo: ⁊ ſic ſi de
claratur ius antiquū ⁊ reprobatur opi.videtur etiā reprobari
cōſuetudo. Secus ſi principalr̃ aliqd diſponeret: puta ꝙ de cer
to gremio monaſterij alterius religionis fieri dꝫ electio: ⁊ p di
cto Lap.fa.principiū huius glo. ⁊ eius rō ⁊ idē videṫ in ſtatu
to ⁊ in priuilegio qȯ in ꝯſuetudine an̄ dclationē ⁊ poſtea idem
etiā in ea: an aūt facta p̄tertu talis ꝯſuetudinis irritenṫ pendēt
ex no.in cle.j.§.c. ⁊ in.c.j.de poſtu.pla.in.vj. ⁊ in.c.j.de ele.nō re
26 ſi.li.vj. Ex his q̄ dixi aū tex.⁊c. † Ex p̄dictis no. limitationem
ad glo.c.j.de cōſti.in.vj.vbi dicit ꝙ ꝯſuetudo idē diſponēs qȯ
ius cōe nihil operatur: qr illud eſt ver̄ vbi diſponit ſup caſu cla
ro ⁊ certo in iuris diſpōne. Secus ſi ſup dubio qr tunc declarat
illud ius ⁊ adijcit vinculū adeo ꝙ ſublato illo iure poſtea nō in
telligitur ſublata ꝯſuetudo niſi aliud ex̄pſſe dicatur. Ad hoc ē
glo.in cle.j.§.c.tū.hoc quo ad conſuetudinē quo ad priuilegiū
vel indulgentiā conceſſa. Jn hoc caſu dubio eadem rōne ⁊ ideꝫ
videtur in ſtatutis; dico ꝙ non videretur ſublata: ex quo nō ex
primit.vt dicit Pan.ſecus in conceſſis in caſu certo.vt predixi
alſ forte indiſtincte ſecus in ſtatutis; qr illa non hn̄t interp̄tari

c ℭ Et iō ſi corrigitur ius cōe. Adde Fely.l.c.j.in.x.colū.vſq ad fin.c.j.extra de cōſti. ⁊ quid operetˀ talis cōſuetudo cōformis iuri cōi.vide Bar.in.l.j.§ prin.ff.ad.l.fal. ⁊ Alex.in.l.ſi ita ſtipulatˀ.ff.de verb.obli. Bal.in.c.naturali.in fin.ſi de feu.fue.contro. inter do. ⁊ agn. Jaſ.in.l.properandum.§.ſiue aūt.in.ij.col.in ſi.C.de iud.

d ℭ Quid eſt licentia. Adde de verbo licentia. Bart.in.l. alio herede. in iiij.col.in prin. ff.de ali.leg.

ius nec pōt fieri cōtra ius ſupioris.de o.ſi. Archi.c.ſi. ⁊ hoc ſen
tit glo.iſta in prin.niſi referas illā ad caſum certū decre.qr ſepe.
non ad caſum dubiū huius cle.qd tū eſt contra mentem gl. Jn
priuilegiis ſiſr videtur ſecus q̄ in conſuetudine niſi ex certa ſcia
ſint conceſſa ſeu cū clauſula.non ob.ſm no.de excep.pl.c.j.in.vj.
⁊ de reſcri.c.j. ⁊.c.nonnulli. Nam priuilegioꝝ natura non eſt in
terpretari niſi dicas ꝙ cle.rōne dubij ꝓbabilis ſuſtenteturvt vo
luit Pan.qȯ eſt notandum pro limitatione.no.de reſcript.c.j.
27 ℭ † Glo.expenſe querit q̄ ſint ille expenſe. Reſpondet ponēdo
exēplum ſi aliquid datur officiali iuriſdictionem exercenti vel ſi
gillanti vel ſi ſiant expēſe in certa chartarū ſi. ⁊ alle.iura. Nota of
ficiali dandū ſalariū ſede vacante.de quo in.c.pe.de offi. vica. ⁊
l.j.§.diuus.ff.de varijs ⁊ extraor.cog. ⁊ eſt clar̄ in creato ſede va
cante: ſed in electo ab epō eſt dubium: tū docto.idem ar.l.decem
functo.ff.de offi.aſſeſſoꝝ.de facto tū non ſeruatur niſi p tēpore
quo ſeruiuit viuente epō vel niſi poſtea confirmetur ⁊ ſeruiat
⁊c. ℭ Glo.ſingulares pſonas q̄rit an iſte tex.intelligi debeat de
ſingulis perſonis extraneoꝝ: an vero poſſit intelligi etiā de ſin
gularibus pſonis ipſoꝝ capituloꝝ ſeu collegioꝝ: videtur ꝙ nō
per decre.qr ſepe.vbi tollantur priuilegia q̄tum ad eos. Jn cō
tra.fa.qr alſ hic iſta verba ſuperflue eſſent plata niſi de talibus
intelligantur conſiderato ꝙ per decre.qr ſepe.certum erat non
ligari extraneos: ſed ſolum capitula ⁊ ipſoꝝ perſonas.glo.ſi.di
cit ꝙ putat ꝙ prima pars ſit vera.nec ob.decre.qr ſepe.qr locū
hꝫ qn̄ non vendicāt ſibi ſingulares pſone ex iure dignitatū ſua
rum cū priuilegium dignitatis ibi non tollatur ſed alia de cā.di
cit tū in principio redarguendo cōpoſitorem decre.ꝙ debuiſſet
hoc clare decidere quā fecerit ſalua pace ipſius ⁊ qȯ ſi tunc ad
fuiſſet feciſſet declarare cum glo.concor. Pan.in effectu q dicit
ꝙ ſi ſingulares de caplo rōne beneficij vel ordinis hoc vēdicāt
locū habebit cle.in hoc ſi. Jdem ſi rōne dignitatis puta ſi erat
conſuetudo ꝙ ſi erat primus ſacerdos exercet iuriſdictionem
cū emolumento ſede vac.vt canonicus q hr̄et talē p̄bendaꝫ vel
cōſiſte aliud vnde glo.ſeq.ꝙ ſi rōne pſonatuū vel officioꝝ ſingu
lares pſone vendicant. Jdem eſt dicendū ſiue in eadem eccleſia
ſiue in alia hn̄t pſonatum talem vel tale officiū. Exemplum po
nit ſi cōpetat Archi.in eccleſia cathedrali vel in eccleſia collegia
ta vbi ſit canonicˀ.lꝫ ſit archidiaconus eccleſie cathedralis: hec
vera qn̄ conſuetudo vel priuilegium defert iuriſdictionem cum
emolumento: ſecus ſi defert iuriſdictionem tm̄ vt dicit in verbo
28 emolumēto ⁊c. ℭ † Gl.ſpālr̄ querit qd appelletur hic ius ſpā
le: ridet ꝙ ſtatutum factum in fundatione dignitatis vel eccle
ſie.xviij.q.iij.clemterius.vel res iudicata vel arbitrium. alle.pri
mum.de re iudi.cum inter. ⁊.c.cum olim.de preſcrip. ⁊ de arbi.
cum olim.vel extra glo.pōt poni exemplum in conceſſione fa
cta per ſuperiorem dignitati.de inſti.cum veniſſent.

1 ℞ℑ Ambitio vitanda eſt maxime a religioſis.

2 Licentia quid ſit ⁊ q̄tum duret ⁊ an expiret morte concedētis ⁊ a quo ſit danda ⁊ quis poſſit eam reuocare.

3 Licentiam habens ordines recipiendi a quocūq epō: hoc facere poterit etiam epiſcopo proprio mortuo.

4 Et quis erit ſuperior in danda licentia.

5 Et quid ſi hec licentia generaliter detur a papa an valebit.

6 Monachus vnius monaſterij ſi tēpore electionis ante ꝯſenſuꝫ tranſiuit ad aliud monaſteriū quis platus licentiabit eum.

8 Religioſus ſi habita licentia intrat arctiorem religionem cuius erunt bona medio tempore queſita.

9 Tp̄s legatiōis ⁊ ꝯditiōis exſtāṫ attēdi ṫ i fideicōmiſſis ⁊ legatꝭ

10 Licentia generalis ſi data fuerit religioſo vt conſentiat poſtulationi nominationi collationi vel preſentationi ſi quam de eo fieri contingeret: quid iuris.

11 Et quid ſi concedatur ei licentia ſpecialis.

12 Extenſio per idētitatem rationis in exorbitantibus licita eſt.

13 Licentia ſuperioris non exigitur in clerico ſeculari quo ad conſenſum preſtandum.

14 Monachus ſi eligatur in papam an ſine licentia ſui plati poſſit conſentire cū non habeat velle nec nolle.

15 Electo in papam nulla poteſt obijci exceptio niſi hereſis.

Cum cōceſſa religioſo.

Conceſſio licentie generalis religioſo de cōſentiendo electioni facte vel fiende non valet. h. d. ℭ No.ſummariū. ℭ † No.tollendam mate
1 riā ambitiōis potiſſime in religioſis.[d] † Quid
2 eſt licentia. dicit Guil.qȯ eſt gratia per quam lꝫ qȯ ante nō lice
bat ⁊ dr̄.a liceo ces. ⁊ quia gratia eſt ideo perpetua dicitur niſi
ad certum vſum vel tempus detur.de commo.c.j. Jtem tanq̄
fauorabilis eſt amplianda.de regulis iur.odia.in ſexto. vnde p
hoc dicit quod licentia de eſſendo in ſcholis vel alia non perit
morte concedentis.no. Jnnocen.de cleri.non reſi.cum ad hoc.
lꝫ glo.

lʒ glo. ibi ſentiat contrarium ſm Guil. ſed illam gl. intellige ſm
zenze. vbi ex cā reuocatur qđ pōt ſec⁹ ſi ſine cā reuocetur. de re
gu. iur. mutare. li. vj. facit qđ no. lxxj. diſt. clericos. ſm zenze. et
etiam ſucceſſor ex cā poteſt reuocare ſm Guil. vt. d. c. cū ad hoc
3 ⁊. ſ. de elec. innotuit. †Ex iſtis apparet ꝙ habens licentiam re
cipiendi ordines a quocunqꝫ epo hoc facere poterit etiam pro
prio epo mortuo. Ad qđ no. Archi. de elec. cum ex eo. in. vj. ſu
per verbo ſeptennium. ſm Guil. ⁊ adde ibi per Jo. an. ⁊ eo. ti.
4 lʒ. in. vi. ❡ †Secundo quero etiam quis ſit ſuperior in danda
licentia. dicit zenze. qđ immediatus. ſ. e. quam ſit. ⁊. c. ſi religio
ſus. in. vj. ⁊ ibidem no. facit eo. ti. quorūdam. idem Paul. in re
5 gula aliud diſponat. ❡ †Tertio quero quid ſi hec licentia ge
neraliter daretur a papa dic ꝙ illa valeret: qꝛ non eſt legibus li
gatus. ff. de legi. l. princeps. ⁊ de conceſ. preben. propoſuit. de ac
6 cu. ad petitionem. ⁊ de tranſla. prela. quanto. ❡ †Quarto q̄ro
quid ſi aliquis eſt monachus vnius monaſterij tempore ele
ctionis ante conſenſum tranſiuit ad aliud monaſterium qđ ꝑ
latus licentiabit cum videtur ꝙ non ſit de hoc tractandum: qꝛ
videtur ꝙ ex tranſitu ad ſcđm videtur renunciaſſe iuri queſito
ex electione: qꝛ renunciat beneficio ⁊ dignitati ſi haberet qđ eſt
plus. ad hoc de. gratie. de reſcrip. ⁊ de voto per tuas. Sed ſi te
neamus ꝙ non renunciet ſecundus abbas, cui nunc ſubeſt licē
tiabit eum qꝛ de illius preiudicio agitur. Credit dñs Anto. ꝙ
non videatur renunciare iuri queſito ex electione per tranſitū
ad ſcđm monaſterium monetur: qꝛ ſtatus ſcđs non repugnat
electioni cuꝫ adhuc non conſenſerit ſed bene repugnat habitui
beneficij ſecularis. in de. gratie repugnat habitus ſcđi beneficij
gratie. ideo ſi caſus contingeret econuerſo: qꝛ impetrauerat ad
7 gratiam habēs beneficium illi non renunciaret. ❡ †Quinto
quero ad q̄ beneficia requiratur: dicit Pau. ꝙ ad epatum. ſ. e.
cle. j. vel ad bñficium curatum vel ad platuram eiuſdem ꝓfeſſio
nis vel habitus aliſ licentia data de certa religione diuerſi habi
tus vel ꝓuiſione iam facta ſeculari dignitate vel pſonatu nō cu
rato non tenet cū ad illud non poſſit tranſire. vt no. Hoſtien. de
ſta. mo. qđ dei. ⁊ dixi. ſ. e. cle. j. In poſtulatione aūt non requirit
licētia conſentiendi cū poſtulatus nō habeat cōſentire. ſ. e. cu
8 pientes. ⁋. denique. in. vj. ſm Paul. ❡ †Sexto q̄ro quid ſi reli
gioſus habita licētia intrat poſtea arctius monaſterium cuius
ſunt bona medio tēpore q̄ſita dicit ꝙ prioris monaſterij vt no.
in Spe. de ſta. mo. ver. xij. hoc intellige niſi oino fuiſſet habit⁹
ꝓ derelicto tunc ſi interim aliud q̄rit non videtur q̄ri ꝑmo mo
naſterio cū ſit ſub obediētia epi ſm do. Pe. qui alle. Fed. de ſe
nis ſic tenuiſſe in publica diſputatione cōſil. xix. fa. qđ not. xvj.
q. j. qui vere. lʒ Bar. aliter ſenſerit. ff. de ſtip. ſer. l. quod ſeruus.
9 ❡ †Septimo quero quid ſi legetur aliqđ religioſo ſub condi
tione ⁊ ante conditionem extantē ſit epus cui q̄ritur legatū: dic
ꝙ epatui qꝛ in legatis ⁊ fideicōmiſſis attenditur tempus lega
tionis ⁊ ↄditionis extantis. ff. de reg. iur. l. que legata. ff. q̄n di.
le. ce. l. ſi vſufructus. ſecus ſi religioſo eſſet aliquid ꝓmiſſum ſub
conditione: qꝛ tunc ſpectatur tēpus ꝓmiſſionis. ⁊ ſic deberetur
primo monaſterio. ff. de ver. ob. l. ſi filius. ⁊ de ſtip. ſer. l. fin. hoc
eſt verꝫ in ↄditionibus caſualibus: ſecus in poteſtatiuis: qꝛ pri
ma trahitur retro. ſcđa non. l. potior. ⁊. l. qui balneum. ff. q pot.
in pig. ha. de quo plenius p Bar. in. l. ſi filius. ⁊ qđ no. de reſcr.
ſi pro te. in. vj. ⁊ de materia per Joan. xviij. q. j. c. j. ⁊. q. ij. c. j. ⁊c.
10 ❡ Glo. ij. querit de vna queſtione que eſt facillima ⁊c. ❡ †Gl.
tertia querit quid ſi religioſo fuit data licentia generalis vt con
ſentiat poſtulationi: nolationi: collationi vel pſentationi ſi quā
de eo fieri contingeret an locū habebit de. videtur ꝙ nō: qꝛ ſolū
loquitur vbi licētia datur de ↄſentiēdo electioni ⁊ ꝓuiſioni: igit
⁊c. de pben. cū in illis. in. vj. glo. tenet contra. qꝛ hoc verbū ꝓui
ſioni latum eſt ⁊ cōprehendit oia. ſ. dicta. nā ꝑ oia. ſ. dicta ꝓui
detur eccleſie. facit qđ no. ſ. e. ſi cōpromiſſarius. ⁋. idē, in fi. vlti
a me glo. in. vj. ⁊ qđ vidiſtis. ſ. e. qđ circa. in glo. ij.[a] Nā de verbo
iſto ꝓuidere de verbo cōmittere vel diſponere habes. ſ. ti. ſi. de
men. j. ⁊c. ❡ Glo. quā q̄rit de rōne lr̄e quare vitiaſ hec licentia
gn̄alis dicit glo. qꝛ forte poſſet contingere ꝙ eligeretur ad locū
cui non expediret illū pſici: ⁊ ſi cogitaſſet platus forte licentiam
ſpālē non dediſſet: melior eſt ratio q̄ aſſignatur in lr̄a: lʒ hec poſ
ſet eſſe impulſiua. nā finalis non eſt qꝛ ſequeretur ꝙ teneret ſi cō
tingeret eum eligi ad locū cui conſenſiſſet platus ſi in ſpecie cogi
taſſet qđ eſt ↄtra literam q̄ gn̄aliter loquitur do. Pet. aſſignat
rationem p decre. ad audientiā. de eccle. edifi. ſ. qꝛ rei, que nōdū
eſt in eſſe non pōt adhiberi conſenſus. Quia hec ratio pax vʒ
per ibi no. qꝛ lʒ non poſſit adhiberi conſenſus illius rei q̄ non
eſt vt tunc operetur: tñ ſi ſperetur eſſe pōt adhiberi vt operetur
11 cū erit in eſſe. ❡ †Scđo querit glo. qꝛ hic loquitur qñ licētia cō
ceditur gn̄alis: quid ſi conceditur ſpecialis vt ſi exprimaſ loc⁹.
Exemplum qꝛ dicatur ꝙ conſentire poſſit ſi eligatur ad iſtam
platuram forte vacantem videtur ꝙ ſecus a ↄtrario litere glo.

tenet idē. ſ. ꝙ non vʒ: qꝛ obſtat rō ambitionis de qua in lr̄a: ⁊ ꝑ
12 conſequens diſpoſitio ar. decre. tranſlato. de conſti. ❡ †No. be
ne glo. ꝙ in exorbitantibus licita eſt extenſio ꝑ idētitatē rōnis
ſed hoc ideo qꝛ hic ex ꝓprio ſignificato gn̄is caſus ſpecific⁹ con
tinetur. dic vt dixi in cle. j. ſ. eo. facit qđ no. in cle. auditor. de re
ſcrip. in verbo beneficia ⁊c. ❡ Glo. nullius querit, quid ſi velit
conſentire virtute talis licentie gn̄alis electionis prius facte de
ipſo, eo tñ ignorante an poſſit videtur ꝙ ſic: qꝛ reſpectu illi⁹ ceſ
ſat ambitio ex quo iam ante licētiam facta erat, glo. tenet cōtra.
per literam q̄ dicit indiſtincte nullius ↄformitatis eſſe quaſi in
tentus ſit lr̄e ꝙ licētia ſit danda ſup certo non in gn̄e ſup incer
to ⁊c. ❡ Glo. infirmitatis querit quid ſi virtute talis licētie con
ſentit. Reſpondet ꝙ non valet ⁊ incurrit penā: qꝛ priuatus eſt
ex hoc oi iure q̄ſito de electione ſm ea q̄ habētur. ſ. e. ſi religio
ſus. primo reſponſo. in. vj. ⁊. h. d. glo. ſatis etiam erat de mente
iuris antiqui inq̄tum vʒ decre. ſi religioſus. ꝑalle. in. j. ⁊. ij. reſpo
⁊ decre. quā ſit. e. ti. lib. vj. loquebatur de conſenſu pſtando ele
ctioni facte quaſi ſecus eſſet in facienda prout aperte eſt hodie
hic deciſum ⁊c. Demum glo. in ver. tñ oppo. hic videtur ꝙ ma
b le facit Abb. in ↄcedendo talē licētiam gn̄alem[b] tñ ſi pur conce
dat teneat: ſicut in ſimili videmus ꝙ male facit. Abb. ſi abſol
uat monachū vt tranſire poſſit ad aliud monaſterium ſi nō hʒ
illud paratum ſi conſtet ꝙ eum recipere velit tñ ſi pur concedit
tenet iuxta no. per Inn. de renun. c. ſi. per Hoſt. de inreiu. ſicut
ex literis. Reſpondet glo. ꝙ per ꝑdictā rōnē olim tenebamus
contrarium: qꝛ expreſſe in iure antiquo nō habebamus oppo
ſitum forte lʒ tacite fuiſſet de mente vt dixi: ex quo patet ꝙ hec
cle. exorbitare videtur a regulis iuris per qđ concludit gl. ꝙ ſtri
cte intelligenda eſt in caſu ſuo: ex quo infert ꝙ ſi talis licētia ge
neralis ſm formam cle. daretur clerico ſeculari de conſentiēdo
⁊ tranſeundo ad aliud beneficium ſi ad aliud promoueretur va
leret talis licentia: lʒ ſecus in religioſo quaꝫ in ſeculari clerico vt
hic: pro hoc qꝛ maior notari poteſt ambitio propter vim profeſ
ſionis in religioſo q̄ in ſeculari clerico: ideo ibi eſt maior prohi
bitio. facit. ſ. e. cle. in pleriſqꝫ. Ideo aūt dixi in ſeculari dataꝫ li
centiam de conſentiendo ⁊ tranſeundo: qꝛ ꝓpter ſolum conſen
ſum abſqꝫ tranſitu non eſſet neceſſaria: qꝛ poſſet cōſentire abſqꝫ
alia licentia ſeculari electus lʒ non tranſire vt in decre. qđ in du
bijs de renun. ⁊ eo. ti. admonet. Sed obuiat predictis quia nō
poteſt dari poteſtas aliqua circa beneficium vacaturum ne ape
riatur via vacaturis ↄtra ↄſilium lateranē. de conceſ. pbē. c. ij. et
c. ↄſtitutus. Sol. glo. circa beneficiū vacaturū ptās actiua hoc
eſt vt datur ptās eligendi ad vacaturū vel ꝓmouēdi bene eſt ꝓ
hibita a iure vt in ↄtrario: ſed ptās paſſiua p quā quid habili
tatur ad vacaturū ſi ei in futurū ↄtingat ↄferri bene pōt darı et
permiſſa. alle. de tranſla. c. ſi. ⁊ de ſi. pſby. c. j. ⁊. ij. in. vj. vbi q̄nqꝫ
per epm diſpenſatur vt illegitimus poſſit habilitari vt poſſit ꝓ
moueri ad vacaturum cum glo. concor. Pau. lʒ Guil. contra. ꝑ
13 alle. c. conſtitutus. ſed non ob. vt ꝑme dixit glo. ❡ †Not. tñ
ex his q̄ dixit glo. ibi qꝛ ad ſolum conſenſum ⁊c. qđ quo ad con
ſenſum pſtandū in ſeculari clerico non exigitur licentia ſuperioris
exigitur tñ quo ad tranſitum qđ vltimū dicit Pau. eſſe verum
qñ tranſit ad eccleſiā alterius dioceſis: aliſ ſufficeret tacita de eo
qđ non contradiceret p no. de renun. c. ſi. ⁊. c. admonet. ⁊. vj. q.
j. placuit. do. Antoñ. dicit ꝙ ſi tranſeat in eadem dioceſi ad bñ
ficium ex quo ſurgit vacatio primi ꝙ non tenet tranſitus quo
ad pꝛiudicium ſuperioris quominus illū reuocare poſſit tranſitū
⁊ tacitam renunciationem infringere. per no. de renun. admo
net. ⁊ de preben. de multa. ponit aūt hic Pau. e. d. Petr. poſt
eā formam dande licentie religioſo qui monaſteriuꝫ arcti⁹ vult
querere. de quo per Inn. de renun. c. ſi. qꝛ dʒ ſibi dari poteſtas
⁊ licentia querendi non tñ licentiari niſi ex quo reperit ſibi pla
citum vt ſic interim ſit ſub obedientia abbatis licentiantis: non
aūt dʒ ſtatim licētiari abſolute ne detſ materia diſſolutioni ⁊ va
14 gationi ↄtra cle. in pleriſqꝫ. ſ. e. ❡ †Querit Pau. an cle. locuꝫ
habeat ſi monachus eligaſ ad papatū: ⁊ ſic nō conſentire poſſit
niſi legitime licētiam obtinuerit. Rñdet ꝙ ſic. alle. xvj. q. j. ne ꝑ
cauſſibet. ⁊ qđ no. Joā. xviij. q. ij. quā ſit ꝑ hoc qꝛ non hʒ velle
vl' nolle. vt. d. c. ſi religioſus. d. Pe. tenet ↄtra. qꝛ nulla exceptio
15 obijci poteſt† electo in papam niſi hereſis. lxxix. diſt. ſi quis pe
cuniam. xl. di. ſi papa. ⁊ ideo non poterit ſibi obijci ꝙ nō legiti
me conſentit. Nec ob. ꝙ non hʒ velle ſeu conſenſum qꝛ illud ex
iuris fictione non naturaliter. Nam videmus ꝙ comedit bibit
⁊ loquitur no. in auten. Idem eſt ⁊ auten. Ideꝫ excipitur. C. de
bo. que lib. ⁊ no. in. l. qđ operari. ff. de reg. iur. ⁊ in auten. de mo
nachis. ⁋. cogitandum. coll. j. ꝑ quo facit qđ no. de deſpon. im
pub. c. j. in. vj. vbi ex ſponſalibus ↄtractis cum monacho oritur
publice honeſtatis iuſtitia. Pro hoc etiaꝫ facit qꝛ in electione
ad tantam dignitatē videtur liberari a ptāte abbatis. ar. l. fin.
C. de accu. li. x. ⁊ inſti. qui. mo. iuſpa. poteſtatis ſol. ⁋. filius.

a ❡ Nā de ver
bo. Adde de
iſto verbo. tex
⁊ glo. in. c. cū in
illis. ⁋. j. de pb.
in. vi. glo. ante
pe. l ſi. c. lʒ eo. ti.
pbē. gl. ⁊ Bal.
in. c. abbate. de
reſcrip.

b ❡ Tñ ſi pur
Addē facere in
ſimi. q̄ dicit do.
Felyn. in. c. ſi. in
xiij. col. ibi ⁊ eſt
bene notandū,
extra de conſti.

¶ De renunciatione. Rubrica.

1 Variatio in cōtractib⁹ nō eſt licita in clericis: ſec⁹ i laycis.
2 Illudere quid ſit.
3 Renunciatio. ceſſio ſeu reſignatio dignitatis poteſt fieri per ꝓcuratorem: nec renunciare beneficio videtur quis eo qꝺ conſtituerit procuratorem ad renunciandum beneficio.
4 Procurator ſi fuerit reuocatus an anteq̄ ad eius notitiā trāſeat reuocatio vel eius cū quo negocium debet gerere: an geſta extraiudicialia per eum facta valeant.
5 Notificatio facta cenſetur ſi per eum cui fieri debet ſtet quominus fiat.
6 In ceſſione facta admittitur penitentia.
7 Renunciatio an valeat ſi renuncians in nullius manibus renunciat.
8 Laycus procuratorio nomine poteſt acceptare beneficium.
9 Procurator quando dicatur libere conſtitui
10 Procurator quomodo poſſit reuocari.
11 Actus exercendus per mandatarium an impediatur ſi reuocatio mandati non peruenit ad notitiam procuratoris vel aduerſarij.
12 Mandatarius ſi interuenit vt nudus miniſter tūc reuocatio impedit actum gerendum ſine certioratione.
13 Solutio ſi fiat procuratori reuocato tenet.
14 Mandatum ſpeciale de gerendo actum cum certa perſona ſi alicui detur: debet illi intimari reuocatio.
15 In procuratore ad iudicia non ſufficit reuocationem fieri niſi intimetur aduerſario vel iudici: ſecus in ꝓcuratore ad negocia.
16 Mandatum an intelligatur tacite reuocatum per mortē mandantis.
17 Ceſſio beneficij in quibus manibus facienda ſit.
18 In ceſſione beneficij an requiratur conſenſus habentis ius ꝑſentandi.
19 Conſenſus capituli eccleſie cui renunciatur an requiratur.
20 Ceſſio beneficij quando ſit in manibus epiſcopi an requiratur conſenſus capituli eccleſie cathedralis.

C um illuſio ꝛ varia-
tio. Ponit dictum. ſecūda ibi niſi. Po-
nit exceptionem a dicto ꝛ quid deter-
1 minet de dictis antiquorum ponit glo.
j. in fi. ¶ † No. primo ꝙ illuſio ꝛ varie-
tas maxime in perſonis eccleſiaſticis eſt
inhibita: per hoc dicunt doc. in. c. conti-
nebatur. de his que fiunt a prela. ꝙ licet ſe-
cularibus liceat variare re vendita vni alteri eam tradendo vt
ſic ſecundus ſit potior. C. de rei ven. l. quotiens. tū hoc non eſt li-
2 citum clericis: ideo primus erit potior. † Quid aūt ſit illudere
dicit glo. in ver. illuſio. in fi. qꝺ eſt decipere vel deridere. Alij di-
cunt ꝙ eſt vnum propter aliud oſtēdere: variare vero ſumitur
3 pro mutare. ¶ † No. ſecundo ꝙ ceſſio vel renunciatio dignita-
tis poteſt fieri per procuratorem nec eo ꝙ quis conſtituit ꝓcu-
ratorem ad renunciandum beneficio videtur renunciare bene-
a ficio. adde ꝛ vide glo. de elec. c. j. in. vj. in glo. fi.[a] ¶ † No. tertio
4 caſum in quo valent geſta extraiudicialia per procuratorem re-
uocatum anteq̄ ad eius notitiam tranſeat reuocatio vel eius
cum quo negocium debet gerere. ad hoc. l. j. §. ſꝫ ſi quis. ff. qꝺ vi
5 aut clam. ¶ † No. paria eſſe notificationem factam eſſe vel ſta-
re per eum cui fieri debet. vide glo. ſ. tit. j. in cle. cauſam. ¶ Op-
6 po. do. Pe. de. l. is qui. ff. de ceſ. bono. † vbi in ceſſione facta ad-
mittitur penitētia. Sol. ꝙ ibi in vero domino cui plus ꝑmitti-
tur in prelato qui eſt procurator. de dona. ceterum. ideo ei nun⁹
permittitur. vel ſecundo fauor fame cedentis ibi ſuadet ceſſio-
nem poſſe reuocare ne laceretur eius fama per creditores: hic
fauor fame cedentis in caſu iſto ſuadet oppoſitum. ſ. non poſſe
reuocari ne notetur vel perſona eccleſiaſtica de illuſione ꝛ varia-
tione: ideo non admittitur penitentia: nomen enim monachi
debet eſſe ſanctum ꝛ non ſacrilegum. de no. oper. nun. c. ij. et ſic
idem fauor diuerſa operatur idem in ſimili. no. de elect. ſi quis
b iuſto. in. vj. ¶ Secundo opp.[b] de. c. ſi. de procuratore. in. vj. iū-
cto. c. ij. de tranſla. Soluit ibi ꝙ in matrimonio carnali hic i ſpi-
rituali vbi non ſemper requiritur conſenſus diſſoluendo: im-
mo etiam quandoqꝫ quis inuitus deponitur multe alie differē-
tie no. in. c. me. de ſpon. Aduerte tamen ꝙ proprie loquēdo hic
agitur de matrimonio diſſoluendo. in. c. ſi. de procuratoribus.
de matrimonio contrahendo. vnde caſus ſunt diuerſi adeo qꝺ
ibi dicit Lap. ꝙ ſi ageretur de matrimonio ſpirituali contrahē-
do: idem eſſet dicendum ꝙ in matrimonio carnali ibi dicitur.
nec ob. hec cle. que hoc caſu non loquitur ꝛ quia in contrahen-
do requiritur conſenſus ſed in diſſoluendo non ſemper: quia vt
dixi etiam quandoqꝫ quis inuitus deponitur. de quo dicet ibi
dictum fuit. An autem hec cle. locum habeat etiam ſi ex cauſa
permutationis fienda ſit ceſſio: tenet ibi Lap. ꝙ ſic. q2 loquitur
7 indiſtincte. † Sed querit do. Petr. quid ſi quis renunciat ꝛ in
nullius manibus an tenet renunciatio. dicit ꝙ non: ſed ſpeciale
eſt in papa qui non recognoſcit ſuperiorem. ſ. eo. c. j. in. vj. Alij
dicunt ꝙ tenet in preiudicium ſuum: ſꝫ non in preiudicium ſu-
perioris: q2 iuri reali renunciari poteſt alio abſente. ſ. e. veniēs
vbi per Inno. facit qꝺ no. de pac. cum pridem. ꝛ. C. de pac. poſt
q̄ liti. ꝛ. ff. de liberatione legata. l. non ſolum. §. liberationis ver-
ba. ꝛ hoc videtur verum: ſecus forte ſi in manibus layci: q2 ibi
videtur inficere ex toto propter preſentiam layci. ar. de renun. qꝺ
in dubijs. de quo dic vt ibi. ¶ Quero quid ſi credens notifi-
cationem peruenisse ad procuratorem adminiſtrat cum non ꝑ-
uenerit an valeāt que facit: dic ꝙ valent que vt ꝓlatus geſſit
donec ſciuerit: ſicut dicimus in iudice qui ignorat iuriſdictionē
reuocatam. ſ. de app. ſi duobus. de reſti. ſpo. audita. xxij. diſ. ti-
bi domino. cum ibi no. ſm Guil. ꝛc. ¶ Glo. cedendum. querit
an diſpoſitio cle. procedat in procuratore dato ſolum ad peten-
dum licentiam cedendi. Nam de dato ad cedendum loquit̄ cle.
Vin. ꝛ Inno. dicebant ꝙ non immo valet reuocatio etiā poſt
petitionem preſentatam ſuperiori. alle. de elec. cum poſt petitā
a contrario ibi obtentam ꝛc. quaſi ſecus ſi non ſit obtenta: ſed
ſolum preſentata petitio. allegat etiam decre. lecte. ſ. e. Sꝫ hanc
opi. decre. bene obuiat ver. Nec nocebit. de poſtu. prel. vbi poſt
poſtulationem ſuperiori preſentatam non eſt locus penitentie:
ergo eodem modo in propoſito ſoluit ꝙ aliud in poſtulatione
que ſit publice ꝛ ſolenniter. Aliud in hac petitione que non ſit
publice nec cum aliqua ſolennitate: ideo licita eſt penitētia ma-
xime cum illius interſit vt ſic facilius tollatur id quod facili⁹ in-
ducitur. ar. regule prime. de reg. iur. Ex iſtis infertur ꝙ ſi poſt
dictam reuocationem concedatur licentia ꝙ nihil operaꝛ: ſꝫ hoc
intelligit Inno. ſi ſuperior ſciens reuocationem illam concedit
Si autē ignoraſſet teneret licentia ꝛ valeret. Hec fuit vna opi.
quam ſequi videbatur Inno. ꝛ Vin. dicebat tamen Inno. qꝺ
poſt poterat diſtingui an per procuratorem ſit petita dicta licē-
tia an per nuncium vt ſic primo caſu non valeat reuocatio poſt
preſentationem factam ſuperiori. In ſecunda ſic hec poterat eē
ſecunda opi. de iſta differentia inter nuncium ꝛ procuratorem
c aliquid. ſ. dicetur vt in glo. fi.[c] Tertio dicit per rationem cle. ſi.
dici poteſt idem in procuratore dato ad petendum licentiā ꝙ
hic dicitur de procuratore dato ad cedendum. per quod conclu-
dit ꝙ ſi procuratori ad hoc conſtituto ꝛ petenti data ſit licentia
cedendi priuſq̄ reuocatio peruenit ad procuratorem vel ceſſan-
te malitia ꝙ cogetur talis qui tale mandatum dedit cedere per
ea que habentur in decre. quidam. ſ. eo: Item zen. ſe. dicit ꝙ ſi-
bi imputet qui procuratorem non certificauit. ꝛ ſic videtur qꝺ
non curetur an preſentata ſit petitio licentie ſuperiori vel nō: ꝑ
quo iſte tex. qui ponderat ſolum an ceſſio ſit facta non autē pō-
derat an mandatum procuratorium de cedendo preſentatum
ſit inter que eſt differentia in iſta no. de elec. ſi quis iuſto. an autē
poſſit reuocari poſtulatio poſt preſentationem factā a ſuperio-
re remittit glo. ad no. in. c. bone. poſt Hoſt. ꝛ ibi tenet ꝙ ſi lo-
cus non ſit: licet ſecus in electione publicato ſcrutinio. vt not. de
electione publicatum. q̄q̄ Ber. teneat idem in electione ꝛ po-
8 ſtulatione. dic vt in. c. bone ꝛc. ¶ † Gl. procuratorem querit an
ſit differentia an vnus an plures procuratores ſint cōſtituti in
caſu cle. ꝛ ſi plures ſint conſtituti an ſit differentia an inſolidum
an cōiunctim ſint conſtituti. Reſpondet ꝙ non dicens ꝙ nec eſt
differentia an laycum vel clericum conſtituerit lꝫ tutius ſit cleri-
cum conſtituere per nota. de prebendis. accedens. per hoc di-
cit Pau. ꝙ laycus procuratorio nomine poteſt acceptare bene-
ficium de quo de conceſſione preben. in cle. j. pro hoc q2 poteſt
cedere vt hic qꝺ eſt odioſum: ergo econuerſo acquirere ꝙ eſt fa-
uorabile: ꝛ ꝙ contrariorum eadem eſt diſciplina. xxiij. diſt. ho-
ſpitiolum. Honeſtiꝰ tamen eſt fieri per clericum ſm Paulū.
¶ Glo. ſponte querit quid ſi coacte reſpondet ꝙ ſecus a cōtra-
rio licet: ideo tunc non valeret conſtitutio procuratori. de pro-
curatoribus. accedens. facit. c. ad audientiam. qꝺ me. cau. de pe-
na cogentium clericos ad renunciandum beneficijs. vide i cle.
9 multorum. de penis ꝛc. ¶ † Glo. libere querit quando dicatur
libere conſtitui procurator. dicit glo. ꝙ libertas poteſt conſide-
rari ex parte conſtituentis: q2 debet eſſe liber in conſtituēdo de
procuratore accedens. Item poteſt conſiderari ex parte conſti-
tuti: q2 non in diem vel ſub conditione. Ex hoc videtur ꝙ cle.
locum non habeat in conſtituto in diem vel ſub conditione qꝺ
temperat. glo. verum ante diem vel conditionem: ꝛ idem ſequi-
tur zen. ſe. Nam aliquid ante faciendo nihil agit q2 contra for-
mam mandati facit. de reſcrip. cum dilecta. Secus ſi iā dies vel
conditio euenisset tempore quo procurator vult cedere: q2 tunc
idem

a ¶ No. tertio Adde tex. in. l. ſi mandaſſem. ff. man. ꝛ plene ſe. ly. in. c. ex parte decani. in. v. co. extra de reſcri.

b ¶ De. c. ſi. ad de Fely. in. d. c. ex parte decani col. v. vbi plene ponit de intellectu. d. c. ſi.

c ¶ Per rōnē cle. De iſta rōne pulchre p Fely. in. c. olim. in ſi. col. de reſti. ꝛ Fely. in. c. ex parte decani. l. iiij. co. extra de reſcri.

idem ac ſi a principio pure eſſet conſtituta. alleg. l. potior. ff. qui
potiores in pignore habeantur ⁊ not. de reſcrip. ſi pro te. in. vi.
¶ Glo. ignorantem querit de ratione quare ſufficit reuocatio-
nem peruenire ad notitiā pcuratoris. licet nō peruenerit ad no
titiā ſuperioris. vt innuit hec litera. Rñdet ꝙ iſte procurator in
caſu cle. videtur datus ad negociū. ſed in pcuratore dato ad ne
gocia ſufficit reuocationē ad eū peruenire. ff. mādati. ſi mād aſ-
ſem ⁊ qḋ notat. de reſcrip. ex parte decani. ergo ⁊c. quaſi velit ꝙ
in pcuratore ad iudicia non ſufficeret pcuratori intimatā reuo
cationem ſed deberet eſſe intimata iudici vel aduerſario. Quia
a qualiter hoc debeat intelligi infra patebit. Idē dicit zenze.[a] ſi
ſciuerit pcurator reuocationē licet ad eū nō puenerit intimatio
dñi qꝛ eadē eſt ratio. ſ. qꝛ eſt datus ad negocia. fa. l. ſ3 nō alle. ſ. ti.
10 prori. de. cām ⁊c. ¶ † Glo. quolibet qrit quō potuerit reuoca-
tio fieri. Rñdet ꝙ multis modis vz reuocādo expreſſe ⁊ etiā ta-
cite dando aliū procuratorē. Itē per mortē ſubſecutam. dicebat
zenze. etiā ignorante pcuratore ipſam mortē per no. ff. ſi cer. pe.
eius qui. dicit tamē glo. ꝙ tūc vacaret morte bñficiū nō renūcia
tione. de reſcrip. ſuſceptum. in. vi. ⁊ de prebē. dudum co. titu. ⁊c.
¶ Glo. teneat oppo. voluit ⁊ videtur ꝙ teneat reuocatio ⁊ im-
pediatur actus etiā ſi reuocatio nō tranſiuit in notitiā procura-
toris. vnde op. de. l. ſi pſ. ff. de manumiſ. vindi. ⁊ l. ſi penituit. ff.
de diuor. licet iſta poſſet induci in cōtrariū. Item op. de. c. vlti.
de procuratoribus in. vi. Huius timore facta eſt gl. que dicit ꝙ
circa caſum hic deciſum olim erant opi. Uincen. enim in decre.
veniens. ſ. eo. videbatur primo tenere ꝙ hic dicitur poſtea vo
ad hoc recedere videbatur ⁊ hoc tēperare. vz ꝙ non teneret re-
nunciatio. ita demū ſi conſtituēs incūbebat poſſeſſioni ⁊ publi
ce reuocauerat mandatū. ⁊ tūc nō requirebat pcuratorē vel ſu-
periorē certioratū. Fatebatur tñ ꝙ tenebatur ad expēſas ⁊ in-
tereſſe ei cuius intererat reuocationē intimataꝫ. allegat pro iſta
opi. ſcḋa de p̄bē. dudū. in ſi. in. vi. ⁊ ff. ſi cer. pe. eius qui in ꝑuin
cia. ⁊ pro ipſo faciebāt etiā iura in cōtrariū allegata. tamen his
non obſtā. deciditur pro prima. opi. ſ. ꝙ non teneat reuocatio. ⁊
per conſequēs teneat ceſſio niſi in notitiā pcuratoris vel ſupio-
ris trāſiuerit reuocatio. Non ob. cōtraria nō ob. c. vltimum de
pcuratoribus lib. vi. qꝛ ibi eſt ſpecialiſſimus caſus in matrimo
nio. ſ. cōtrahēdo vbi impeditur matrimonium etiam ſi reuoca
tio nō perueniat ad pcuratorē vel aduerſariū. Non ob. etiā. l. ſi
penituit de diuor. qꝛ illa pōt etiā facere cōtra. vt vidiſtis de pcu
ratoribus. c. ſi. in. vi. vel rñde vt primo cōtrario. qꝛ ibi ſpāle in
matrimonio carnali. Nō ob. l. ſi pater. de manumiſſis vindicta.
qꝛ ibi loquitur qñ mandatarius interuenit vt nudus miniſter
hic vt pcurator. Et hinc ſumpta occaſione glo. hec in ver. ⁊ vi-
11 de generaliter ſubintrat an impediat † actus exercēdus p mā-
datariū ſi reuocatio mādati nō puenit ad notitiam pcuratoris
vel aduerſarij. recitat opi. qꝛ prima fuit opi. Cy. in ꝑalle. l. ſi pa-
ter. qui dicebat ꝙ aut mādatarij nō intererat an actus teneret
vel nō. ⁊ tunc impediebatur actus etiā ſi reuocatio nō pueniſſet
ad eius notitiā. vt in. d. l. ſi pater. aut intererat mādatarij. ⁊ tūc
nō impediebatur actus niſi in eius notitiā trāſiuiſſet reuocatio
⁊ ſic intelligebat. l. qui mādaſſem. ff. mādati cum ſi. hec opi. vi-
det cōtra caſum huius cle. vbi nō intererat mādatarij an actus
teneret vel nō ⁊ tamē nō impeditur actus niſi reuocatio trāſiue
rit in notitiā pcuratoris vel aduerſarij. ideo ſcḋa datur opi. in
verſ. Alij dicebāt ꝙ aut loqmur in reuocatione expreſſa ⁊ ſemp
oportet pcuratorē reuocatū certificari in ꝑallegata. l. ſi mādaſ-
ſem aut in tacita que ſit per mortē. ⁊ tunc ſecus. Idem zenze. vt
dixi in glo. prori. fa. allegat. l. eius qui in prouinciā. Hec opi. vi-
detur ꝫ ꝑdictā. l. ſi mādaſſem. que aperte loquitur in reuocatio-
ne expreſſa ⁊ tamē nō requiritur ibi reuocationē intimatā pcu
12 ratori. ideo datur tertia opi. in ver. † quare alij dicūt ꝙ aut mā
b datarius interuenit.[b] vt nudus miniſter aut vt pcurator. pri-
mo caſu reuocatio impedit actū gerendū ſine certioratione. vt
d. l. ſi pater. ibi enim filius erat nudus miniſter patris ꝙ pa-
ter. qꝛ manumiſſus per filiū de mādato patris non eſt libertus
filij ſed patris. ff. de manumiſſis. l. nepos. ff. de iure patro. l. ſi fi-
lius. ſic etiā pōt intelligi. l. ſi penituit. preall. ⁊ dictū. c. vltimum
de pcur. in. vi. Scḋo caſu qñ interuenit vt pcurator tūc ſi actus
gerendus ad ſui eſſentiā requirit cōcurſum volūtate dñi. exem-
plum in trāſlatione dominij ꝙ ſine noſtro facto nobis auferri
non pōt. ff. de reg. iur. ad qḋ nrm. ⁊ tūc impeditur actus ex reuo
catione etiā nō intimat. ſic pōt intelligi. l. eius qui in ꝑuinciā. §.
quas vero. ⁊. ff. de dona. l. j. §. ſi quis donatarius. ſic etiā pōt in-
telligi licet glo. nō dicat decre. vlti. de pcuratoribus in. vi. vbi ex
c ratione ibi inſerta hoc mēbrū colligi pōt ibi vt dixi.[c] † Fallit fa
13 uore liberationis. vbi tenet liberatio ſi ſit ſolutio pcuratori reuo
cato. l3 in liberatione tribuēda requiratur cōſenſus dñi ſic dz intel
ligi. l. eius qui. §. quas vero. ⁊ l. cum quis. §. j. de ſolu. ⁊ l. ꝙ do-
minium. §. ſi ita tatium. Si vero ad eſſentiā actus nō requiritur
concurſus volūtatis mādantis vt ſi mādaē emi liber vel equus
qui pōt emi etiam ignorāte dño eius noīe ⁊ reuocatio ſola ſine
certioratione nō impedit actū. Ita intelligitur. l. ſi mādaſſeꝫ. ff.
mādati. hec opi. videtur eſſe cōtra caſum huius cle. vbi ad eſſen
tiā actus requiritur volūtas mādantis. qꝛ agitur de perdēdo do-
minio ⁊ tamē nō impeditur ex ſola reuocatione ſine certioratio
ne. vñ cle. videtur deſtruere opi. iſtā ⁊ etiā opi. illā dic vt. ſ. dixi
glo. videē dicere ꝙ ſit ſpāle in caſu iſto vt actus nō impediaē ex
ſola reuocatione niſi aliter ſit intimata pcuratori vel ſupiori. ra
tio huius ſpālitatis ptꝫ ex prīn. cle. ſ. ne illudatur ſuperiori ⁊ ne
cōtingat variatio ꝙ eſt maxime in pſonis eccleſiaſticis reproba
tum. ⁊ per hoc videē glo. extra caſum cle. reſidere in hac tertia
opi. q̄ videtur ipſa veritas ſaluo caſu cle. ratio diuerſitatis inter
nunciū ⁊ pcuratorē colligitur ex no. in. c. ſi. de pcuratoribus in
vi. ⁊. l. ⁊ licet. ff. de cōſti. pe. Aduerte tamē ꝙ ꝑdicta opi. pcedit
quo ad ſubſtātiā actus impediēdā vel nō ſed reſpectu actionis
mandati ſi intereſt mādatarij ratione forte aliquarū expēſarū.
dic ꝙ ſemper opꝫ reuocationē mādati in eius notitiā trāſiuiſſe.
vt illius intereſſe euitetur petitio. vt no. glo. in. d. c. vlti. de pcu-
rato. in. vi. in glo. pe. facit. d. l. ſi mādaſſem. Item ꝙ dictū eſt re
ſpectu validitatis ſubſtātie actus in vlti. caſu quādo actus geri-
tur per pcuratorē ad cuius eſſe nō requiritur cōcurſus volūtatis
mandantis pcedit actus ſi nō tranſiuit reuocatio in notitiam
procuratoris. ſi vero trāſiſſet valeret nihilominus actus ſed nō
in preiudiciū dñi nec quo ad repetēdas expēſas ſic intelligitur.
dicta. l. ſi mādaſſem. facit. l. ſi quis ꝓhibuerit. ff. de publicis in.
cuius intellectus patet ex ꝑdictis ⁊ tetigi in. d. c. ſi. ibi cū impe
d ditur dominij trāſlatio.[d] qꝛ nō pōt ille actus fieri ſine cōcurſu
volūtatis dñi. ſed nō vēditionis ꝫctus qꝛ illa poterit fieri etiam
citra mādantis cōſenſum. facit qḋ no. glo. in. §. alie. inſti. de act.
⁊ hoc in reuocatione extraiudiciali ⁊ reſpectu validitatis actus
vel actionis dande inter pcuratorē ⁊ dñm. ſed reſpectu ꝑiudicij
actionis dande inter aduerſariū cū quo cōtrahit procurator ⁊
ipſum mandatē an ſufficiat reuocationē factā l3 nō trāſierit in
notitiā aduerſarij nō tangit glo. hic ſed glo. ſ. in verbo facienda
que breuiter concludit ꝙ ſi perſona cū qua actus geri debebat
fuit expreſſa in mādato illi eſt faciēda intimatio reuocationis.
Si nō fuit expreſſa ſed generaliter fuit datū mādatū. ⁊ tunc idē
videtur dicēdū. qꝛ imputet ſibi qui mādatū generale dedit: vñ
oībus debuit intimare. tñ qꝛ hoc eſſet nimis difficile ſubdit gl.
ꝙ ſaltim tunc dꝫ intimari pcuratori ⁊ ſufficit. videtē credo glo.
e verā quo ad caſum cle. extra caſum vero cle. conclude[e] quia ſi
14 mādatū † eſt datū ſpāle de gerendo actū cū certa pſona illi dꝫ
intimari reuocatio. l. ſi fideiuſſor. §. j. ff. mādati ꝙ intellige ſi no-
tificatū fuit mādatū alſ nō eſſet neceſſaria intimatio reuocatio
nis vt in ſimili notanter dixit glo. in. c. ſi. de pcura. in. vi. in glo.
magna. ⁊ dixit hic do. Anto. ſi vero nō fuit expreſſa perſona in
mādato. ⁊ tūc ſi publice fuit ꝑpoſitus qꝛ fuit generalis procura
f tor.[f] ⁊ inſtitor publice dꝫ reuocari in loco ꝑpoſitionis ⁊ literis
intelligibilibus ſm idioma loci ſicut publice fuit inſtitutus. l. l3
ſi pupillus. §. proſcribere. ⁊. §. de quo palam. ff. de inſtitoria. Si
vero nō fuit publice cōſtitutus ⁊ ad act᷒ vniuerſales ſed ſimpli-
citer datū mandatum de certo actu expediēdo nō determinata
perſona cū qua actus geri debeat. ⁊ tūc ſufficit reuocationē inti
mari pcuratori vt hic dixit glo. hoc intellige ſm do. Anto. niſi
dñs eſſet certificatus cū qua perſona actū gerere intēdit vel ce-
pit. qꝛ tunc illi eſſet faciēda ſi fuiſſet de mādato certificata. facit
de reſcrip. paſtoralis. §. ſi. alſ procedit ꝙ dictū eſt etiā in iudicijs.
Ratio qꝛ tunc intimādo ei facit qḋ potuit. non eñ potuit alis
intimare cū ignorauerit cū quo cōtraxiſſet. ideo ſufficit. qꝛ cōtra
hens cū pcuratore debuit cogitare hoc venire poſſe. ⁊ ſic tenet
etiā Matth. ſilimani. et ita publice diſputauit vt refert Cy. in. l.
mandatū. C. mād. vbi plene de materia dicit tñ do. Ant. ꝙ hoc
caſu ita publice dꝫ fieri reuocatio ꝙ veriſimiliter poſſit tranſire
in notitiā omniū de loco in quo fuit ſic ſimiliter cōſtitutus. hec
vera in reuocatione expreſſa in tacita vero q̄ fieret p mortē non
eſt neceſſe ꝙ notificeē etiā in iudicio. l. iij. ff. que ſen. ſine appel.
reſcin. Ratio qꝛ nō pōt aliqd imputari nō notificāti no. Bar.
in. l. j. C. de ſatiſdādo. ⁊ in. l. ſi pcuratorē abſentē. ff. de pcu. ⁊. ſ.
tetigi in. ij. op. pōt tñ mandatarius repetere ſi qd eius intereſt
ſciuiſſe ne iuſta puniatur ignorātia. in. §. recte inſti. mādati. Ex
predictis patet ꝙ nō eſt differētia inter pcuratorē ad iudicia ⁊
pcuratorē ad negocia. qꝛ vtrobiqꝫ eſt dicendū aut ad notitiam
eius cū quo actus geri debuit non peruenit notitia mādati aut
deuenit. ⁊ hoc ſcḋo caſu aut fuit mandatū ſpeciale aut genera-
le. ⁊ ſi generale. aut fuit deuentū ad ſpeciē dño ſciēte aut nō glo.
nō cōiter faciūt differentiā inter pcuratorē ad iudicia. ⁊ pcura
15 torē ad negocia dicētes ꝙ † in pcuratore ad iudicia nō ſufficit
reuocationem fieri niſi intimetur aduerſario vel iudici. ſecus in
pcuratore ad negocia. vt no. de reſcri. ex parte decani. ⁊ in. l. j. §.

a ¶ Si ſciuerit. Adde bene facere ea q̄ pbl'ebre dicit Fedꝛ. in. c. cū contingat in. v. col. de reſcrip.

b ¶ Ut nudus miniſter. adde Imo. in. c. mādato. in col. iiij. de pcura. Fedꝛ. plene. in. d. c. ex parte decani. in x. col. ver. fallit quīto. extra de reſcriptis.

c ¶ Fallit fauore liberationis. Adde Fedꝛ. in d. c. Ex pte decani. in. ix. colū. in ſi. ⁊ ibi ſ. viij. col. ⁊ tribus ſequentibus plene ponit materiam huius cle. eam ampliādo ⁊ limitando.

d ¶ Quia non poteſt ille act᷒. Adde imol. in dicto. c. ex parte decani. ⁊ ibi Fedꝛ. in. vij. col. verſ. fallit ſcḋo de regula.

e ¶ Qꝛ ſi mandatum eſt datū ſpeciale. Adde Abb. in. d. c. ex parte decani. ⁊ ibi Fedꝛ. in. vij. col. verſ. tertia regula.

f ¶ Et inſtitor. Adde Fedꝛ. in dicto. c. ex parte decani. ſ. iiij. colū. ver. reuocatio procuratoris.

ſed ſi ego.ff.q̄ iuſſu poſſunt ſaluari tamē ille glo.reſpectu cōiter
accidentiū q̄ cōius accidit aduerſariū certificari de mādato in
iudicio cum reddatur in inuitū ⁊ diſputetur ibi de apicibus iu
ris q̄ de mādato in ɔ̄ctu ⁊ cōmunius accidit mādatum dari de
agēdo cū certa pſona in iudicio q̄ in ɔ̄ctu. Itē in alio eſt differē
tia.q̄ in iudiciis ſufficit reuocationē intimari iudici ʒ nō inti
metur aduerſario.ſecus in ɔ̄ctibus. Itē q̄ licet iudiciū ſit actus
qui nō pōt exerceri ſine volūtate dñi.l.ſi pupilli.§.videamus.ff.
de neg.ge.tñ nō impeditur ex reuocatione niſi trāſiuerit in no
titiā iudicis.vel aduerſarij certificati.de mādato.ſecus in cōtra
ctibus vt.ſ.dixi q̄ intellige in reuocatione expſſa. Nam in taci
ta queq̄ fit p mortē.ſecus.vt.ſ.dixi.⁊ hoc forte.ideo eſt ne illu
datur ſupiori vel iudici ⁊ ppter auctoritatez iudiciorū. facit qð
no.C.ſi tutor vel curator interuenit.l.ſi.⁊.l.ſi ptor.§.marcellus.
ff.de iudi.cū ſi. Habetis expeditā ſubſtātialiter gl.iſtā.⁊ glo.in
verbo facienda ⁊ materiā de ſubſtātificam.ʒ do.Pet.aliter di
cat poſt Bal.in.l.j.C.de ſatiſdādo.⁊ do. Anto.latiſſime etiam
pſeqꝫ referēdo opi.Guil.ſcdo opi.Pau.demū dicēdū qd ſibi
videtur de materia habetur in preallē.l.mādati.C.mādati per
Cy.⁊ Bar.in.l.j.C.de ſatiſdā.vbi etiā per glo.⁊.l.ſi procuratorē
abſentē.ff.de procura.⁊ in preallē.l.eius qui in prouinciā.⁊ per
glo.in.c.ij.de pcura.in.vj.⁊ eo.ti.⁊ lib.c.vlti.⁊ ibi etiā per Jo.
a and.hec in reuocatione quo ad iudicia vel contractu[a] quo ad
16 maleficia dic vt per Inno.de homi.ad audientiā.† Nunquid
aūt per mortē ſemp intelligatur tacite mādatū reuocatū nō eſt
n ſ a materia hic in mandato iuriſditionis.dic vt in.c.ʒ vndiq̄
de offi.deleg.⁊ in.c.gratū ⁊ relatū ⁊ eo.titu.cum plures in.vj.⁊
b c.ſi a ſubdelegato:[b] q̄ morte reintegra cōtingēte reuocatur alſ
non.de quo etiā in.l.⁊ quia.ff.de iuriſ.om.iudi.dicit aūt deſino
re eſſe integra p citationis actū ſm cōmunē opi.ʒ Hoſti. aliter
dicat in alius caſibus dic vt per Bar.in.l.ij.§.ſi q̄s dederit.ff.de
dona.q̄ hic ad literā ponit do.Ant.Sed omitto.q̄ eſſet leges
declarare ⁊ nō canones. Concluſio eſt q̄ regulariter mādatum
re integra finitur morte mandātis. Fallit in certis caſibus in iu
re expreſſis vt in procuratore cōſtituto in rem ſuā vel dato:quo
ad aliquid faciendum poſt mortē ⁊ ſi.l.illam.C.de dona. ¶ Ex
glo.notetis intellectus duos ad.l.ſi pater.ff.de manumiſ. vindi
17 cta.tertium habetis per glo.in.c.tibi dño.lxiij.di.⁊c. ¶ † Glo.
manibus querit in cuius manibus ſit facienda ceſſio beneficij.
Reſpōdet q̄ in manibus pape ſi erat dignitas epiſcopalis cui
cedi debebat.alleg.c.j.⁊.ij.de trāſla.prela. Si vero erat inferior
dignitas tūc debet fieri in manibus cōfirmatoris vel collatoris
etiam ſi talis ſit inferior epiſcopo.alleg.no.ſ.c.admonet.vij.q.
j.epiſcopus.de loco.vltimate cōcludit ſecūdā proſequēdo.Jnn.
ſ.eo.q̄ in dubijs.vz q̄ in illius manibus eſt fienda ceſſio bene
ficij qui poteſt deſtituere beneficiatū ipſo inuito.hoc idē ſequi
tur Pau.temperat tamē primū dictum verū quādo inſtitutio
vel deſtitutio ſimul ad ipſum de iure ſpectant vel cōſuetudine.ſi
autē quis preſcripſiſſet cōfirmationē nō poſſit cōſentire ceſſioni
q̄ preſcriptio eſt odioſa.C.de anna.excep.l.ſi.ideo vno pſcripto
c remanet ius cōmune in alio[c] quia pſcriptio reſtringitur ad id
tantū qð pſcriptū eſt.de elec.cumana.⁊ de deci.cū cōtingat cum
18 ibi no.† An aūt in ceſſione requiratur cōſenſus habentis ius
preſentādi.dicit Pau.q̄ ſic quia eius intereſt. vnde ſi ad abba
tem ſpectat pſentatio ad epm cōfirmatio exigitur ɔ̄ſenſus abba
tis in renunciatione.alle.de offi. Archi.ad hoc de preben.in la
teranē.adeo q̄ in manibus abbatis in tēporalibus tantū renū
ciare ⁊ in manibus epiſcopi ⁊ in ſpūalibus tantū renūciare nō
poſſunt quia hec ſunt adeo cōiuncta q̄ vnū ſine alio eſſe nō po
teſt.j.q.iij.ſi quis obiecerit.⁊ no.Jnno.eo.ti.⁊ Hoſtiē.c.ſi.hoc
tamē dictū q̄ requiratur cōſenſus pſentatoris in ceſſione nō vi
detur de mente Jnno.inq̄tū dicit q̄ ſufficit q̄ fiat in manibus
illius ſolius qui poteſt inuitū deſtituere niſi dicas q̄ fieri debet
in manibus eius qui poteſt inuitū deſtituere accedente tamen
cōſenſu preſentatoris.nec hoc negat Jnno.pro quo facit quod
no.in decre.de re.pmu.c.j.in.vj. Et hoc videtur verius. Reci
tat hic Pau.dictū Jnno.q̄ ponitur.ſ.eo.q̄ in dubijs.ſ.an re
quiratur cōſenſus capituli eccleſie cui renūciatur.de quo dicen
dum vt ibi.q̄ dicit q̄ ſic. An aūt requiratur cōſenſus.c.eccleſie
cathedralis qñ in manibus epi fit ceſſio.dicit q̄ nō niſi renūcia
retur magne dignitati vel alſ fiat magnū preiudiciū eccleſie ex
ceſſione.alle.de his que fiūt a prela.q̄to. ¶ Glo.alios oppo.q̄
ſufficiat per vnū impediri reuocantē.alleg.l.ij.§.homines.ff.vi
bo.rap.⁊ quia eſt eadē ratio.igitur ⁊c.ſoluit reſoluendū plurale
in ſingulare.ſicut in ſimili in decre.vt priuilegia.de priuile. facit
qð vidiſtis in cle.ij.ne reſcrip.de iſto numero plurali ⁊c. ¶ Gl.
extrema alterā querit an ſufficiat q̄ ſit impeditus notificare alte
ri predictorū hoc eſt ſuperiori vel pcuratori.licet nō fuerit impe
ditus notificare cuilibet. puta q̄ forte fuerit impeditus notifi
care procuratori.ſed nō ſuperiori.vel econtra.dicit q̄ ſic p hanc
literā.hoc forte eſt verū quādo per pcuratorē vel ſuperiorē im
peditur.ſecus vbi q̄ſ per tertiū.ar.eorū que dixi in cle.cauſam
in ver.vt pfertur.vel tene gloſaz iſtā ſimpliciter in caſu iſto ar.l.
iam hoc iure.ff.de vulg.⁊ pupil.⁊c. ¶ Glo.vltima querit an in
hac intimatione ſeruanda ſit forma cle.cauſam.ſ.titu.j.dicit q̄
ſic vt vidiſtis not.in.§.ſi. ¶ No.bene hanc glo.iuncta preceden
te quia facit ad id qð dixi in gl.preallē.vt pfertur. ¶ Sequitur.

a ¶ Quo ad maleficia. Ad de ſely.in.d.c.ex parte decani in.v.col.ver.ſecunda regula.

q ¶ Q̄ morte reintegra. Adde.d.Jaſ.in.d.l.⁊ quia quam legit.cum.l.more in.iij.col.in ſi.⁊ colū.ſeq.ff.de iuriſ.om.iu.vbi plēbre am pliat ⁊ limitat.

c ¶ Quia preſcriptio ē odioſa. Adde gloſ.in.§.ſi.in verſ.pſcdiuz eri auf.vt eccle.roma.

¶ De ſupplenda negligentia prelatorum. Rubrica.

1 Diſponere verbum eſt aptum importare plenam diſpoſitionem ⁊ prouiſionem.
2 Committere idem eſt quod conferre.
3 Poteſtas loco alterius ſubrogata regulatur ſm naturaz eius in cuius locū ſubrogatur.
4 Negligentiā cōferēdi particularia beneficia ad prelatos etiam regulares ſpectantia ſupplet dioceſanus de iure cōmuni in non exemptis.
5 Eccleſie appellatione non cōprehenditur beneficiū importans dignitatem ſed ſolū beneficiū ſimplex niſi aliter exprimeretur.
6 Monachis ſeu platis regularibus ſibi ſubiectis quatuor prohibentur circa beneficia.
7 Imponere nouiter prohibitus nō prohibetur antiquas erigere vel augere.
8 Prelatus exemptus ad menſam propriam non videtur ſubijci iuriſditioni ordinarij licet delinquat in rem non exemptam.
9 Beneficia dicuntur de menſa quādo non habēt ſpecialē adminiſtratorem alium a ſuperiore prelato.
10 Rectoris eccleſie appellatione comprehenditur preſidens in dignitate vel alteri eccleſie.
11 Priores manuales non poſſunt reuocari niſi ex cauſa.
12 Prelatus regulariter poteſt occupare bona vacātia particularis beneficij ſibi ſubditi.
13 Pluralitas in prioratibus regularibus ⁊ curatis eſt pbibita religioſis.
14 In pluralitate prohibenda nō eſt vis an per ſe an per aliū quis ſe habeat exercere in beneficijs.
16 Adminiſtrationis appellatione quid comprehendatur.
17 Beneficiorum appellatione quid comprehendatur.
18 Ordinaria poteſtas non perit morte pape ſicut delegata.
19 Delegata poteſtas dicitur quando in diſpoſitione apponitur verbum auctoritate noſtra.
20 Eccleſia quando dicatur cōſueta regi per clericos ſeculares.
21 Dignitas vel beneficia particularia an poſſunt conferri religioſis extra conuentum.
22 Tempus vacationis beneficij quando incipiat currere.
23 Epiſcopus an preſumatur ſcire vacationem beneficiorum ſue diocefis.
24 Abbas poteſt bona menſe monaſterij ſui diuidere ⁊ dare monachis ſuis penſionem.
25 Beneficia particularia non poteſt abbas applicare menſe ſue ⁊ quare.
26 Penſio quid eſt ⁊ quot ſint eius ſpecies.
27 Penſio ſi eſt data pro titulo ad ordines ſcilicet ſuper patrimonio vel menſa prelati an poſſit permutari cum alio beneficio.
28 Penſiones noue que dicantur.
29 Prelaturas plures regulares non poteſt quis retinere etiam ſi ſint prioratus ſimplices ſine cura vel ſint obedientie manuales.
30 Prioratus an ſit dignitas.
31 Collatio vel prouiſio ſi ſpectet ad capitulum an capitulo negligente epiſcopus poterit ſupplere negligentiā ex iure deuoluto.
32 Prelati appellatione qui veniant.
33 Preſentatus non habet ius in bñficio donec ſit admiſſus licet habeat ius petendi ſe admitti.
34 Prelatus alterius dioceſis ſi habet prioratum in dioceſi bononie quem negligit conferre quis ſupplebit defectum.
35 Deuoluta poteſtate conferendi ad epiſcopum ſi ipſe epiſcopus negligat cōferre infra ſex menſes an ipſe poterit cōferre ſupplēdo ſuam negligentiam.
36 Supplere an poſſit epiſcopus ſi prelatus ſit priuatus ratione delicti non propter negligentiam.
37 Preſentare an poſſint monachi regularem vbi eccleſia conſueuit regi per clericos ſeculares.
38 Idoneus ſi non reperiatur in monaſterio quo poſſit preſici:poterit in ſubſidium alius preſici.
39 Eligere an teneatur is cui poteſtas eligēdi eſt deuoluta aliquē de illo collegio de quo tenebatur eligere qui neglexit.
40 Electores ſi nolūt eligere nominatum in ſcrutinio:ſuperior ad quem deuoluitur poteſtas debet de illo prouidere.
41 Prelat[9] auctoritate pp̄ria nō pōt augere vel de nouo īponere.

Beneficia

42 Beneficia que ſunt de menſa non dicuntur vacare.
43 Obedientiarij ⁊ manuales non poſſunt abſq; cauſa reuocari.
44 Oportet verbum quandoq; ſonat in honeſtum.
45 Qualitas adiuncta ⁊ poſita poſt duo ſubiecta refertur ad pri-
mum tantum.
46 Repetitio non fit in exorbitantibus.

Quia regulares p̄-
lati. Diuiditur in quatuor partes
principales. q2 in .j. parte ponit de
regularium p̄latorum negligentia in be-
neficiis ſupplēda per dioceſim et de
modo ſupplendi. In ſcda parte po-
nit de eccleſiis nō applicādis mēſis
prelatorū nec grauādis in penſioni-
bus. In tertia determinat de q̄bus
eccleſiis predicta intelligantur. In quarta declarat duas conſti
tutiones Bonifacij vz decre. p̄ſiti. de offi. ordi. ⁊ de p̄ben. cū ſin-
gula in. vj. ſcda ibi eadē. tertia ibi premiſſa quarta ibi in q̄bus.
1 ¶ † No. in verbo diſponere ꝙ eſt aptū importare plenā diſpo
2 ſitionē ⁊ p̄uiſionē. de quo de p̄bē. cū in illis in. vj. ¶ † No. ſcdo
de iſto verbo cōmittere. q2 idē importat ꝙ cōferre. vnde valeret
collatio ſi collator diceret cōmitto. vide glo. de iure pa. c. ſi. vide-
tur tñ ꝙ aliqua ſit differētia inter cōmittere ⁊ ꝯferre ſm Guil.
Credit do. Anto. ꝙ hec ſit differētia. q2 collatio eſt qñ cōfertur
ti. irreuocabili. cōmiſſio qñ cōmittitur reuocabiliter ad nutum.
dicit hic zenze. ꝙ cōmittere eſt ꝓprie ad tēpus eccleſiā gubernā
daz cōmittere de ſta. mo. cū ad monaſteriū. §. taleo. de quo hic
a in glo. in verbo cōmittere. ¶ No. nō alterandū ſtatum eccleſie.[a]
3 ¶ † No. ꝙ p̄tās loco alterius ſubrogata regulatur ſm naturaz
4 eius in loco cuius ſubrogatur. de quo in gl. ¶ † No. de iure cō-
dioceſanus ſupplet negligētiā cōferēdi particularia bñficia ad
prelatos etiā regulares ſpectātia ꝙ eſt verum in nō exēptis. In
aliis aūt ſupplet auctoritate ap̄lica. Ex quo no. ꝙ vbi papa re-
integrat poteſtatē caſualē in exēptis nō ſubſtituit oīno eandem
qualitatē p̄ime p̄tāti. ſed nouā creat. ⁊ ſic in exēptis hꝫ auctori
tatē delegatā p̄ illud verbū auctoritate noſtra. concor. de reſcrip.
cum aliquibus in. vj. de hoc in glo. in verbo apoſtolica. ⁊ ſic ha
bes ꝙ q̄ſq; a iure datur delegata p̄tās. ꝙ eſt qñ hoc exprimit
ex̄pſſe vel per aliqua verba hoc importātia. de quo de offi. ordi.
5 irrefragabili. §. ceterū. adde ⁊ de heret. ad abolendā. ¶ † Ex
verſi. eadē no. ꝙ in appellatione eccleſie nō cōprehēditur benefi
cium ſonās in dignitate niſi aliter exprimeretur. ſed beneficium
6 ſimplex. facit de prebē. c. ſi. ¶ † No. hic quatuor prohibita mo
nachis ſeu prelatis regularibus ſibi ſubiectis. Primo ne appli
cent beneficia ad mēſam propriā. Scdo ꝙ pēſiones nouas nō
imponāt. Tertio ꝙ impoſitas nō augmentent. Quarto ꝙ no
7 uiter impoſitas nō exigāt. ¶ † No. ꝙ ꝓhibitus nouiter impo-
nere nō videtur ꝓhibitus antiquas exigere vel augere. ꝙ eſt no
tandū pro his quibus ſunt conceſſa priuilegia imponēdi peda-
gia vel collectas an ſi poſtea ꝓhibeātur nouiter imponere poſ-
8 ſint antiquas augere. ¶ † No. argumētū ꝙ p̄latus exēptus ad
menſam propriā nō videtur ſubijci iuriſditioni ordinarij. lꝫ de-
linquat in rem non exēptā vt videtur hic ꝓbare tex. cū auctori-
tate delegata hic puniat ep̄s ſed pōt reſtringi. q2 tūc auctoritate
delegata faciat qñ applicat loca exēpta ⁊ eodē modo colligi ꝙ
exemptus negligēs circa beneficia nō exempta nō poſſit iudica
ri p̄ ordinariū ex vi poteſtatis ordinarie niſi eodē modo reſtrin
9 gas ⁊c. ¶ † Ex ver. premiſſa no. bonū tex. ad cognoſcēdū quā-
do beneficia ſunt de menſa. ſ. qñ non habēt ſpecialē adminiſtra
torem aliū a ſuperiore p̄lato. p̄ſumitur eñ ꝙ ſunt de menſa. dicit
tamē hic zenze. ꝙ in his q̄ ſunt de menſa ponūtur ſimplices mi
niſtri vel collectores. ar. ſ̄. c. ſicut. ⁊ no. Inno. de ſta. mo. c. j. ⁊. ij.
10 ¶ † Nota qui cōprehendūtur appellatione rectoris eccleſiarū.
quia cōprehenditur etiā preſidēs dignitati vel alteri eccleſie. qd
no. propter mādata que q̄ſq; fiunt rectoribus eccleſiarū. credo
11 hoc verū ſalua cōſuetudine. ar. no. in. c. j. de ꝯſue. in. vj. ¶ † No.
arg. ꝙ manuales priores nō poſſunt reuocari niſi ex cauſa cum
hic dicat eos reuocādos dentum cum oportuerit. de quo infra.
12 ¶ † Nota nō eſſe licitū prelato regulari occupare bona vacātia
particularis bñficij ſibi ſubditi. Ex quo no. extenſionē decre. q2
13 ſepe. de ele. in. vj. ¶ † No. ꝙ pluralitas in prioratibus regulari
bus ⁊ curatis eſt ꝓhibita religioſis a cōtrario. quia in nō cura-
tis vel in nō regularibus prioratibus videtur p̄miſſa. de quo de
14 reſcrip. de gratie. ¶ † No. in ꝓhibēda pluralitate nō eſt vis an
15 per ſe an per aliū qs ſe habeat exercere in bñficiis. ¶ † Oppo.
ad primā partē ⁊ videtur ꝙ ad capitulūz deuoluatur poteſtas
nō ad dioceſanū. de cōceſ. p̄bē. c. j. Sol. hoc fallit in regularibus
in quibus ꝓpter negligentiā prelati nō deuoluitur poteſtas ad
capitulū nec ecōuerſo. ar. de ſtatu regu. c. ea que Guil. dicit hoc
falſuz. vnde dicit ꝙ nec in iſto nec in alio caſu fiat deuolutio de
p̄lato in cōuentū vel ecōtra in inferioribus capitulis a capitulo
eccleſie cathedralis. nam. c. cū in cunctis. de ele. ad ſi. de conceſ.
prebē. c. ij. ſolū loquuntur in. c. ⁊ p̄lato cathedralis eccleſie. vnde
ſecus in aliis aſſignat cauſam inter p̄latos ⁊ illa collegia. ⁊ inter
prelatos ⁊ eccleſiā cathedralē quia eſt ſpōſus. de teſt. requiſiſti.
Item in multis differūt cathedrales eccleſie ab inferioribus. de
ele. q̄q̄. in. vj. Itē quia ep̄s habet matrimoniū ſpirituale cum
eccleſia ſua ⁊ indiſſolubile citra auctoritatē pape. ſecus in aliis
inferioribus de tranſla. p̄la. c. ij. ⁊ no. de poſt. p̄la. c. ij. ⁊ dicit
Ber. hic ꝙ hoc tenet curia vz ꝙ ꝓpter negligentiā prelati infe
rioris ep̄o non deuoluatur poteſtas ad capitulū vel cōuentum
nec ecōtra. glo. tamē hic dicit deuolui de capitulo ad prelatū. et
videtur vera. q2 non eſt abſonū ſuperiorē ſupplere negligentiā
inferioris. ſed ecōtra ſic nec credo illā eſſe alibi. hec tamē vera ſal
uo ſtilo curie qui ius facit. de cri. falſi q̄ graui. tamen caueat q2
non reperitur hū cautū expreſſe ꝙ p̄rimus ſuperior aliis ab ep̄o
16 ſuppleat negligētiam in conferendo. ideo cogita. ¶ † Querit
hic Guil. qd cōprehēdatur appellatione adminiſtrationis. di-
cit ꝙ prepoſitura cameraria in quibuſcunq; rebus vel iuribus
redditibus habeantur qui etiā dicuntur ꝓcuratores. j. q. ij. ſal
uator. Sed nūquid tales habent curā. dic ꝙ licet alias curā nō
habeāt tñ ſi ex officio ſuſpēdunt clericos cum delinquūt quo ad
hoc dicūtur habere curā. de ma. ⁊ obe. dilecta. In contrariū tñ
facit. q2 ſi aliqua ſpecialitas in his bñficiis aderat qñ ipſis reli-
gioſis ꝯferuntur reſeruātur ep̄is no. Inno. de priui. paſtoralis.
de excep. cum venerabilis. in ſi. Guil. hoc diſputatiom relinqt.
Jo. de lig. dicit ꝙ habent curā fori cōtentioſi non penitentialis.
ar. no. de elec. dudū. ij. dum tñ ſint eccleſiaſtica. per ver. alia et q2
b premiſi de eccleſiaſticis.[b] † Quid cōprehendatur appellatione
17 beneficiorū. dicit Guil. ꝙ omnia quecūq; ſint illa ⁊ hoc ꝓpter
verbū generale quevis ⁊ ꝓpter ſpecificationem que preceſſit de
ꝓcura. qui ad agendū in. vj. immo dicit do. Fran. ꝙ ſi ſumitur
aliis verbis generalibus verbū bñficia includeret p̄miſſa. quia
indefinita ⁊c. pro zenze. alle. glo. ſ. de p̄bē. de. j. in verbo quevis.
facit glo. ſ̄. de reſcrip. in. de. auditor. ¶ No. ex hoc dicto duas li-
mitationes ad. c. ſi. de p̄ben. q2 appellatione bñficij cōprehendi-
tur ſimplex. verū eſt niſi ſpecificatio precedens ſeu ſpecierū enu-
meratio aliud inducat vel verborū generalitas ex qua appareat
ꝙ de oppoſita mēte aliud inducatur dicit tñ Guil. ꝙ vbi p̄ceſſit
ſpecierū enumeratio genus intelligitur de partibus expreſſis ⁊
eiuſdē generis ⁊ gradus ad hoc. xcv. diſt. illud ad hoc de. nō po
18 teſt de ꝓcuratoribus. ¶ † Quero qualis erit hec p̄tās ſup exē-
ptis. zenze. dicit ꝙ ordinaria. q2 datur a iure. igitur ⁊c. iuxta no.
ff. de iur. om. iu. l. ⁊ quia. Itē q2 nō perit morte pape ſicut delega
ta in auſ. vt nulli iudi. §. ⁊ hoc vero no. de offi. delega. quoniam
idē Mathe. Pau. tenet cōtra dicēs ꝙ eſt delegata pro quo ibi.
auctoritate noſtra ⁊c. ⁊ dicit eam delegatā a iure ideo non expi-
c rat morte pape. de q̄ in ſi. de offi. ordi. irrefragabili.[c] ¶ † No.
19 bene qñ in aliqua diſpoſitione apponitur verbū auctoritate no
ſtra q2 videbitur delegatus etiā ſi per viā legis talis p̄tās conce
datur. vide qd dixi de reſcrip. in cle. ⁊ ſi principalis. ⁊ qd not. de
20 hereti. ad abolendā in ſi. ¶ † Quinto quero qñ dicatur eccle-
ſia cōſueta regi per clericos ſeculares. dic ꝙ qñ per. xl. annos et
vltra ſic eſt recta de p̄ben. cū de bñficio in. vj. q̄uis ſm alios in
cōſuetudine que nō eſt cōtra ius ſufficiāt. x. anni. vt no. xij. diſt.
cōſuetudo ⁊ de conſue. c. ſi. per Compoſt. ⁊ eo. ti. c. ſi. in. vj. idem
Mathe. dicit de intellectu. c. cū de bñficio. vt dixi in. d. c. ſi. quia
ibi ideo ꝓpter dubiū an p̄ſcriptio ſit cōtra primeuū ſtatum ec-
21 cleſie. ⁊ cōſequēter cōtra ius ar. c. cū dilect⁹ de cōſue. ¶ † Sexto
quero an dignitas vel bñficia particularia p̄nt cōferri extra cō-
uentū religioſis vel alīs. dicit Guil. ꝙ nō arg. huius cle. vbi pa-
tet ꝙ Abbas nō pōt dare prioratū monacho alterius monaſte
rij niſi canonice eſſet trāſlatus ad ſuū monaſteriū. idē Ste. vbi
nō p̄nt in monaſterio idonei monachi reperiri. q2 tūc poterit au-
ctoritate dioceſani alteri cōferri de p̄bē. graue. dūtamē nō ſit al-
terius religionis vel habitus ⁊ hoc ne diu vacēt bñficia. ¶ No.
hoc dictū. quia extēdit cle. j. ſ̄. ti. ij. que loquit̄ in principalibus
22 p̄laturis ad particularia bñficia. ¶ † Septimo q̄ro cū tempus
incipiat currere a tp̄e ſciētie ep̄i qñ dicetur ep̄s ſcire. dicit Guil.
ꝙ p̄ſumitur ſcire citius. vel tardius ꝓut magis vel minus vaca
tio eſt publica. ar. ſ. de cōceſ. prebē. cle. j. niſi aliter ꝓbaretur ſibi
notum eſſe. ſ̄. ti. ij. cauſam ante ſi. facit qd no. de reſcrip. cū con-
tingat. de ele. excō. illud adde. ⁊ de cōceſ. preben. ex parte aſtenſ.
23 vbi per Jo. and. in ſimili. ¶ † No. bene hoc dictū an ep̄s preſu
matur ſcire vacationē beneficiorū ſue dioceſis. ⁊ ſic qñ negligēs
dicetur in prouidendo. ¶ Ultimo inducit Lapus iſtum text.
per Hoſt. de quo vidiſtis in cle. j. ſ̄. ti. ij. in glo. pe. dic vt ibi ⁊c.
24 ¶ † In ver. eandem oppo. de no. per Inno. de ſta. mo. c. ij. vbi
no. ꝙ Abbas bona mēſe monaſterij ſui poteſt diuidere ⁊ dare

a ¶ Not. ꝙ po
teſtas. Adde
hñ facere text.
in. l. gaius. ff. de
manu. ⁊ in. l. q.
x. ver. nāſi he-
res. ff. ad treb.
l. ſi. cum. §. qui
iniuriarum. ff.
ſi quis can. §.
fuerat inſti. de
act. bo. text. in
c. ſi. xciij. diſt. fa
cit. l. ſi ita lega-
tus. §. ſi. ff. de le.
ij. tex. in. c. dile-
cto iuncta glo.
in ver. ſubrogā
tes. ex̄ de p̄ben.

b ¶ Quid cō-
prehendat̄ ap-
pellatione bñfi
ciorum. Adde
Fely. i. c. ad au-
dientiam. el. ij.
in princi. de re-
ſcrip. Fely. in. c.
poſtulaſti. in. x.
col. ⁊ Fely. in. c.
in nr̄a. in. xx. co
lum. in prin. de
reſcrip.

c ¶ Not. bene
Adde Jaſ. in
l. ius autē ciui-
le in. ij. col. ff. de
iu. ⁊ iu. ⁊ in. l. ſ.
§. et poſt opis
in. ij. col. ff. de
ope. no. nun.

monachis ſuis penſionē. ſed dic ꝙ ad tēpus pōt vt ibi non ꝑpe
a tuo vt hic.[a] q2 vnire ⁊ diuidere ſpectat ad ſolos ep̄os. vt de ex
25 ceſſi. pla. ſicut. ⁊ de. i. §. ad hec de ſta. mo. ¶ † Quero quare nō
pōt Abb. particularia beneficia applicare menſe ſue. dic ꝙ hoc
eſſet vnire ꝙ eſt tm̄ ep̄orū. vt. d. c. ſicut ⁊ q2 talia ſunt in antiquo
ſtatu ſeruāda de priuile. paſtoralis. cū ibi no. ſm̄ Guil. poſſet ex
cauſa de cōſenſu ordinarij applicare. vt in. c. vacāte de p̄bē. ⁊. d.
c. ſicut ſm̄ zenze. ⁊c. ¶ Circa ſcḋam partem huius verſi. penſio
26 nes. † quero qḋ eſt pēſio. dic ꝙ eſt certa portio ex mēſa vel bn̄fi
cio ex cauſa ad tēpus nō ꝑpetuo ſeparata ⁊ pendet a ꝓprietate
bn̄ficij a quo ſubtrahit̄ ſicut vſufructus a ꝓprietate. de pigno.
c. ſi. xvi. q. i. poſſeſſiones. xij. q. ij. quicunqꝫ ſm̄ Guil. ¶ Quero
quot ſint ſpecies pēſionū. dic quedā licite vt dictis iuribus. q̄dā
illicite vt hic. Quid ſi pēſionarius vxoretur vel ſiet miles an va
cet penſio. dic ꝙ nō vbi nō eſt aſſignata in bn̄ficiū eccleſiaſticū.
ſed pro officio vel ſeruitio tp̄ali vt pro pulſando cāpanas ⁊ ſimi
libus. de iureiur. breui. vide de reſcrip. poſtulaſti. xvi. q. i. poſſeſ
ſiones ⁊c. An penſio poſſet cū bn̄ficio eccleſiaſtico ꝑmutari. dic
ꝙ nō quia eſt titulus eccleſiaſticus cū ſepe ꝓ officio tēporali de
tur. vt dictis iuribus ergo ⁊c. de ſymo. cū eſſet. ⁊ de pac. cū pri
27 dem. † Quid ſi penſio data eſſet ꝑ ti. ad ordines ſcꝫ ſup patri
monio vel mēſa p̄lati an ꝑmutari poſſit cū beneficio. Rn̄det
ꝙ nō de iſtis pēſionibus. no. de cenſi. ꝓhibemus. ⁊ de p̄bē. niſi
ſm̄ Guil. Circa tertiū ver. ſ. an veteres opp. de no. per Inno. de
prebē. de monachis. ⁊ de cēſi. ꝓhibemus. dicit Pau. augmēta
re non pōt ſine cā cum cauſa ſic de auctoritate dioceſani. alle. no.
per Hoſti. de cenſi. ſignificant. ¶ Quero de intellectu litere hu
ius ver. in ꝯtum prohibet pēſiones augeri. dicit Guil. ꝙ litera
vult ꝙ etiā ſi ꝑ. xl. annis ſunt impoſite nō tamē ꝓderit hec poſ
ſeſſio immo cogetur p dioceſanū ceſſare. cauſa tn̄ cognita ⁊ iu
ris ordine ſeruato. de cauſa poſ. c. ſi. ⁊ de elec. querelam. alr̄ eſſet
ſpoliare ⁊ poſſet reſtitui vt ibi cum poſſeſſor ſit in ſua poſſeſſio
ne tuēdus. vt lite pen. c. i. niſi poſſeſſio eſſet vſurpata quia talis
poſſet abominari ⁊ ſpoliari per ordinariū ⁊ non reſtitueretur
q2 ordinarius officiū ſuū exequitur ⁊ nō ſpoliat. de pac. accepi
mus ad hoc. de reſti. ſpo. accepta. ⁊. c. cōquerēte. ⁊. C. de vſufru.
l. vſus. ſm̄ zenze. Ex hoc apparet ꝙ ſola ꝑſcriptio. xl. an. nō dat
titulū. facit de cenſi. peruenit. An aūt ſufficeret bonafides p. xl.
an. abſqꝫ titulo. dic ꝙ forte nō cōtra ep̄m qui hꝫ ius cōmune ꝓ
ſe. xvi. q. vij. oēs. ⁊ de exceſ. p̄la. ſicut. ſed in cōſuetudine vt hic ap
paret nō reqritur titulus ſed ſufficit cauſa rationalis cū debito
tēpore. de cōſe. c. ſi. ſm̄ Guil. dic vt ibi an ſi augeatur penſio ſola
pars aucta ſeparabit̄. dic ꝙ ſic. ar. ⁊c. vtile in. vi. q2 in ſeparabili
28 bus vtile ⁊c. vt ibi. † Que dicuntur noue pēſiones. dic ille que
nō fuerūt impoſite tp̄e fundationis. nō que ſunt ꝑſtite ſpacio. x.
annorū nec que ſunt impoſite poſt decre. ꝓhibemus de cen. de
quo dicyt eo. ti. ſignificauit ſm̄ Lau. an cle. locū habeat in exem
ptis etiā pape immediate nō ſubiectis videtur ꝙ ſic. q2 genera
liter loquitur in ꝯriū ꝙ nō ſolū in exēptis immediate ſubiectis.
vt in cle. ſi de bn̄ficio. de p̄ben. de ſta. mo. attēdentes. i. rn̄. ⁊ hoc
tutius ſm̄ Lau. facit de offi. deleg. ſup eo. In ver. premiſſa dicit
hic Guil. ꝙ iſte tex. facit in argumentū ꝙ in ſeparatione ſeu di
ſtinctione honorū vel miniſtrorū attēdi dꝫ cōſuetudo. ⁊ ſic eſt ar
gumentū ꝙ nō opꝫ vnū bn̄ficiatū ꝓbari ſi ſemel per. xl. an. eccle
ſie ſint ſolite per vnū regi. facit. xi. diſt. eccleſiarū. Nec ob. ꝙ ſine
canonica inſtitutione nō poſſideant̄ ⁊ p cōſequēs nō ꝑſcribunt̄
vt in re. prima. in. vi. ſic videtur ꝓ diſtinctione. ar. de reſti. ſpo.
ex tranſmiſſa q2 incōpaſſibilibus ⁊ cōnexis cōſuetudo ſufficit ſi
cut in dependētibus de cōſue. cū dilectus. de ver. ſigni. abbate.
de eta. ⁊ quali. eam te. de cōſti. trāſlato. ſm̄ Guil. In ver. in qui
bus an pluralitas adminiſtrationū ſit inhibita. Guil. ꝙ non ꝙ
ptꝫ. q2. ſ. de illis locutus eſt ⁊ hic cas in ſi. non ꝓhibet ſed tacet.
vt detur intelligi ꝙ nō eis inhibita ſit de prebē. cum ſingula. in
vi. per qḋ dicitur ſaluari poſſe opi. Hoſti. de p̄ben. de multa. vt
plures adminiſtrationes pꝯ̄t vni cōmitti. ⁊ ſic adhuc ſeruat cō
ſuetudo in hoſpitalariis ſm̄ Guil. dicit Pau. ꝙ quicquid no
tent aliqui de prebē. cū ſingula in. vi. ꝙ plures p̄laturas regu
lares nō poſſit quis retinere etiā ſi ſint prioratus ſimplices ſine
29 cura † vel ſint obediētie[b] manuales quicquid no. Hoſtien. in
b c. de multa. ⁊ Archi. de offi. ord. p̄ſenti. xvi. q. vij. ſi quis. q2 corri
gitur. Et ſic Pau. dānat opi. Guil. ſ. proxime poſitā. voluit
etiā dicere Archi. in. d. c. preſenti ꝙ tales prioratus ſimplices et
obedientiarij nō vacent ꝙ in eis nō habet locū. c. preſenti. ꝙ cor
c rigitur hic ſm̄ Pau. Inducit vltimo Guil. hunc textū ꝙ[c] prio
30 ratus ſit dignitas ſiue ſit collegiatus vel nō. † curatus vel non ⁊
ꝗuis ſit mutabilis de prebē. niſi. §. ſi. ⁊ de reſcrip. cle. ij. ⁊ ex hoc
ſequitur ꝙ lꝫ cū alio bn̄ficio ſit cōpaſſibilis ex parte cure vel col
legij que ſibi non imminēt tamē nō eſt ſibi cōpaſſibilis in eo ꝙ
eſt dignitas. ſicut nec alie dignitates de p̄bē. de multa ſm̄ Guil.
⁊c. ¶ Glo. ij. querit an in ſecularibus p̄latis locū habeat de.

a ¶ Quia vni ⁊c. An autem ep̄s poſſit vnire bn̄ficiū ſine conſenſu patroni ponit. d. ab. in. c. que in eccleſiarum de cō ſti. ⁊ ibi etiā ponit an legatus d̄latere poſſit vnire.

b ¶ Manuales. que dicant̄ obedientie manuales. Adde Inno. in. c. cū dilecta. et in. c. edoceri. de reſcrip.

c ¶ Prioratꝰ ſit dignitas. Adde Fede. de ſe. conſi. xxv. et conſi. xxxiiij.

d ¶ Qui dicit. Prelatorū appellatione qui comprehendātur habetur p do. Abb. ⁊ do. cto. maxime Fe ly. in. c. ij. in gl. ſi. extra de iud.

Reſpōdet ꝙ nō inquātū habet ius nouū vel preiudicat priuile
gio exemptorū. mouetur ꝑ literā a cōtrario dū dicit de regulari
31 bus. facit de ꝑſump. nōne. ¶ † Glo. p̄lati querit quid ſi non ſpe
ctaret collatio vel ꝓuiſio ad p̄latos ſed ad capitulū tantū ꝙ eſſe
pōt de regularibus. c. ſi. in. vi. an ſtatim capitulo negligēte ep̄s
poteſt ſupplere negligentiam ex iure deuoluto. Et rn̄det ꝙ nō
immo dicit ꝙ prius deuoluetur poteſtas ad prelatū ⁊ demum
illo negligente ad ep̄m alle. de. ſi de beneficio. ſ. de p̄ben. Guil. te
32 net cōtrariū. ſ. ꝙ etiā tūc ſtatim deuoluetur poteſtas ad ep̄m. †
18 pus conſtitutionis allega.⁊ decre.ex literis de conſti. Sed contra predicta op.q iuramentum q poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne ſeruari debet de iureiuran. ſi vero.xxj.q.j. omne qd. ſed hinc reſpõderi poteſt q ſeruari debet q̃diu durat ⁊ non vltra per ſuperius dicta. Item ob.videtur qd not. Archi.in.d.c. omne qd.vbi dicit q receptio canonicoꝝ facta a capitulo vltra numerum ſtatutũ iuramento firmatũ eſt nulla ipſo iure. alleg. de preben.dilecto.vbi hoc idem tenent Inno.⁊ Hoſti. pro hoc facit de reſcrip.conſtitutus. Jo.and.in.d.c.dilecto.dicit q receptio valet ſed recipientes ſunt periuri. Ad.c.dilecto. reſpondet q ibi illa fuit allegatio partis que ius ponit operatur ergo iuramentum ſm eum quia manente ſtatuto obligat tranſgreſſorem ad periurium:ſecus ſi ſtatutum fuerit ſublatum ⁊ hoc ſi ſtatutũ ſimpliciter ſit iuratum.ſecus ſi iuraſſent ſic ſeruare ſtatuta ⁊ contenta in ſtatuto:quia tũc etiam ſtatuto ſublato durat vinculum iuramenti.ita dicit Joan.and.in.c.j.de his que fi.a ma.par.ca. Pau.dicit q ſibi videtur q ſi omnes collegialiter recipiant aliquem vltra numerum iuratum q tenet receptio nec ſunt periuri. Monetur quia recipiendo ſic collegialiter contra ſtatutum tollunt ſtatutum.⁊ ſic per cõſequens eodem inſtanti tollunt iuramentum velut acceſſorium.ergo nõ incidunt in periurium.et ſic ſm eum aliud eſt quando ſingulares perſone ſimpliciter veniunt cõtra ſtatutum ⁊ ſic cõtra iuramentũ. quia tunc incidunt in periuriũ.aliud quãdo vt vniuerſi ⁊ vt collegiũ ſeu vnum corpus collegialiter recipiendo aliquẽ quia tunc tollunt ſtatutũ et pro eodem inſtanti tollunt iuramentũ ⁊ ſic euitant periurium. Jo.de lig.hic impugnat in parte diſtinctionẽ Jo.and.⁊ ſic impugnat dictũ Pau.ex eo quia licet collegialiter recipiẽdo tollãt ſtatutũ ⁊ iuramentũ.tamẽ pro illo momento pro quo tollũt ſtatutum inueniunt iuramentũ q tunc non eſt ſublatũ ⁊ ſic per cõſequens tunc tranſgrediendo incidunt in periuriũ cum ex ordine primo tollatur intellectualiter ſtatutũ.ſecundo iuramentum velut acceſſoriũ.q autẽ tẽpore quo tollitur reperiatur iuramentum patet q2 alias ſi nõ inueniretur nõ poſſet tolli de deſpõ.impub.ad diſſoluẽdũ.⁊ ſic iuramẽtũ tollitur poſtq̃ iam incurſum eſt periurium.

eſt periurium. Ad hoc q: actus iuramenti vtpote ſpiritualior
naturaliter dici dꝫ peruenire vt tranſgreſſor dicatur periurus:
vt ſic manente idẽtitate tẽporis reperiatur prius ⁊ poſteriꝰ na-
tura. alle. no. de appel. preterea. ij. ⁊ quod ibi no. per Inn. ⁊ Ho
a ſtien. ad predicta facit l3 non alle.[a] queſtio de puncto de qua p
legiſtas. ff. de ſta. ho. arethuſa. ⁊ per Bart. ff. de leg. j. l. poſt mor-
tem. ⁊ hanc etiam opi. tenet do. Ant. in. o. c. j. de his q̄ fi. a ma.
par. ca. ⁊ hec quo ad dicta Pan. Inquantum aũt Jo. an. facit
differentiam an iuret ſimpliciter ſtatutum an iuretur ſeruare
contenta in ſtatuto referendo ad ſtatutum Joan. de lig. hic di-
cit ſibi non placere. Mouetur q: vtrobiqꝫ iuramentuꝫ concer
nit ſtatutum: ergo vtroqꝫ caſu illo ſublato tolletur iuramentuꝫ
⁊ ſic non dꝫ eſſe differentia inter ꝑdicta: ſecꝰ dicit ſi iuretur q̄ in
ſtatuto continentur non referendo ſe ad ſtatutum. alle. not. per
Inn. de excep. cũ venerabilis. De materia plenius dicit ſe dixiſ
ſe in. c. dilecto. de preben. ⁊ de his q̄ fi. a ma. par. ca. c. j. an autem
ſucceſſores iurantium ſtatutũ veniendo contra illud ſint periu
ri: dicit ꝙ non: ſed illi ſoli qui iurauerunt q: oẽ iuramentum eſt
perſonale ex parte iurantis. alle. no. per Inn. de iureiu. verum.
19 de quo in. c. j. per Jo. de lig. ⁊c. ¶ † Querit hic Jo. de lig. pone
ꝙ quidam monachus cuiuſdam monaſterij tranſlatus eſt ad
abbatiam alterius monaſterij nulla facta de nouo ꝓfeſſione in
ipſo ſcdo monaſterio tractu tẽporis ipſe habens conſcientiã le-
ſam ex cõmiſſione criminis ipſo facto irrogantis infamiam cõ
miſſi poſtq̄ fuit ꝓmotus ad abbatiam ſponte renunciauit ab-
batie taliter ꝙ renunciatio tenuit ⁊ queritur de pluribus. Pri
mo an monachus qui de vno monaſterio ad aliud ꝓmouetur
debeat ꝓfiteri in ipſo ſecundo monaſterio anteq̄ ſibi decernat
adminiſtratio eiuſdem monaſterij. Scdo an iſte poſt renũcia-
tionem remanet monachus primi monaſterij an ſcdi. Tertio
ꝑſuppoſito ꝙ remaneat monachus ſecundi: an habeat voceꝫ in
caplo. Quarto ſuppoſito ꝙ habeat vocem in capitulo quotam
vocem habeat: ⁊ ſic an habeat reſpectum ad tẽpus quo fuit ꝓ-
motus an ad tꝑs hodiernuꝫ quo incipit eſſe monachus in mo
naſterio: ⁊ arguit late ꝓ ⁊ contra ⁊ ad q̄libet dubium ꝑdictoꝝ
tandẽ in. j. q. concludit ꝙ non eſt neceſſe facere ꝓfeſſionem in
ſcdo monaſterio. Mouetur ꝑcipue: q: ꝓfitendo vnam religio
nem intelligitur oẽs profiteri quo ad ſubſtantialia. alle. no. per
Hoſt. de ſta. re. cum ad monaſterium. ⁊ qđ habetur de ele. quo
rũdam. in. vj. ⁊. c. ti. nullus. ⁊. c. indẽnitatibus. vbi ptꝫ ꝙ ſufficit
ꝙ ſemel expreſſe profeſſus ſit: quantum aũt ad alia non ſubſtã-
tialia ipſo facto ſe aſtrinxiſſe videtur recipiendo abbatiam: ⁊ ſic
nõ eſt neceſſe ꝙ verbo aliter ſe aſtringat: ⁊ ſi eſſet alterius habi
tus conformabit ſe habitui ſecundi monaſterij. iuxta no. xvj. q.
vij. in noua. quod intellige hodie ſm cle. j. de elec. In ſecunda q̄
ſtione concludit ꝙ non poteſt repetere iura monachatus in ꝓ-
mo monaſterio. alleg. no. per Archi. xvj. q. j. ne pro cuiuſlibet.
vbi no. Archi. ꝙ ep̄s non poteſt diſpenſare vt monachus qui
renunciauit capelle redeat ad primum monaſterium: ad quod
alle. de renun. ex tranſmiſſa. xvj. q. vii. c. fi. Item pro hoc alle. q:
ex quo eſt rite tranſlatus ad monaſterium videtur renunciaſſe
omni iuri competenti ex primo. xvj. q. j. ſi quis iam tranſlatus.
⁊ de elect. conſtitutus. de relig. do. c. fi. ⁊ ſic illud amplius non de
bet repetere poſſe. vij. q. j. q̄ ſit periculoſuꝫ ⁊c. an aũt remaneat
monachus ſecundi monaſterij: dicit ꝙ non: ſed erit monachus
ſub ep̄o immediate ſubiectus ſine aliquo monaſterio ſicut in ſi
mili qñ reperitur ep̄s ſine aliqua eccleſia ep̄ali. de renun. ad ſup-
plicationem: ⁊ ſi non inueniat qui eum recipiat ordinabit vitaꝫ
ſuam prout melius ſibi videbitur ſm not. xxvij. qđ. j. de viduis.
lxxx. diſtin. ad reatum. ⁊ de regula. porrectum. per Inno. ⁊ Ho
ſtien. facit qđ no. per Archi. xvj. q. j. ne pro cuiuſlibet. ⁊ hoc di-
cit ſibi placere plus licet dicat ꝙ ſi quis tunc vellet tenere oppo
ſitum in hoc poſſet reſpondere ad contraria per eum modum
quem ipſe exprimet. In tertia queſtione concludit ꝙ nõ repel-
litur pretextu infamie: q: ꝓſequenti ius ſuum non obſtat exce-
ptio infamie. iiij. q. vj. omnibus. hinc eſt ꝙ poteſt infamis elige
re ⁊ arbitrari. ff. de arb. l. pedius. §. tria. ver. ſunt aũt. ⁊ poteſt te
ſtari. C. de ſecun. nup. l. j. Item procurare ⁊ pro ſe poſtulare. iij.
q. vij. §. tria. ver. ſunt aũt. ⁊ hanc opi. dicit ſibi plus placere pro
qua facit: q: q̄diu toleratur quis in officio ⁊ adminiſtratione
non debet priuari aliquo iure ſibi competenti ratione officij vl'
adminiſtrationis. xj. q. iij. nõne. ⁊ de elec. querelam. facit quod
no. e. ti. illa. ⁊ de confir. cum dilectus. ſed iſte non eſt priuatꝰ offi
cio monachatus: igitur ⁊c. In quarta queſtione concludit qđ
obtinebit primum locuꝫ poſt abbatem ratione dignitatis qua
b functus fuit: ⁊ ſic propter reuerentiam[b] ⁊ memoriam dignita-
tis priſtine. alle. de maio. ⁊ obedien. per tuas. ⁊ de priuil. vt apo
ſtolice. in. vj. ⁊. ff. de albo. ſcri. l. j. ad idem. l. ſeruos. ⁊ l. diuo. C. de
queſtio. ⁊ l. vnus. §. ſeruus. ff. de queſtio. l. emancipatis. ff. de ſe
na. cum ſimil.

1 ¶ Profeſſio an ⁊ quando ex deportatione habitus in reli
gione cenſeatur. ⁊ nu. 3.
2 Habitus religioſorum duplex. ſ. nouitiorum ⁊ religioſorum. et
nume. 4.
3 Et delatio habitus diſtincti an ⁊ quando inducat ꝓfeſſioneꝫ.
5 Etas que requiratur in habente profiteri.
6 Habitum deponere debet infra annum is qui obligari nõ vult
religioni.
7 Monaſterium ſi quis intrauerit ⁊ exiuit ante factaꝫ probatio
nem ⁊ poſtea ingreditur idem vel aliud monaſterium an dabi
tur ſibi integrum tempus ad probandum.
8 Profeſſio an inducatur ex annali nouitiorum habitus dela-
tione.
9 Religionem dimittere in quibus caſibus non liceat.
10 Profeſſus an ſtatim dicatur quis ſi in monaſterio eſt conſue-
tudo ꝙ non fiat expreſſio alia niſi ꝙ profitendus ſtatim in ſuo
ingreſſu promittit inter manus prelati obedientiam.

SOs quideinceps. Po
nit dictum a quo. Secundo excipitur ibi niſi.
1 ¶ † Nota primo quod portãs in etate diſcre
tionis habitum nouitiorum per annuꝫ in ali
qua religione intelligitur illam fore profeſſus
niſi habitus talis diſtinctus ſit patenter in ſciſſura colore vel for
ma ab habitu profeſſorum. Ex quo notatur ſecus eſſe ſi geſtaſ-
ſet talem habitum in etate predicta. Item ſecus ſi talis habi-
tus non ſit patenter diſtinctus ſed latenter forte propter ſolam
2 benedictionem. ¶ † Item not. duplicem habitum religioſorũ
ſcilicet nouitiorum ⁊ profeſſorum: ⁊ ſimiliter duplicem habituꝫ
nouitiorum ſcilicet diſtinctum ⁊ indiſtinctum. Item diſtincto
3 rum alium diſtinctum patenter alium latenter ⁊c. ¶ † Glo. de
inceps oppo. ꝙ delatio habitus diſtincti qualiſcunqꝫ ſit diſtin-
ctio etiam ſi per annum facta ſit non inducit profeſſioneꝫ. Un
de oppo. de. c. primo. ē. eodem. in. vj. ⁊ de no. in. c. ſtatuimus. ē.
eodem titu. Soluit gloſ. verbum deinceps. ⁊ verbum decerni-
mus. que inducunt ius nouum ⁊ tollunt contrariuꝫ. nam olim
procedebat contrarium q: delatio olim de atto habitus facta
per annum inducebat profeſſionem tacitam quando habitus
erant indiſtincti. vt. ē. eodem ex parte. ⁊ ibi no. in vlti. gl. ſecus
ſi habitus fuiſſent diſtincti qualicunqꝫ diſtinctione. hodie vo-
ro ſecus quantum ad iſtum caſum: ſcilicet inducendi profeſſio-
nem tacitam per delationem habitus per annum quia nõ ſuf-
ficit qualiſcunqꝫ diſtinctio: ſed requiritur patens altero de tri-
bus modis hic poſitis ad hoc vt impediatur profeſſio: ſecus ſi
alſo ſit latens: forte quia veſtis profeſſoruꝫ detur per prouincia-
lem vel in capitulo veſtis nouitiorum: nam delatio talis veſtis
nouitiorum per annum bene induceret tacitam profeſſionem
ſecus in delatione veſtis nouitioruꝫ patenter diſtincte: quia de
latio talis veſtis etiam vltra annum non induceret profeſſionẽ
hec procedunt quo ad hunc caſum quando agitur de inducen-
da profeſſione tacita ex delatione habitus per lapſum anni ad
alios autem annos inducendi profeſſionem tacitam ſtamus in
iure antiquo ſecundum qđ ſufficit qualiſcunqꝫ diſtinctio. per qđ
infert glo. ꝙ ſi maior ſponte ⁊ ſcienter recipit habitum diſtin-
ctum profeſſorum: licet latenter ſi perſeueret triduo dicetur pro
4 feſſus etiam hodie alle. decre. conſtitutionem. C. eo. in. vj. † Ex
predictis glo. colligit triplicem eſſe habitum nouitiorum. ſ. di-
ſtinctum ⁊ indiſtinctum ⁊ indiſtinctiſſimum. Item ſubdiuidi-
tur primus quia alius eſt diſtinctus patenter in colore ſciſſura
vel forma. Alius eſt diſtinctus latenter recipiens autem habi-
tum nouitiorum ⁊ deferens per annum ſi ſit indiſtinctus vel in
diſtinctiſſimus vel etiam diſtinctus: ſed diſtinctione latẽti vide
tur tacite ꝓfeſſus ſi illum recipit i adulta etate: ſecus in delatiõe
habitus nouitioꝝ patenter diſtincti vel etiam indiſtinctiſſimi
vbi fuerit receptus ab impubere quia non inducitur profeſſio
⁊ ſm hoc poteſt intelligi quod no. Inno. ē. c. ex parte. ⁊ Abb.
in. c. conſulti. eo. titu. vbi dicunt predicti ꝙ delatio habitus no-
uitiorum ſi ſit diſtinctus per quantumcunqꝫ tempus fiat nõ in-
ducit ꝓfeſſionem. vnde recitabat Abb. ꝙ viderat literam abſo
lutoriam papalem conceſſam illi qui detulerat habitum quaſi
per. xx. annos. ad hoc facit. ē. c. ex parte. ⁊. c. ſtatuimus. ⁊. ē. c. ti
tu. c. j. in. vj. Fatetur tñ hic gl. ꝙ poteſt eſſe dubium an corrigat
hic per ſuperius dictum de habitu indiſtinctiſſimo recepto ab
impubere tñ qr correctio eſt euitanda: dicendum erit ꝙ non vt
infra patebit cum alia glo. in ver. portauerit. ſtat ergo concluſio
glo. ꝙ hec conſtitutio eſt iuris noui inductoria: per hoc dicit
Guil. ⁊ idem zenze. ꝙ hec conſtitutio non reſtringit ante ipſam
receptos maxime in facto continentie que eſt res voti ⁊ nõ pre
cepti. xxxiij. q. quinta. non ſaluabitur. per hoc etiam dicit ꝙ p
hanc clemen. non eſt ſublata conſuetudo que adeſt in quibuſdã

a ¶ Queſtio d̄ puncto. Adde Fely. in. c. capiꝫ in. xvij. co. de reſcriptis.

b ¶ Et memoriaꝫ dignitatis. Adde gl. in. §. ſi. in glo. fi. inſt. de tute. Fely. in c. q̄ in eccleſia: ⁊. in. xxix. co. extra de conſti.

monaſterijs alamanie ⁊ etiam burgundie ſm quam moniales
ſemper exire poſſunt ante expreſſam profeſſionē non ob.lapſu
anni ⁊ aſſumptione veli.cum talis conſuetudo hic non tollatur
Ad hoc.c.j.de conſti.in.vj.⁊ hec conſuetudo etiam fulciebatur
ex opi.antiquorū de quibus in.c.ex parte.⁊.c.cōſuluit.ſ.e.ex hoc
infert ꝙ ignorantia iuris poſitiui vel naturalis ꝓpter diuer-
ſas opi.docto.offuſcati habet excuſare:ad hoc inducit ſimile de
c.ſi.de ſpon.duo.ſm eum facit licet non alleget qđ habetur.de
poſtu.pręla.c.j.in.vj.Quia id notabile procederet ſi hec conſti-
tutio eſſet declaratoria iuris antiqui:ſed tenendo ꝙ ſit correcto-
5 ria tunc non colligeretur.❡ †Glo.etate.querit qualis requira
a tur etas in habente profiteri[a].Reſpondet ꝙ.xiiij.annorum in
maſculo ⁊.xij.in femina.⁊ ſic no.ꝙ requiritur etas conſumma-
ta adeo ꝙ prudentia vel malitia quantum ad hoc non pōt ſup-
plere etatem.ſ.eodem.poſtulaſti.⁊.c.ad noſtram.⁊.c.ſignifica-
b tum[b].ſecus tñ quo ad matrimoniū de deſponſa.im.c.de illis.
❡ No.bene hanc glo.⁊ concor.cum glo.de elect.ex eo qđ.in.vj.
idem tenet Pau.Contra quod op.de.l.ſi.de libe.cauſa.vbi va-
lent agitata per impuberem ſi verſetur ſua vtilitas.Soluit qđ
illud procedit in promiſſione pecunie vbi eſt certum de vtilitate
hic agitur de obligatione perſone vbi dubitatur an ſit vtilis an
non:⁊ ſic ratio erit ſm eum ꝗ ante finitum.xiiij.in mare.⁊.xij.
in femina.nō poteſt renūciare matrimonio profitendo ꝗ ante
ignorant ſtimulos carnis.❡ Glo.in aliqua opp.de.c.vt clerici.
ſ.eo.vbi portans habitum quantocunqȝ tempore ferat non in-
telligit profiteri.Soluit hic detulit in religione ibi extra religio
6 nem:⁊ ideo non ſic de facili inducitur profeſſio.❡ †Glo.annū
querit an ſic neceſſe ꝙ exceſſerit annum portando habitum di-
cit ꝙ non ſed ſufficit ꝙ portat per annum integrum tantum vt
ſ.eo.titu.c.j.in.vj.facit.ſ.eo.ex parte.⁊ per hoc infert gl.ꝙ no-
lens obligari religioni debet infra annum deponere habitum.
7 alleg.ſ.eo.ſtatuimus.†Sed querit hic Matth.[c] ecce ꝙ aliqs
c intrauit monaſterium ⁊ exiuit poſtea infra annum ante factā
probationem:⁊ iterum poſtea ingreditur idem vel aliud mona
ſterium an dabitur ſibi integrum tempus ad probandum:di-
cit ꝙ non ſi conditio monaſterij non eſt mutata.de quo per ar-
chy.ſ.eo.non ſolum.in.vj.⁊ ibi Jo.de lig.tenet contrarium.et
Bar.in.l.ſi.§.quotiens.ff.de publica.An autē nouitius debet
vocari ad electionem in eccleſia in qua erat beneficiatus.Arch.
tenet ꝙ ſic Joan.and.contra.ſ.eo.beneficium.in.vj.dic vt ibi.
❡ Glo.portauerit.querit quid ſi aliquis recipit habitum ante
annos diſcretionis ⁊ ſit maſculus ante.xiiij.annum deinū poſt
xiiij.annum portauit dictum habitum per annum ſcilicet noui
tiorum non patenter diſtinctum an dicetur profeſſus:dicit glo.
ꝙ ſic per hunc tex.qui ſolum ponderat delationē ſeu portatio-
nem factam eſſe tempore diſcretionis ⁊ ſic non curat quo tēpo
re habitus fuerit aſſumptus hec dicit glo.eſſe vera niſi habitus
eſſet indiſtinctiſſimus in tantum ꝙ ſeculares ibidem commoran
tes illo eodem etiam habitu vterentur quia tunc ſi fuiſſet aſſum
ptus ab impubere non induceretur profeſſio etiam per delatio
nem annalem factam poſt tempus diſcretionis.per.c.j.ſ.eo.in
ver.niſi forte quis diceret illam decretalem in hoc correctā per
iſtum:⁊ ſm hec non eſſet adhibenda differentia inter habitum
indiſtinctum ⁊ indiſtinctiſſimum:⁊ pro hoc facit quia hic pon
deratur non tempus aſſumptionis habitus ſed tempus dela-
tionis.⁊ hoc placet Steph.tamen vt euitetur correctio.arg.de
cre.cum expediat.de elec.in.vj.tenet glo.ꝙ hec decre.in hoc nō
corrigit illam.ad hoc facit quia hic loquitur de habitu nouitio
rum ⁊ ſic non loquitur de illo qui eſt communis alijs:⁊ ſic non
loquitur de indiſtinctiſſimo ſaltem quando aſſumitur ab impu
bere ⁊ hoc eſt tenendum ⁊ placet zenze.⁊ etiam Jo.de lig.licet
Steph.contra vt predixi ⁊c.❡ Glo.illam opp.ꝙ non obligetur
in caſu decre.religioni in ſpecie ſed in genere.ſ.eo.conſtitutionē
ij.reſponſo.in.vj.So.diuerſitas caſus tollit hoc contrarium ꝗ
ibi in expreſſe profitente religionem mendicantium infra annū
hic vero in deferente habitum per integrum annum ⁊c.❡ Gl.
8 colore.⁊ ſequens exponunt ⁊ declarant literam.❡ †Gloſ.vlti-
ma oppo.ꝙ delatio habitus nouitiorum annalis non inducat
profeſſionem etiam ſi non ſit patens diſtinctio.vnde oppo.de
not.ſ.eodem.ex parte.⁊ de no.ſ.eodem titu.c.ij.⁊.c.ad apoſto
licam.⁊ in Specu.de ſtatu monacho.in vltima.q.Sol.ꝙ id qđ
hic dicitur procedit niſi fuerit proteſtatus ꝙ per delationē an
nalem non intendit obligari religioni:quia tunc intercedente
tali proteſtatione non obligaretur maxime ſi fuiſſet continua-
tus.iuxta no.in pluribus alle.Idē Pau.alle.ꝗ proteſtatio tue-
tur vbi id qđ agitur poteſt ſe habere ad vtrunqȝ.iuxta no.de li
te conteſta.c.vno.⁊ per hoc non ob.de app.ſollicitudinem.quia
hec ꝓteſtatio non eſt contra naturam actus nec illi repugnat:ſȝ
ſe cōpatitur cum illo.Si aūt proteſtatio eſſet contra naturā reli
gionis.puta ꝗ ꝓfitens ꝓteſtaretur ſe velle retinere ꝓpriū tunc

a ❡ Reſpōdet Ad de Joā.ſa.in.§.ſi.inſti.q.mo.tu.fini.

b ❡ Secus tñ quo ad matrimoniū.vide tñ gl.inſti.de nup.in prin.in ver.potentes.⁊ ibi do cto.inſt.đ nup.

c ❡ Ecce ꝙ aliquis.adde ale.in conſilio.iiij.in j.co.circa med.⁊ in conſi.vlt.j.⁊.ij.colū.in.iiij.vo.Alex.in cōſi.xxxiiij.in.j.co piā.in.v.vol.

d ❡ In auten.ingreſſi.Uide Bar.ibi in.ij.columna.

e ❡ Prius eſt qñ.Adde Archi.i.c.ſanciꝰ xij.q.ij.Jaſ.in l.in ſubſtitutio ne.in ſi.col.ff.đ vulg.⁊ pupil.et Jaſ.in.l.ſi quis heredem.C.de inſti.⁊ ſubſtitu.ſub condi.fa.

eſt dubium an valeat proteſtatio.Pau.hic refert opi.Joā.de
lig.poſt eum.nam quidam vt Her.⁊ Bar.brix.dixerūt ꝙ non
valet monachatus ꝗ conditio eſt contra naturam monachatꝰ
de ſtatu mo.cum ad monaſterium.quidam contrariū vt Lau.
⁊ Jo.xxvij.q.ij.ſolet.Philip.Gof.Uin.⁊ Inno.⁊ Hoſtien.et
d Guil.in ſalo.⁊ Accur.de ſacroſan.ec.[d] in auten.ingreſſi.lȝ alibi
diſtinguat in.l.per ſeruū.ff.de vſu.⁊ ha.vbi diſtinguit an incon
tinenti an ex interuallo tale pactum apponatur.ſed opi.Laur.
Jo.⁊ ſequacium tenet Pe.de bel.pti.⁊ Ja.de ra.dicentes ꝙ re
pugnātia adiecta in ſubſtantialibus nō tollit id qđ eſt fortius ⁊
principalius ſed habetur ꝓ non adiecta Pau.hic tenet primā
opi.ſ.ꝙ non teneat monachatus per adiectionem talis cōditio
nis.Mouetur per ſimile de matrimonio carnali.ſ.de condit.
appo.c.ſi.nam vtrobiqȝ tam in matrimonio carnali ꝙ̄ ſpiritua
li eſt ſimilis ratio ⁊ vtrobiqȝ quis obligatur deo ⁊ cōi conſenſu
non poteſt ſeparari de matrimonio carnali:ptȝ.ſ.c.veniens.⁊
ſimiliter in ſpūali.ſ.e.ti.c.ſi.niſi tranſierit ad ſtrictiorem religio
nem vel ad curam animarum.Jo.an.vt hic dicit Jo.de lig.te-
net opi.que habet qđ tenet monachatus ⁊ reiicit conditio:aſſi
gnat rationem diuerſitatis inter matrimonium carnale ⁊ ſpūa
le:ꝗ in carnali matrimonio quis obligatur homini:⁊ ideo eſt
ſibi imputandum ſi tali conditioni conſentit:ſed in monachatu
obligatur deo cui nihil poteſt imputare ſi recipiēs profeſſionē
admittit talem conditionem.alle.de conuer.coniu.ad audientiā.
⁊ hanc opi.credo veram.lȝ Jo.de lig.videatur reſidere in opi.
Pau.per rationes ſuas ꝗ non videtur differentia bona inter
carnale ⁊ ſpirituale matrimonium:cum enim in carnali quis obli
getur deo:ſed dic ꝙ principaliter quis obligatur homini i car-
nali ⁊ ſecundario deo in ſpirituali econtra:inſpici autem dȝ qđ
eſt principalius.ff.ſi certum peta.l.ſi quis nec cauſam.§.rei pi-
9 gnori.†Ultimo ponit hic Guil.aliquos caſus in quibus non
e lȝ dimittere religionem.[e] Primus eſt qñ aliquis primo emiſit
votum de intrando religionē ⁊ poſtea ex interuallo ſuſcepit ha
bitum ab illo qui habet poteſtatem aggregandi illi religioni vł
ordini.vt no.Inno.de frigi.fraternitatis.in prin.in ver.ſolen-
ni.nam tunc talis ſuſceptio habitus profeſſorum vel cōis habi-
tus.vel vbi non eſt diſtinctio habituum.facit quem ſtatim per
petuum ꝓfeſſum.ſ.qui de.vel vo.meminimus.⁊ ibi p Innoc.
Secundus eſt qñ eodem contextu emiſit votum ⁊ ſolenniter re
cipit habitum animo non mutandi ipſum ⁊ de hoc plene con-
ſtat:ꝗ amodo non poterit eum dimittere.Tertius eſt qñ profi
tetur tria ſubſtātialia regule etiā in habitu ſeculari in religioni
bus non mendicantium tantum.Idem qñ.ſ.annum ꝓbatio-
nis ſuſcepit habitum profeſſorum ſcienter ⁊ portauit ipſum per
triduum.nam tunc obligatur religioni in genere.ſ.e.conſtitu-
tio.in.vj.Ultimꝰ eſt in caſu huius decre.in iſtis enim caſibus
papa fingit quem precise conſenſiſſe matrimonio ſpirituali pre
ſumptione iuris.⁊ de iure.ſicut quiſqȝ in ſimili facit in carnali.de
10 ſpon.is qui.†Quid aūt ſi in monaſterio eſt conſuetudo ꝙ non
fiat expreſſa ꝓfeſſio alia niſi profitendus ſtatim in ſuo ingreſſu
promittit ſuo ꝓlato.ſ.obedientiā inter manus ſuas:dic ꝙ tunc
non dicetur expreſſe ꝓfeſſus.alle.de ſta.mo.cum ad monaſteriū
⁊ ſic recitat Specu.in ti.de ſtatu mona.clementem diffiniuiſſe.
Inno.tamen tenuit contrarium in.c.conſuluit.in ſi.qui de.vel
vo.vbi dicit ꝙ ſi talis renunciat proprie voluntati ⁊ omnia cō-
mittit in voluntate abbatis ꝙ talis obedientia ſufficit pro pro-
feſſione alleg.xij.q.j.non dicatis.

❡ De ſtatu monachorum. Rubrica.

1 Hortum concluſū ⁊ fontem ſignatū quis habere dicat.
2 Monachis nigris interdictus eſt ornatus ⁊ exceſſus in veſtibꝰ
cibis ⁊ potibus equitaturis ⁊ lectiſterniis.
3 Monachi nigri non debent vti calciamentis:calcaribꝰ:zonis:
cultellis:⁊ ſellis nimium ſumptuoſis ⁊ ornatis.
4 Sloti appellatione quid veniat.
5 Monachi confiteri debent in prima dominica cuiuſlibet men-
ſis ⁊ communicare.
6 Uenationibus ⁊ aucupationibus vacare nō debent monachi
nec tenere debent canes venaticos nec aues.⁊ nu.23.
7 Pena duplici punitur quiſqȝ aliquis.
8 Suſpenſo abbate vel priore principali a collatione beneficiorū
deuoluitur poteſtas ad priorem clauſtralem cum conſilio ⁊ con
ſenſu conuentus vel maioris partis.
9 Monachi ad curias principum ſine ſpeciali licentia accedere
non debent.⁊ nu.25.
10 Monachi in prioratibus vel alijs adminiſtrationibus non de
bent ſoli habitare ſed debent habere ſecum alium monachum.
11 Monacho non profeſſo non debet conferri prioratus vel alia
adminiſtratio.

Religio

12 Religio monachorum nigrorum quare dicatur ſancta.
13 Colores principales ſunt quatuor.
14 Veſte nimis exquiſita non debent vti monachi.
15 Veſtis ſiue habitus monachi quis dicatur.
16 Stimalia bona ſiunt apud ſanctum ſeuerinum.
17 Scapula vel cuculla an poſſit abſcondi ſub tondello.
18 Monachi cui confiteri debeant.
19 Peccator ſi habet propoſitum confitendi ſm mandatum eccleſie ⁊ moritur antequam confiteatur an erit damnatus.
20 Venari ⁊ aucupari differunt.
21 Monachi nigri facti epiſcopi an debeant ſeruare conſtitutionem in venationibus veſtibus ⁊ eſu carnium.
22 Saltus quid ſit ⁊ quid viuarium ⁊ quid garena.
24 Monachale iugum videtur carcer.
26 Intrans domum animo furandi ſi non furetur an teneatur.
27 Monachi vagantes quo iure poſſint reuocari ad clauſtrum.
28 Armorum appellatione quid comprehendatur.
29 Arma ſi portauerit monachus an peccet mortaliter.
31 Vnire non poteſt inferior epiſcopo eccleſias ſibi pleno iure ſubiectas.
33 Monachi an poſſint ad clauſtrum reuocari.
34 Diſpenſare an poſſit epiſcopus ſuper etate in promouendo ad prioratum conuentualem.
35 Peregrinus ſi intrat nauim vel tabernā ſi non inuenit res ſuas ⁊ dicat ſe amiſiſſe quaſdam an ſtabitur eius iuramento.
36 Monachi nigri an poſſint vti veſtibus de cotono que appellātur fuſtanei: vel veſtibus ſdicatis de lana.
37 Monachus profeſſus ſi eijciatur a monaſterio an bona que cōtulit poterunt retineri.
38 Monachus non poteſt poſt ingreſſum cum aliquo contrahere quia nihil habet proprij.
39 Monachum egrotantem ſi abbas recipere noluerit ⁊ multa bona queſiuerit quid de talibus bonis ſiet.
40 Abbas in regula ſancti benedicti an poſſit ad diſpoſitionem ⁊ voluntatem ſuam aliquid de preceptis ⁊ imperatis in regula relaxare.
41 Prioratus ⁊ adminiſtrationes monachales an dicantur beneficia.
42 Dedicatum deo an ſit beneficium eccleſiaſticum.
43 Electio an propter negligentiam prelati eccleſie collegiate vl' cōuentualis deuoluatur ad collegium vel conuentum.
44 Abbate mortuo an tota ſua adminiſtratio ſpiritualis ⁊ tēporalis tranſeat ad conuentum.
45 Abſoluere non poſſunt prelati inferiores ab epiſcopo a ſententia canonis.
46 Monachus monaſterij exempti ſi promotus fuit in abbatem alterius monaſterij exempti ſi ex cauſa honeſta renunciat adminiſtratiōi ⁊ regimini dicti monaſterij: vbi remanebit iſte monachus.
47 Monachus ſi infra ſepta monaſterij commiſit homicidiū ⁊ extra adulterium an debeat puniri ⁊ abſolui per abbatem vel p epiſcopum.
48 Monachus ſi delinquit an debeat contra eum inquiri ⁊ puniri ſm formam iuris communis an vero ſm ſtatuta regule.
49 Monachus pro contractu ciuili coram quo iudice ſit conueniendus.
50 Abbas non poteſt eſſe pars ⁊ iudex.
51 Monachus an in cauſa criminali poſſit ſtare in iudicio.

Ne in agro dominico.

Diuiditur in decem partes: quia primo ponit exordium conſtitutionis cauſam ⁊ generale interdictum monachorum illorum circa exquiſitum ornatum ⁊ notabilem exceſſum in cibis veſtibus potibus equitaturis ⁊ lectiſternijs. Secūdo prouidet circa veſtes habitum almutias caputia calciamenta zonas cultellos calcaria ſellas ⁊ frena eorū ⁊ circa habitum ſuperiorem. Tertio prouidet circa ipſorum pfeſſionem communionem expoſitionem regule ⁊ inſtructionē nouitiorum. Quarto circa venationes ⁊ aucupationes ipſorū. Quinto punit tranſgreſſores. Sexto prouidet contra profeſſores euntes ad curias principum vel alſ vagantes vel infra ſepta monaſterij arma tenentes. Septimo prouidet contra ipſorum ſollicitudines. Octauo prouidet circa etatem ſacerdotum profeſſionem ⁊ habitationem ipſorum. Nono prouidet de ordinatione ⁊ doctrina monachorum. Vltimo confirmat ⁊ innouat decreta. cum ad monaſterium. ⁊ c. cum in ſingulis. ſupra eodem. ſecūda ibi. ſtatuimus. tertia ibi. ſane. quarta ibi porro. quīta ibi ſi quis autem. ſexta ibi quia vero. ſeptima ibi ad hec. octa
ua ibi ceterum. nona ibi ad ampliandam. vltima ibi premiſſa.
1 Regam vſque ad. §. quia vero. ¶ † Nota primo quod dominus
qui habet agrum habet etiam ⁊ ſimiliter vnicum domum habet etiam hortum ⁊ fontem concluſum ⁊ ſignatum. xviij. q. pri
ma. quoniam vetus. ſecundum Stepha. nec mirum qꝛ ipſius
2 eſt terra ⁊ plenitudo orbis. vt gloſ. hic dicit ¶ † Nota mona-
chis nigris interdictum omnem exquiſitum ornatum ⁊ exceſ-
ſum in veſtibus cibis ⁊ potibus equitaturis ⁊ lectiſternijs. Et
nota quod religio monachorum nigrorum appellatur ſacra de
quo in glo. ¶ Nota in verſi. ſtatuimus. qualis debet eſſe veſtis
ſuperior proxima habitui monachorum nigrorum ⁊ cuius co-
loris ⁊ qualis panni. ¶ Nota ſecundo quales debent eſſe eorū
almutie. ¶ Nota tertio quod non debent habere monachi fo-
dram de ſerico. ¶ Not. argumentum quod ea que ſunt de regu
3 la ſunt iuxta diſpoſitionem abbatis temperanda. ¶ † Itē no-
ta qualia debent eſſe eorum calciamenta: calcaria: zona: cultel-
li ⁊ ſella: qꝛ non debent eſſe ſumptuoſa nimis vel ornata. ¶ Itē
nota ex eo quod dicit de calcaribus quod monachis non eſt ꝓ-
hibitum equitare ⁊c. ¶ In verſicu. rurſus. nota quali veſte de-
beant vti prior vel abbas ⁊ alij monachi ſiue ſit ꝯgregatio duo
decim monachorum ſiue minor ſiue in monaſterijs domibus ſiue
4 extra ſiue verſentur circa diuina ſiue non. ¶ † Item nota quid
contineatur appellatione cuculle ⁊ quid appellatione floci ⁊c.
5 ¶ † In verſicu. ſane nota quomodo in quolibet menſe in pri-
ma dominica menſis debent monachi confiteri ⁊ communica-
re ſeu aſſumere corpus domini niſi ex cauſa aliud videatur ab-
bati priori aut penitentiario. ¶ Nota per quem debeat legi re-
gula in capitulo ⁊ quomodo debeat vulgariter exponi. ¶ No
6 ta quod nouitijs debet deputari fidelis inſtructor. ¶ † In ver
ſicu. porro. nota quomodo monachi debent abſtinere a vena-
tionibus ⁊ aucupationibus nec illis intereſſe. ¶ Item qꝫ non
debent tenere canes vel aues aptos ad venandum per ſe vel
alios: ⁊ ſic non poſſunt per ſe vel alios venari. fallit in certo caſu
7 in quo poſſunt per alios venari ⁊c. ¶ † In verſicu. ſi quis no-
ta quem duplici pena quandoque puniri. de quo de iudicijs. at
8 ſi clerici. ⁊ ff. de penis. l. ſeyo. ¶ † Item nota quod ſuſpenſo ab
bate vel priore principali a collatione beneficiorum deuoluitur
poteſtas ad priorem clauſtralem cum conſilio ⁊ aſſenſu conuen
tus vel maioris partis ⁊c. ¶ In verſicu. quia vero. nota iugū
monachale fore ſuaue quia intelligitur reſpectu illorum qui li-
9 benter ſupportant. ¶ † Nota penam monachorum ⁊ canoni-
corum regularium non habentium adminiſtrationem ſi acce-
dunt ad curias principum ſine ſpeciali licentia ſuorum prelato-
rum animo inferendi damnum aliquod monaſterio quia ſunt
ipſo iure excommunicati. ¶ Nota quomodo prelati debent cō
peſcere religioſos predictos a tali exceſſu ⁊ euagationibus.
¶ Not. penā monachorum tenentium arma infra ſepta mona
10 ſterij ſine licentia abbatis ⁊c. ¶ In. §. ad hec not. quod mona-
chi non debent habitare ſoli in prioratibus vel alijs adminiſtra
tionibus ſibi commiſſis: ſed debent habere ſecum alium mona
chum ſi prioratus vel adminiſtratio ad hoc habeat ſufficiētes
redditus. Et nota quid ſi redditus non ſufficiunt. ad hoc nota
quod vnio non debet fieri niſi cum conſenſu abbatis cui eſt lo-
cus ſubiectus priore ipſius prius ad clauſtrū reuocato. ¶ Itē
nota quod tali loco ſic vnito debet deſeruiri per clericos ſecula
res prouidendo eis debite. ¶ In. §. ceterum not. qualis debet
eſſe etas aſſumendi ad prioratum conuentionalem vel curatū.
Et nota infra quantum tempus tales debent ad ſacerdotium
promoueri. Item nota penam non promoti infra tempus debitum quia ſunt ipſo iure priuati: adeo quod iterato non pote
11 rit illis conferri. ¶ †a Nota quod prioratus vel adminiſtra-
a tio alia non poteſt committi alicui religioſo niſi ſit expreſſe pro
feſſus. Et nota quod religioſi tenentur facere reſidentiam in
prioratu vel adminiſtratione ſibi commiſſa niſi ex cauſa ſtudio
rum vel alia rationabili cauſa ad tēpus fuerint abſentes. ¶ Et
nota quod in hoc non valet conſuetudo contraria ⁊c. In verſi.
ad ampliationem not. qꝫ monachi ad monitionem abbatis de
bent promoueri ad ordines ſacros. Item nota quod in ſingu-
lis monaſterijs in quibus ſunt ſufficientes redditus debet tene
ri vnus magiſter qui inſtruat monachos in ſcientijs primiti-
uis ⁊c. In. §. premiſſa not. hic confirmari ea que dicuntur in. c.
cum ad monaſterium. ⁊ in. c. cum in ſingulis. de ſtatu mona. ⁊c.
12 ¶ Glo. ſecunda ſuit expedita cum tex. ¶ † Glo. iij. querit qua
re religio monachorum nigrorum dicitur ſancta. Reſpōdet gl.
quia iſte ordo monachorum nigrorum olim fuit magne ſancti
tatis ⁊ venerationis prout hic ex documentis patrum ⁊ abun-
dantia temporalium monaſteriorum huius ordinis: hodie ve-
ro in multis deficiunt verborum ⁊ exemplorum documenta: et
ad inſtar filij prodigi diſſipate ſunt patrum ſubſtantie ⁊ cupiūt
quandoque de ſiliquis noſtris implere ventrem ſuum. Idem

a ¶ No. qꝫ prioratus. De iſtis prioratibus posuit plene Spec. de ſe. in conſi. incipi. dictum eſt ſupra.

in effectu Guil.hic pulcherrime loquens ⁊ dans verſus. Qua-
re aūt fuit inuentus iſte ordo ſub colore nigro. Reſpondet glo.
ꝙ nigredo ſignificat mortificationem carnis ⁊ vitiorū: vtinam
tñ hodie dicit glo. non deſignaretur offuſcatio meritorū ⁊ virtu
tum ꝓpter qđ emanauit conſtitutio ⁊c. ¶ Glo. nigrorū. q̄rit an
hec cōſtitutio locū habeat in monachis alteri⁹ coloris q̄ nigri.
Reſpondet glo. ꝙ non per hunc tex. a ſuo cōtrario ꝙ gl. limitat
pcedere q̄tum hic ponitur ius nouū ſaluo tñ qđ dicetur. §.i. §.
ſane. ⁊ in. §. q̄ vero. cum ſequentibus. Que aūt potuerit eſſe rō
quare magis hic locutus fuit de monachis nigris q̄ de aliis.
Reſpondet glo. ꝙ ratio eſſe pōt q̄ alij monachi habent cōiter
corpus ⁊ vnum caput maius vt eſt videre ī ciſtercieñ. camaldu
leñ. ⁊ ſimilibus. Addit Paul. ⁊ valliſ vmbroſe: ſed iſto capite
maiori carent monachi nigri: ideo ſimiliter ibi minus viget cor
rectio: ⁊ ꝓ tanto potius in illis fuit prouidendum. Idē tenet
13 Pau. quaſi ad literā. † Lap. hic tractat de coloribus id qđ po
nit philoſophus in libro de ſenſu ⁊ ſenſato: dicens ꝙ quatuor
ſunt principales colores. ſ. albus: niger: citrinus ⁊ rubeus: albū
aūt ⁊ nigrū ſunt duo extremi colores ⁊ niger eſt vltimus qui vi
14 uificat ceteros colores. ¶ † Glo. exquiſitum opp.[a] ꝙ nō ſit vtē
a dum vilibus veſtibus. iuxta no. xxj. queſtio. quarta. in ſumma.
a ¶ Quod nō ſit vtendū. Ad de bonum tex. in. c. ſi. xlj. diſt.
Soluit quod hic non dicit tali veſte vtendum: ſed quod non
eſt vtendum veſte nimis exquiſite ornata. Lap. hic dicit ꝙ ha
bitus monachalis nō debet eſſe notabilis ſed modeſtus: vnde
dicit ꝙ in habitu religionis ſunt quatuor notanda. ſ. vilitas. ꝓ
cioſitas. paucitas ⁊ ſuperfluitas. In vilitate deſignatur vana glo
ria ⁊ ſimulatio. In ꝓcioſitate ſuperbia ⁊ delectatio. In paucitate
intollerantia ſeu deſperatio. In ſuperfluitate amor ſeculi: vidēdū
eſt ergo mediocritatis menſura. vt. iiij. ethicorū: ſi ſuperabundan
tia ⁊ inordinatus affectus ad iactantiā ptinet Guil. hic dicit ꝙ
totus ſtatus cōſiſtit in cibis ⁊ veſtibus alle. ff. de ver. ſig. l. vbi vi
ctus. ⁊ ideo mores hoīm ſunt reformandi nedū in cibis: ſed et
in veſtibus: ⁊ ideo nec ſordidis nec fulgidis veſtibus q̄s debet
b ¶ Sol. glo. Idem dicit do. Ab. in. d. c. oīs in. ij. col.
ſe ornare nec auſteriora vel lautiora indumēta vel alimenta ꝓco
terīs q̄rere: alr̄ aūt intemperatus ⁊ ſuperſtitioſus eſt. xlij. diſ. §. j.
⁊. §. ſi. ¶ Glo. cibis. notanda eſt contra incontinentiā in. §. ſta-
15 tuimus. ¶ † Glo. habitum. declarat quis dicatur habitus: q̄ di
cit ꝙ floccus cuculla vel ſcapulare qđ no. ¶ Glo. albi. querit an
veſtis ſuperior nigrorum monachorum poſſit eſſe de aliis colo
ribus quam tribus hic nominatis. Reſpondet glo. ꝙ nō ꝑ tex.
a contrario facit. xxv. diſt. qualis. qđ dicit eſſe notandum cōtra
multos qui hoc non ponderant: nec ob. ꝙ in regula. cd. dicitur
monachi non cauſentur de colore: q̄ non intendit per id ꝑmit
tere omnes colores cum nec ſecularibus clericis permittatur. de
vita ⁊ ho. cle. in. c. clericus. ij. ſed ſolū intendit dicere ꝙ inter co
lores permiſſos non debent cauſari dicendo iſte eſt ſirior vl̄ pul
chrior vel melior illo. Quare autem iſti tres colores potius per
mittantur. Reſpondet gl. ſc. q̄ poſſent ſine tinctura haberi ex
ipſa lana. Idem tenet Pau. dicens ꝙ ſuperior veſtis erit alba
nigra vel bruna ſm̄ loci conſuetudinem ⁊ non alterius coloris
ſub habitu aūt plures veſtes poterunt habere dummodo non
ſint inhoneſte ſm̄ enim per hunc tex. a contrario ⁊c. ¶ Glo. pu
gnum. notandū eſt contra denudantes brachia vt faciunt dñe.
¶ Glo. humeros. opp. de eo qđ cōiter hodie fit: q̄ non ſcindū-
tur ſup humeris ſed ante pectus. Reſpondet glo. fatendo q̄ in
hoc ſeruatur contrarium: ⁊ pena contrafacientiū in hoc inferi⁹
imponatur: ſed pōt dici ꝙ in hoc derogatum fuit huic conſtitu
tioni per conſuetudinem: vel qđ hoc fiat iuxta diſpoſitionē Ab
batis: cuius diſpoſitioni hoc videtur hic relinqui glo. non pla-
cet hec vltima ſolutio q̄ hoc nō relinquit̄ diſpoſitioni abbatis:
qđ hic dī de ſciſſura ſed qđ dī de almutiis pellibus vel caputiis
ſeu eorum vſu. Idem Guil. per quod dicit expedire monachis
portantibus caputia vt habeāt licentiam abbatis ſui cū literis
ſuis ne in poſterū poſſit eis aliquid impingi. de offi. deleg. cū in
iure. An aūt requiratur expreſſa licentia ⁊ diſpoſitio Abbatis
ſuper hoc dicit ꝙ non q̄ ſatis videtur ſufficere tacita puta ſi ipe
abbas vtatur caputio. Qualis autē debeat eſſe ſciſſura de qua
hic dicitur: dicit glo. ꝙ patens ⁊ tanta ꝙ appareat: alr̄ pariū ē
ſent non eſſe vel non apparere iuxta no. de vita ⁊ hone. cler. c. ij.
c ¶ Quid ſi peccator. Add. dñm Bartho. de belē. in add. ad Abb. in. d. c. omnis. in. ij. co ſum. in addi. in cip. iſtam. q.
Pau. hic dicit ꝙ illa caputia debent eſſe cum habitu annexa. ꝑ
quod dicit ꝙ portantes habitum ſuperiorem ſciſſum a caputio
non excuſantur a pena ⁊ forte ſunt excommunicati ⁊ apoſtate.
alleg. ne cle. vel mona. c. ij. in. vj. forte poſſet dici ꝙ in hoc debet
ſeruari conſuetudo cum hoc bene reperiatur iure cautū. ¶ Gl.
16 ſequentes ſunt literales ⁊ expoſitiue notande tñ. † No. bene vbi
ſiunt bona ſtualia: quia apud ſanctum Seuerinum. Et non
quid ſit talis prout colligitur ex glo. in verbo boni ⁊c. ¶ Gl. ad
ornatum facilius eſt ⁊ cum ea concordat Guil. ¶ Glo. duode-
cim. querit an in hoc numero debebit computari prelatus: di-
cit ꝙ ſic. alleg. de ſymoni. c. fina. ⁊ de priuile. ex ore. Idē Paul.

dicens hoc verum q̄ſi eſt tantus numerus monachorum in mo
naſterio inſtitutus vel non inſtitutus dummodo tot ſunt in cō-
gregatione. Si aūt eo caſu quo facta. eſt inſtitutio de numero
duodenario tot non eſſent non arctaretur prelatus ad iſtud do
nec ad numerum deueniatur. alle. ī. de offi. vica. c. j. ¶ Glo. hec
ſentit contrarium dicens ꝙ in ver. in aliis intelligitur q̄ſi ibi ſint
monachi non per modum conuentus ſed per modum aſſocia-
tionis: ⁊ ſic ſufficit ꝙ ibi ſit monachorum congregatio ex inſti-
tutione licꝫ ſint pauciores duodecim prout dicit contingere in ab
batiis que ſunt in dyoceſi Argentina ⁊c. ¶ Glo. ſepta eſt litera
lis. ¶ Glo. conſuetudo notanda eſt. conſuetudo poteſt operari
ꝙ meliori pāno vtanī monachi in vno loco q̄ in alio ⁊c. ¶ Gl.
capam. querit quid de tondellis que hodie ſunt in vſu. Reſpō-
det proprie ꝙ ille non ſunt cappe. q̄ totum hominem non ca-
piunt ⁊ precipue caput cum non habeant caputium appēſum
ſed ſunt loco cappe. Aduertendum tñ q̄r vt glo. dicit ꝙ licet ſub
cappa ſit portandum ſaltem ſcapulare tñ ſub flocco vel cucilla
non et hic aperte vult tex. quaſi velit ꝙ floccus ⁊ cuculla ſit ha-
bitus ⁊ non cappa. Quid aūt ſi aliquis in caſibus hic prohibi-
tis portat ſolum ſcapulare ⁊ non floccum vel cucullam an inci-
dat in penam decre. vt periculoſa. ne clerici, vel monachi. in. vj.
Guil. hic dicit ꝙ cum ſcapulare hic habeatur loco cuculle licꝫ ta-
lis peccet faciendo contra preceptum huius decre. tñ non inci-
17 dit in penam dicte conſtitutionis. † An aūt ſcapulare vel cucul
la poſſet abſcondi ſub tondello: dicit ꝙ non per hunc text. a ſuo
contrario dum dicit permitti abſcondi ſolum ſub cappa et ſub
albis ſeu ſacris veſtibus: ⁊ ſic qui ſub tōdello abſcondit erit trāſ
greſſor huius conſtitutionis. Sed an erit tranſgreſſor. c. vt peri
culoſa. dicit dicendum. vt in cle. ij. de vi. ⁊ ho. cle. in. §. dignitatē.
q̄ videtur ꝙ ſic ſi ſit adeo abſconſus ꝙ non videtur in publico
aliquid. Sed aduerte q̄ glo. hic videtur equiparare tondellū
cappe poteſt dici ꝙ in hoc ſeruetur conſuetudo loci. Quid aūt
de monacho facto epo dimiſſo ꝓprio habitu ⁊ ſup ipſo portat
rochetum. i. albam camiſiam contra decre. clerici. de vi. ⁊ hone.
cle. incidit ne in penam decre. vt periculoſa. remittit ad decr. ad
noſtram. ī. de cen. ibi tenet ꝙ ſic ꝑ not. xviij. q. j. c. vno. ⁊c. ¶ Gl.
albis notanda eſt q̄ appellatur hic veſtis alba in. §. ſane. ¶ Gl.
b menſibus. oppo. de. c. omnis. de pe. ⁊ re.[b] ſol. glo. hic in mona-
chis qui arctantur ad confeſſionem ſingulis menſibus ibi in ſi
delibus non religioſis qui arctantur ad confeſſionem ſemel in
anno. Ratio diuerſitatis q̄ monachi ꝓpter ꝓfeſſionē religio
nis debent aliquid adiicere ad penſum ſancte inſtitutionis. ar.
iiij. di. denicꝫ. Idem tenet Guil. per qđ colligit tēpus confiten-
di eſſe mutabile iuxta volūtatem pape. ex hoc arguit ꝙ ſicut po
teſt ad vnam vel duodecim vices in anno penā iniungere: ita
poſſet eā ſemp tollere: ⁊ ſic videtur ꝙ papa poſſet tollere ſacr̄m
penitentie. Contrariū dicit eſſe ver. ſ. ꝙ non pōt id ex toto tol
lere: ſed pōt circa ipſum aliqua diſponere. de quo de pe. diſt. j. v.
18 in ſum. ⁊c. † Cui aūt debēt monachi confiteri. dicit Pau. ꝙ cō-
fiteri poſſunt curatis in quorum degant parochiis vel aliis reli
gioſis per dyoceſim deputatis: poſſunt etiam confiteri dyoceſ.
inuito prelato. alleg. no. per Archi. xj. q. iij. qui reſiſtit. vbi dicit
hoc notari per ipſum ⁊c. ¶ Glo. ſingu. querit an quod hic dici
tur habeat locum in aliis monachis. glo. dicit ꝙ de hoc poteſt
eſſe dubium tamen eſt honeſtum ꝙ ſic. Steph. hic dicit ꝙ qui-
dam dicunt ꝙ hoc etiam dicitur habere locum in monachis al
bis: ſed hoc non credit: dicit tñ ꝙ eſt honeſtum qđ ſeruent. non
tñ tenebuntur ex vi huius conſtitutionis. ¶ Glo. in prima que
rit an ſi occurrat ſolenne feſtum in prima dñica menſis: puta pa
ſcha reſurrectionis vel penthecoſtes vel feſtum patroni mona
ſterij an alterabitur diſpoſitio huius. §. dicit ꝙ non alle. c. cū ad
monaſterium. in prin. Idem Pau. aſſignat rationem q̄ quan
to eſt maius feſtum tanto eſt ſtudioſius regula obſeruanda. all.
19 prealleg. c. cum ad monaſterium ⁊c. † Sed querit hic Mart.[c]
c quid ſi peccator hꝫ ꝓpoſitum confitendi ſm̄ mandatum eccleſie
⁊ moritur anteq̄ confiteatur an erit damnatus: dicit ꝙ audiuit
ab Archi. ꝙ non: ex quo habuit ꝓpoſitum ⁊ animum confitē-
di: qđ dicit eſſe verum ſi deceſſerit contritus. de pe. diſt. j. in ſum
ma. facit de pe. ⁊ re. omnis ⁊c. ¶ Glo. nouitiis. notanda eſt quod
duplicater poteſt ſumi nouitius. ſ. qui nondum eſt inſtructus: licꝫ
20 ſit profeſſus. In. §. porro. ¶ † Glo. venationibus. ponit diffe-
rentiam inter aucupari ⁊ venari. Idem Guil. alle. de cle. vena.
per totum. Item eſt ⁊ aliud genus venationis ſecundum eū qđ
ſequuntur ioculatores ⁊ mimi dum ſibi ſuis adulationibus et
incantationibus ſpolia potentum ⁊ magnatum attrahunt. vt
no. lxxxvj. diſtin. donare. ⁊. c. qui venatoribus. Quare autē mo
nachi non debent iſtis venationibus intereſſe: dicit ꝙ quodam
modo preſentiam exhibendo videntur conſentire. de exceſ. pre-
lat. ex literis. ⁊ ſimiliter nec clerici debent predictis intereſſe ea-
dem ratione: ⁊ eadem ratione non debent intereſſe ſpectaculis
duellis

duellis ⁊ executionibus ad mortem.C.de epiſ.⁊ cle.autē.inter
2 dicimus.⁊.§.ne cle.vel mo.ſuiam.†Sed an monachi nigri fa
cti epi debeant ſeruare hanc conſtitutionem in veſtibus vena
tionibus ⁊ eſu carnium.remittit Guil.ad no.per ſe in c.ad no
ſtram.§.de cenſi.videtur ꝙ ſic:q2 ſunt abſoluti ſeu laxati ab illis
ſine quibus ſolicitudo epalis ⁊ vita actiua exerceri non poteſt.
ſicut eſt ſilētiū:obedientia:reſidentia ⁊ ſimilia:⁊ ſic in oib⁹ aliis
ſunt aſtricti:ad hoc q2 alſ fruſtra portarent habitum quē por
tare debent.de vi.⁊ hone.cle.clerici.viij.q.j.c.j.vnde ſicut conti
nentia ⁊ humilitas q̄ ex portatione habitus in eis factis epis
permanet: ⁊ ſic permanebunt illa ſine quibus perſiſtere nō poſ
ſent^a ſed planum eſt ꝙ cū delicatis cibis ⁊ venationibus nō cō
ſonat humilitas ⁊ continentia.xxj.diſt.eccleſie princeps.xxij.di.
hoſpitiolum.ergo ⁊c. In contrarium facit q2 rōne ſecularium ⁊
laycorꝫ quibus habent quotidie participare:⁊ inter quos con
uerſantur aliqua ſibi licent:q̄ alſ non licerēt ꝓpter ſcandalū vi
tandum ex quo poteſt ſine peccato mortali vitari.§.de no.ope.
nun.cum ex iniuncto.de ſen.exco.ſi vero.xlj.diſt.per totū.hoc
ſcdm dicit verius quo ad penas ſuſpenſionis contentas in hoc
c.ſed primū dictum vendicat ſibi locū in aliis etiam quo ad ſen
tentiā excōicationis p qd dicit ꝙ incurrat penam excōicatiōis.
de qua in decr.ij.ne cle.vel mo.in.vj.in caſibus in qbus nō ſunt
liberati a regula ſua.ar.de vita ⁊ ho.cle. clerici.xviij.q.j.c.j. pro
quo facit.xvi.q.j.de monachis.⁊ q2 ſicut illegitimus legitima
tus remanet illegitimus.de fi.preſby.c.ij.in.vj.qd intelligo ſm
ibi no.q2 non legitimatur ſed diſpenſatur ſic ⁊ monachus fa
ctus epiſcopus remanet monachus:non obſtat ꝙ epiſcop⁹ poſ
ſit facere commatres non monachus.vt no.xviij.q.j.c.j.in fin.
q2 in hoc tanta voluptuoſitas non poteſt notari maxime ſi fiat
ſine oſculo.de conſe.diſt.iiij.monachi.vel poteſt facere comma
tres baptizando non ſuſcipiendo.xvj.q.j.doctor.An aūt tales
poſſunt comedere carnes.no.Hug.ꝙ non.de conſe.diſt.v. car
nem.contrarium no.glo.xvj.q.j.de monachis.de quo dicit ibi
⁊ plene in.c.qd dei timorem.de ſtatu mo.in cle.j. de dec.p Joā.
22 and.⁊ domi.Anto.¶†Gloſ.ſaltus^b.querit quid ſit ſaltus et
b quid viuaria.Reſpondet ꝙ ſaltus dicitur nemus habens ra
ras arbores vbi fere ⁊ venatores ⁊ canes bene ſaliunt.⁊ all. ver
ſum.Viuaria dicuntur loca vbi fere viuunt ⁊ nutriuntur:⁊ vti
tur hoc vocabulo circa piſces.Quid autem ſit garena. dicit gl.
ꝙ in partibus iſtis non vtuntur hoc vocabulo ſed dicitur for
te a garrio is.eo quod ibi ſunt incluſe aues garrientes:⁊ iſta lo
ca dicuntur ſilue foreſtre inſule ⁊ portus.iuxta not.de dona.cū
23 dilectus.ſuper glo.j.⁊c.¶†Glo.perſonalis.opp.de no.p Ho
ſtienſ.de cle.vena.c.ij.vbi dicit ꝙ ſi redditus clericorum ⁊ reli
gioſorum conſiſtunt in venatione cuniculorum vt in prouincia
⁊ ferarum vt in anglia deficiente maxime competenti familia
in propriis perſonis poſſunt venare ⁊ vendere cum id non ſit
vagari ſed vtilitati ⁊ neceſſitati eccleſie ſubuenire ad qd tenētur
clerici.vi.q.j.preſentium.cum ſimilibus.Reſpondet glo.ꝙ illa
fuit opi.Hoſt.q̄ corrigitur hic quo ad religioſos.Idem zenze.
ex quo no.ꝙ iſti poterunt per alium qd per ſe non poſſunt. ſiſe
alle.xj.q.j.te quidem.§.ne cle.vel mo.per totum.C.de procur.l.
pe.In ver.ſi quis aūt ⁊c.¶ Glo.auibus.notanda eſt ꝙ mona
chus cum rete vel laqueo aucupans vel venans non incidit in
hanc penam ⁊c.¶ Glo.iuxta.declarat ꝙ cum hic non impona
tur maior pena hoc caſu q̄ ſuſpenſionis per biennium.⁊ ſupra
per annum quo ad hoc cenſetur maius delictum ⁊c.Sed que
rit hic Pan.quid ſi tempore ſuſpenſionis habuit adminiſtra
tionem ſeu antea non fuit ad clauſtrum reuocatus:an erit inha
bilis ac ſi nunq̄ habuiſſet adminiſtrationem:dicit ꝙ non:imo
ſufficit ꝙ ab initio fuerit capax ſuſpenſionis.facit de elec.dudū
j.ſed an cū iſtis ſic inhabilibus epe poterit diſpēſare.dicit pan.
ꝙ ſic:q2 hoc eſt delictum minus adulterio ⁊c.alle.de iud.at ſi cle
rici.§.de adulteriis.¶ Glo.vt permittitur.opp.de.c.vna ne ſe.
va.in.vj.vbi ſuſpenſo prelato deuoluitur poteſtas ad capl'm ſo
lum:cuius cōtrarium hic dr.Soluit hoc ſpāle in iſto caſu.⁊ hoc
indicat qd hic dr vt pmittitur.alle.ergo extra caſum iſtum dicē
24 dum vt ibi habetur.In.§.q2 vero.⁊c.¶†Glo.ſua opp.ꝙ iu
c gum monachale non ſit ſuaue^c immo videtur carcer cū debeāt
intra clauſtrum ſtare.xvj.q.j.placuit.facit de ſen.excō.vt fame.
Soluit qd ſuaue eſt iuſtis ⁊ appetentibus quibus clauſtrū eſt
quaſi aqua piſcib⁹ qui ſine aqua viuere non poſſunt.vt.d.c.pla
cuit.contrarium procedit in aliis ⁊c.¶ Glo.iugo. notanda eſt
de iſto verbo iugo.¶ Glo.monachi.querit an hec pars locum
habeat in monachis non nigris.Reſpondet ꝙ ſic:tum q2 indi
ſtincte loquitur de monachis:tū etiā q2 loquitur de canonicis
regularibus.facit qd no.§.in.§.ad hoc.in glo.in verbo.mona
chi.¶ Glo.non habentes.q̄rit quid in habentib⁹ adminiſtra
tionem.Reſpondet ꝙ illi nō incurrunt hanc penā:rō q2 illos
oportet q̄ſq3 ire ꝓ cauſis ſue adminiſtrationis quas poſſunt ꝓ
ſequi:lꝫ non ſint ppetui.de iudi.cū deputati.⁊ qd ibi no.Idem
Guil.dicens ꝙ tales adminiſtrationē habentes inq̄tum ſe ex
tendūt negocia ſue adminiſtrationis a ſuis plātis videnť emā
cipati.⁊ ſic ſine alia licentia admitterentur ad litigia.vt.d.c.cū
25 deputati.¶†Glo.curias principū enumerat duodecim abu
ſiones clauſtri ſm Hug.de foleto.inter quas hanc dicit eſſe qñ
monachus currit ad curias principū ⁊ moraliter loqtur:ideo no
tanda eſt:ponit etiam duodecim abuſiones ſeculi ſm Cypria
num:ideo videte p vos.Idē ponit hic Pan.⁊c.¶ Gl.ipſo fa
cto.q̄rit quid ſi aliquis intrat curias principū aīo dānificandi
monaſteriū ſed tñ de licentia plati exiuit clauſtrum an incurret
hanc penā.glo.dicit ꝙ ſic:q2 ſolum duo videntur neceſſaria vt
hec pena incurratur.ſ.ꝙ intrauerit monachus curiā principū
⁊ qd aīo dānificandi:⁊ ſic non videtur neceſſariū ꝙ ſine licētia
tunc exiuerit clauſtrū:⁊ ideo etiam ſi de licentia plati intret cu
riam ſi intrat dicto aīo eſt excōicatus.ꝓ hoc iſte text.q2 hoc ca
ſu nil repetit de licētia:fatetur tñ ꝙ ex ſolo exitu ipſius clauſtri
ob cām iſtā dānificandi monaſteriū ⁊ ſic non intrat curias pn
cipum non incurrit in hanc penā.alle.ſiſe ne cleri.vel mo.c.iij.⁊
c.vlti.Per pdicta infert glo.ꝙ ſi intrat aīo dānificandi lꝫ poſt
ea non intulerit dānum vel ex eo q2 noluerit vt q2 ipſum peni
tuerit.vel q2 non potuerit incurrat hanc penā.alleg.ſiſe qd ha
betur de homi.p humani.in.vj.⁊ qd ibi no.⁊ ſic ex duobus p
miſſis delictum habetur p cōſummato.Sed pdictis obuiare vi
detur.l.vulgaris.§.qui furti.ff.de furtis.vbi inſpicitur effectus
26 ⁊ non animus.†So.glo.ꝙ lꝫ ille qui intrauit domū aīo furan
di ſi non furatur poſtea non teneatur furti tenetur tñ tunc iniu
riarum actione.vt.l.iul.de vi.ſi vim intulit.vt ibi dicitur:ſic eſt
etiam in ꝓpoſito q2 iſte monachus non tenebitur de dāno qd
nondum intulit tñ tenebitur quo ad hanc penam excōicatiōis
ex quo conſummauit delictum quo ad hanc penam.Idem te
net Pan.⁊ Steph.Idem zenze.aſſignat rōnem q2 furtum eſt
contrectatio rei aliene.l.j.§.ſi.ff.de fur.ideo non pōt teneri furti.
ſed hic ex ſolo ingreſſu curie principis cum aīo dandi dānū mo
naſterio conſummatur delictū vt hic dicit tex.igitur ⁊c.Quid
aūt ſi quis exeat clauſtrum ſine ſpeciali licentia ⁊ intrat curias
principum non tñ aīo dānificandi monaſterium vel platū an
incurret ſniam excōicationis.Dicit Guil.ꝙ non:ſed alſ peccat
grauiter q2 contra inhibitionē pape. alſ.iiij.di.deniq3.vn̄ dicit
Ste.ꝙ poterit tunc p ſuperiorem coarctari ⁊c.Sed quid ſi ab
bas pſequitur monachum odio capitali:⁊ non pōt licentiā ob
tinere ab abbate.dicit Guil.ꝙ tunc poterit aſſumi ſine licentia
ſi bono aīo incedat.alle.xj.q.iij.Iulianus.de diuor.quanto.de
app.de priore.hoc ergo dꝫ intelligi ꝙ abbates tales ſe exhibēt
monachis ꝙ ab eis poteſt licentia poſtulari ſm Guil.zenze.ve
ro hic plus dicit ꝙ eo caſu quo Abbas inſequitur monachos
odio capitali:q2 tunc lꝫ monacho arma retinere cū a natura ſit
inſitum vim repellere.de reſtitu.ſpo.olim.de iuſti.⁊ iu.l.vt vim
27 ⁊.C.vnde vi.l.j.†Quo iure autem poſſint reuocari monachi
ad clauſtrum qui vagantur.dicit zenze.ꝙ rei vendicatione ad
iecta cauſa de iure canonum.alleg.de rei vendicatio.l.j.§.p hic
⁊ ſic agi poterit etiam poſſeſſorio ad hominem.alleg.liberum.
ſed non ſufficeret probare poſſeſſionem niſi probaretur ꝓprie
tas ſicut dicimus in matrimonio.de reſtitu.ſpolia.ex tranſmiſ
ſa.Idem tenet hic Matth.Ioan.de ligna.dicit ꝙ non credit
hoc procedere in monacho qui eſt ſeruus monaſterij.allega.
28 xvj.q.j.placuit.⁊.c.monachi.xij.q.j.non dicatis.¶†Glo.ar
ma.querit quid comprehendatur hic appellatione armorꝫ.Re
ſpondet glo.ꝙ in communi ſignificatione ⁊ lata arma dicuntur
tela.In ſtricta vero ſignificatione dicūtur arma quibus defen
dimur.tela vero quibus impugnamur.alleg.inſti.de pub.iud.
§.item lex cornelia.⁊ de homi.ſi perfodiens.fatetur tamen gl.
quod vt no.in locis prealleg. appellatione armorum compre
henduntur etiam fuſtes ⁊ lapides ⁊ omne quod arcu ⁊ manu
mittitur.ff.de ver.ſigni.l.armorum.ſed hoc dicit glo.procedere
ex latiſſima ſignificatione.de qua non putat autorē hic intelle
xiſſe Guil.hic ſimpliciter dicit ꝙ appellatione armorū veniunt
omnia que ſunt ad offenſam ⁊ defenſam.alle.inſti.de interdic.
§.armorum.Pan.vero hic dicit ꝙ omnia veniunt que cōpre
henduntur etiam in latiſſima ſignificatione ſi teneantur ad of
fenſam.vnde dicit ꝙ ſi haberet monachus aceruum lapidū ſu
pra portam ad feneſtram ad impugnandū venientes.tunc pce
dit iſte text.ſecus ſi haberet ad alium vſum vt lapides ad edifi
candū:cultellus ad vſum coquine vel menſe inſpicietur ergo de
ſtinatio.facit.l.cetera.§.ſi.cum ſeq.ff.de le.j.⁊ cle.ne romani.§.
porro.de elec.zenze.hic dicit ꝙ hoc poteſt intelligi de his q̄ ex
cōi vſu loquendi appellantur arma.vt ſic ſtetur cōi vſui loquen
di.alle.l.cum delamone.§.aſinam.ff.de fun.inſtru.⁊ inſtr.leg.
⁊.ff.de verbo.ſigni.l.vt alphenus.⁊.l.auunculus.dicit tamen
ꝙ tutius eſt ab omnibus abſtinere.⁊ hec opinio videť melior

a ¶ Sed planum eſt. Adde ho.ter.in.c.fin. xij.diſtin.

b ¶ Querit qd ſit ſaltus. Adde Fely.in.c.ro dulph⁹.in.xvj. col.extra de re ſcriptis.

c ¶ Immo videtur. Adde facere ho.text.in l.ij.ff.ne lib.ho. exh. Glo.iugo. adde de iſto verbo Fely.in.c.ro dulphus.ſ.xv. col.circa fin.ex tra de reſcri.

er.regule.in pe.de reg.iur.in.vj.illa ceſſante videtur ſtādū opi.
Pau.Et no.bene predicta ꝓ ſtatutis que puniunt aliter ma-
leficia perpetrata cum armis ꝙ ſine quid comprehendatur ap-
pellatione armoꝝ:cōiter tū ſtatuta declarant quid comprehen-
datur appellatione armoꝝ.¶ Glo.tenentes.querit quid ſi mo
nachus venit de foris cum armis ad clauſtrum:non tū animo
ibi tenendi nec etiam ibi tenet:an ex tali delatione incurret pe-
nam hic poſitam dicit glo.ꝙ non:vt ſic verba intelligantur cū
effectu.de de.non reſi.relatum.Idem zenze.dicens ꝙ verbū te
nere notat tēpore continuitatē:⁊ ſic dꝫ intelligi cū effectu.all.
ff.de ver.ſig.l.nomen filiaꝝ.§.habere.ꝑ qđ dicit ꝙ ſi tranſitorie
29 deferret non tenetur conſtitutione hac.†Nunquid aūt mona-
chi portantes arma peccant mortaliter.dicit Mat.ꝙ ſic.nam
alś non poſſent excōicari ſi non peccarent mortaliter.xj.q.iij.ne
mo.⁊ ibi no.ſm eum hoc intelligo qñ ſine cā portant.iuxta ea q̄
30 habentur.de vi.⁊ ho.cle.c.cleri.In.§.ad hec ⁊c.¶ †Glo.duo
bus.querit an ſit neceſſe ꝙ prior habeat ſecū duos ſocios:qui-
dam ꝙ ſic per decre.vlti.de cap.mo.glo.tenet contrarium quia
ſufficit ꝙ ſint duo.ſ.prior ⁊ ſocius ⁊ cōputatur in numeꝝ prior.
Idem Pau.dicens ꝙ hic ſolum ꝓhibetur ſolitudo prioris.de
ſta.mo.c.ij.⁊ alle.de fi.preſby.propoſuit.nec ob.ꝓalle.decre.vlti.
vbi dr ꝙ plures poni debeant propter priorem:qꝛ reſponde vt
ibi no.in ver.monachꝰ.Pau.hic dicit ibi pluralitas monacho
rum reſpicit pluralitatem ipſoꝝ de quibus premiſi ⁊c.¶ Glo.
aſſenſu.opp.ꝙ immo etiam requiritur in hac vnione cōſenſus
capituli eccleſie cathedralis per cle.ſi vna.de reb.eccle.non alie.
nam ſoluit ꝙ hec decre.ſuppleri debet per illam.⁊ dicit Paul.
ꝙ hic ponitur alternatiua optionis ⁊ non ordinis.Guil.hic di
cit ꝙ hic ponitur.ſ.ꝙ ſupplicantur bona de quibus duo viuāt
vel ꝙ ille locus ſubiiciatur alteri de vicinioribus locis monaſte
rij vel ꝙ duo vniantur adinuicem.Sed aduerte ꝙ ex illo capi-
te ob.dicta de.huic.§.qꝛ non videtur relinquendus conſenſus
abbatis in vniōe ſicut ibi non reqritur ipſius rectoris.¶ Sol
uit Pau.ꝙ hic loquitur de eccleſia q̄ iure proprietatis ad nul-
lum inferiorem ſpectabat hic de illa q̄ ſpectabat iure ꝓprietatis
ad inferiorem epo:⁊ ideo non poteſt epūs ſtatum mutare ſine il-
31 lius conſenſu.¶ †Glo.ordinarios.colligit ex litera ꝙ inferior
epo etiam ſi habeat eccleſias pleno iure ſubiectas non pōt illas
vnire qđ tenuit etiam Inno.⁊ alij de excel.ꝑla.ſicut ⁊ no.fuit.ſ.
de reb.eccle.non alie.in cle.ſi vna.Idem zenzeli.⁊ Lap.Idem
Guil.per qđ dicit ꝙ abbas etiam exemptus non poteſt benefi-
cia ſua diuidere nec vnire quantūcūqꝫ ad eum ſpectent pleno iu-
a re cū hoc ſit officium epiꝰ.Ad quem aūt ſpectet vnire exēpta tā
git hic La.dicens ꝙ Jo.ſibi ſcripſit ꝙ ſuper hac vnione recur-
rendum erat ad papam.alle.de priuileg.c.autoritate.lib.vj.vj.
diſt.cum nullus.§.ſi.ipſe aūt dicit hoc procedere in vnione loco
rum exemptoꝝ adinuicem facienda:⁊ que ſubſunt immediate
pape ſecus ſi alij:qꝛ tunc ſufficit conſenſus illius cui ſubſunt nec
requiritur licentia pape.Item ſecus ſi vterqꝫ non eſt exemptus
vnde dicit ꝙ epūs poteſt eccleſiam ſibi ſubiectam in qua hꝫ exem
ptus inſtitutionē ⁊ deſtitutionē rectoris monaſterio exempto
vnire.alle.no.de his que vi me.cā fiunt.cū dilectus.in ſi.j.gl.et
de priuileg.tuarum.in prin.⁊ de reſti.ſpo.olim.per Ber.⁊ per
Inno.⁊ per Hoſt.de dona.inter dilectos.Iuxta hoc querit cū
glo.an abbates poſſunt hoc ius ſeu poteſtatem vniendi preſcri
bere.Archi.de preben.cum ſingula.in.vj.vt hic refert glo.alle.
⁊ pro ⁊ contra.⁊ tenet finaliter ꝙ poſſint preſcribere dictam po
teſtatem ſaltem circa prioratus monachales ſimplices non ha
bentes curam:ſicut poſſent vnire grangias ⁊ maneria.alleg.ff.
de leg.j.qđ in rerum.§.ſi.⁊.ff.de leg.ij.l.gayus.§.j.de ver.ſignf.
locus.Ad hoc allegat glo.ꝙ hoc vꝫ iuriſditionis epalis ⁊ nō or
dinis:⁊ per conſequens eſt preſcriptibile per inferiorē iuxta no.
in decre.accedentibus.qđ intellige cum titulo:alś ſecus niſi eēt
preſcriptio tanti temporis cuius initij memoria non extaret de
preſcrip.c.j.in.vj.⁊ ſic reſidet glo.per qđ videtur hanc opinionē
approbare.Idem Guil.alle.de preſcrip.auditis.⁊ remittit ad
no.in.d.c.accedentibus.per Hoſti.vbi habetur de tribus.ſ.de
his que ſunt iuriſditionis epalis ⁊ ordinis epalis ⁊ dignitatis
epalis.Idem tenet Pau.ſ.ꝙ hoc ius poſſet preſcribi per infe-
riorem epo.alleg.no.per Archi.in.d.c.cum ſingula.Idem zen
ze.de hoc dixit in.d.cle.ſi vna.Steph.tenet contrarium ſed non
bene vt ibi dixi cum glo.concor.Lap.dicens ꝙ hanc vnionem
etiam poterat facere capitulum ſede vacante dummodo nil po
terat iuris epalis:alś ſecus.alle.no.de maio.⁊ obe.c.vno.in.vj.
per hoc dicit ꝙ hec vnio multofortius poterit fieri per legatū
de latere.quo caſu non requireretur conſenſus abbatum q̄ alijs
caſibus requiritur.alleg.de offi.legati dilectus.⁊.c.j.⁊.ij.in.vj.
⁊ de elect.ſi abbatem.cod.lib.de ver.ſigni.c.j.reſpon.j.in.vj.⁊c.
32 ¶ †Glo.ad clauſtrum.querit quid ſi monachus eſt perpetuo
inſtitutus ad curam populi:⁊ ſic nihil hꝫ commune cum mona
ſterio.xvj.q.j.ne pro cuiuſlibet an tenebitur habere ſocium:di-
cit ꝙ non.Nec ob.iura que volunt monachum non debere ſta
re ſolum qꝛ locum habent in clauſtralibus vt hic patet.⁊ in.c.
ſi.de cap.mo.vbi etiam de hoc non aūt in alijs.⁊ ſic dicit ſerua-
ri de facto.ad hoc facit qꝛ non eſt dare rationem quare Abbas
debeat dare ſuum monachū ꝓ ſocio tali monacho ꝑpetuo inſti
tuto:ex quo nil hꝫ cōe cum monaſterio:que rō ceſſat in obedien
tiario qui ad ſolum nutum abbatis poteſt reuocari ad clauſtrū
⁊ ideo non dꝫ ſtare ſolus ſed cū ſocio:vt ſic aliqualem ſtabilitatē
clauſtri ſeruet.Et idem dicit in regulari canonico.vt no.ſ̄.c.ti.
qđ dei timorem.ſuper magna gloſ.Idem tenet Guil.hic dicēs
ꝙ hic loquitur in eccleſiis in quibus monachi per abbates ꝑe
ſentantur:⁊ per epos inſtituuntur ad curaꝫ animaꝝ ꝓpter ma
iorem vtilitatem:⁊ tūc non pōt vnus ſolus ſtare ſine ſocio ſicut
⁊ regularis canonicus:lꝫ glo.ſentiat differentiam eſſe in hoc in-
ter canonicū regularem ⁊ monachū in.d.c.qđ dei.Ex hoc not.
vnum caſum in quo monachus pōt ſtare ſolus extra clauſtrū.
b Idem dicitᵇ ſi monachus fiat epūs ſecularis eccleſie.de renunc.
niſi.Idem Paul.dicens ꝙ iura q̄ dicunt ꝙ monachi non de-
bent ſtare ſoli in capellis:debent intelligi in his qui poſſunt ad
clauſtrum reuocari ⁊ ſic ſunt clauſtrales ſaltem habitu ⁊ obediē
tia:ſecus in ꝑpetuo inſtitutis:qꝛ abbates non habent ꝓlationē
ſuper tales ſed ſubſunt epo.vt.d.c.ne pro cuiuſlibet:⁊ ſic non eſt
dicendū ꝙ abbas det ſocium monacho non ſuo ad hoc qꝛ mo-
nachi ꝓpoſiti cure ſecularium eccleſiaꝝ tenentur eos regere ſm
officium ſecularium.de ꝓſcri.cū olim.⁊ no.xvj.q.j.c.iij.Quid aūt
ſi monachus hꝫ ſuam continuā habitationem in monaſterio:
ſed fructus ſuos hꝫ lōge extra monaſterium ⁊ ibi forſan hꝫ ha-
bitationem ad familiā ⁊ agricultores ſicut ſunt officiales mona
ſterij.ſ.camerarij ꝓpoſiti ſacriſte an debebit iſte habere ſociū ſe-
33 cū.dicit ꝙ ſic ſm Guil.†Quare aūt monachi poſſunt ad clau
ſtrum reuocari ⁊ debeant qñ ſit vnio.dicit Guil.qꝛ non habēt
c firmū ſtatum in ſuis adminiſtrationibusᶜ cum non habēt velle
nec nolle.xij.q.j.non dicatis.ſecus in ſecularibus qui habēt ple-
num ius in ſuis beneficijs:⁊ ideo ꝓpter vnionem non poſſunt
ſic amoueri a ſuis beneficijs.de dona.conſultationibus.¶ Gl.
ſeruitutis.opp.ꝙ ſi eccleſia non ſufficiat duobus non poſſit ibi
ſeruire preſbyter qꝛ ille dꝫ habere ſocium cū quo celebret.de fil.
preſby.veniens.cū concor.Soluit gloſ.ꝙ ꝑſbyter eget ſeruitore
ſed non ſocio:conſtat aūt ꝙ talis pōt eſſe locus cuius redditus
ſufficerent preſbytero ⁊ ſeruitori:⁊ tū non duobus monachis:
cum illi maiorem ſumptū reqrant ratione alimentoꝝ ⁊ veſtiuꝫ.
Idem Steph.dicit tū hic Guil.ꝙ ſi duo monachi poſſunt ibi
ſtare cum artificio ſuo ⁊ cū adiutorio parentum ꝙ ex hoc non
remouebuntur.alle.de cap.mo.c.ſi.In verbo ceterū ⁊c.¶ Gl.
conuentuales.querit quare dicatur eccleſia collegiata:⁊ an ꝑor
conuentualis poſſit dare conuentui alle.⁊ remittit ⁊c.¶ Glo.⁊
ſi querit quid ſi prioratus curatus regi habeat per monachum
qualis etatis debebit eſſe ille qui ꝑponetur qui habebit per ſe
exercere curam.Reſpondet qđ dꝫ.xxv.annum attigiſſe ꝑ decre.
cum in cunctis.§.inferiora.de elec.nec habebit ob.ꝙ ſit manua
lis ꝑ ꝓalle.§.inferiora.⁊ de ele.nemo deinceps.li.vj.Cōtra hoc
tū facit iſte tex.cum;dicit.⁊ ſi cura qđ exponitur pro quibus ⁊c.qꝛ
innuit idem eſſe ſi cura habeat exerceri per ſe ⁊ ſic ſufficere dꝫ ēt
tunc etas.xx.annorum.Reſpondet glo.ꝙ hic non intendit im-
plicare hoc ſed intendit ſoluere dubium qñ per alium exercet:
quo caſu,videbatur ſufficere etas maior.xviij.annis nil alle.glo.
facit de eta.⁊ quali.ex ratione:tū hoc non ob.hic exigitur etas.
xx.annoꝝ ⁊ completa.Fatetur aūt glo.ꝙ de mente iuris nō eſt
ꝙ monachꝰ clauſtralis gerat curaꝫ populi.vt ptꝫ in.c.j.de cap.
mo.cum ibi no.idem tenet hic Guil.dicens ꝙ qui aſſumuntur
ad non conuentuales curatos debent eſſe etatis.xxv.ann.dūm
per ſe exerceant curam:vt qꝛ ꝑſentantur ꝑ abbates ⁊ inſtituunt
per epos.vel ex ſpeciali priuilegio vel conſuetudine inſtituuntur
per abbates in eccleſijs ſpectantibus ad eos pleno iure.alleg.de
preben.referente.xvj.q.ij.viſis.vnde dicit hoc caſu cenſentur ha
bere duplex beneficium:ſecus ſi cura per alios exercetur quo ca
ſu dr habere ſimplex beneficium ⁊ tunc ſufficiunt.xx.anni.Idē
34 tenet zenze.⁊ Steph.†Sed nunquid epūs poterit diſpenſare in
minori etate:intelligo cum ꝓmouendo ad prioratum conuētua
lem.dicit Pau.ꝙ non alle.de eta.⁊ qua.c.vno.in.vj.Nam tales
prioratus ſunt curati ratione collegij ⁊ perſonaꝝ ipſius in quas
habent iuriſditionem ⁊ forum penitentiale.de offi.ord.quāto.
de maio.⁊ obedien.cum in eccleſijs.In parochianos autē di-
cit prelatum conuentualem habere iuriſditionem fori peni-
tentialis tantum ⁊ non contentioſi:⁊ ſic dicit intelligendum qđ
no.ij.q.j.nemo.de offi.ordi.cum ab eccleſiarum.¶ Glo.perege
rit.querit quare hoc caſu quando cura exercetur per alium:et
non eſt prioratus conuentualis requiritur etas.xx.ann.com-
pleta.⁊ tamen quando eſt prioratus conuentualis ſufficit etas
xxv.ann.

a ¶ Ad quem aūt.Adde glo.Hoſt.⁊.d.abb.in.c.j.extra ne ſede vacan.

b ¶ Si monachus.Adde hec facere ea que not.per gloſ.in c.de monachis in.vj.q.j.Bal.in.c.clerici.de vi.⁊ hone.cler.

c ¶ Cū nō habent.Adde.d.Abba.in.c.ex parte.in.ij.col.extra de iurein.

xxv. an. cepta licet non completa gl. dicit hoc eſſe de arbitrariis
de quibus nō cogimur reddere rationē. de reſcrip. ſi quādo po-
teſt tamē eſſe ratio quia in caſu precedenti maior etas requiritur.
ideo ſufficit illā inchoatam hic minor ſufficit ideo non exigitur
perfecta. Sed contra iſtum tex. op. Paul. et videtur quod non de-
beat ſufficere etas. xx. an. ſed omnino requiratur quod ingreſſus ſit
xxv. annū vnde op. de. c. cū in cunctis. §. inferiora. de elec. vbi in
omni dignitate perſonatu et beneficio curato requiratur dicta
etas in promouendo. Reſpondet quod ibi ponitur regula que fal-
lit hic in religioſis. vel dicit ſecundum quod ibi loquitur quādo cu
ra exercetur per ſe hic quādo per alium et non per priorē et de men
te iuris dicit eſſe quod cura populi per clauſtrales non exerceatur.
a de capel. mo. c. j. Guil. hic dicit[a] quod tales prioratus non ſunt di-
gnitates ſeu perſonatus. et ideo ſufficit hec etas alias autem re-
quireretur diſpenſatio ſaltem dioceſani. de eta. et quali. c. vno in
vj. et propter hoc tales non poſſunt eſſe delegati ſedis apoſtoli-
ce. vt no. de reſcrip. in cle. et ſi principalis. Item etiam tales prio
ratus non ſunt eccleſie curate. vt ſic cenſeantur. beneficia dupli-
cia. ſed ſola ſunt ſimplicia inquantum iſtos priores cōcernūt alias
oporteret quod haberēt. xxv. annos. alleg. de electio. licet canon. in
vj. et ſecundum hoc in breuibus loquendo non ob. §. inferiora.
qui loquitur in perſonatibus dignitatibus et curatis. et ſic in be
neficijs duplicibus. hoc in aliis ſimplicibus. Idē tenet zēze. etc.
¶ Gl. iſtos. op. quia decre. licet canon. non habet locum in eccleſiis
collegiatis. de elec. ſtatutum in. vj. hic videtur dici oppoſitum.
igitur etc. Soluit quod in eccleſiis collegiatis curatis et aſſumptis
ad earum regimen non habet locum. c. licet canon. vt ibi. ſed in
prioratib⁹ conuentualibus religioſis et prioribus ipſorum bene
habet locum ita hic et ſic diuerſitas caſus tollit contrarium etc.
¶ Glo. habuerint. querit an hic comprehendantur etiam iam
promoti ante conſtitutionē hanc. Reſpōdet quod ſic. et hoc voluit
iſte tex. dum dixit habuerint. et nō dixit receperint et ſic non re-
ſpexit initiū. ſimile. alleg. gl. decreta. cū in cunctis. §. hoc ſane. de
elec. nec ob. litera hic dū dixit a collationis tēpore etc. quia illud
habet locum in cōmiſſis poſt hanc conſtitutionē ſed in commiſ-
ſis ante a tēpore quo ligauit hec cōſtitutio tales etiā fuerūt liga
ti. et ſic eſt intelligendus et ſupplendus iſte tex. etc. ¶ Glo. ratio-
nabili. exēplificat literam que potuit eſſe cauſa rationabilis pro
pter quā nō fuerant promoti. ſ. tēpus debitū ad ſacerdotium
Lap. hic dicit quod rationabilis cauſa eſſe pōt ſi cū eis fuerit diſpē
ſatum per ordinariū ſcdm decre. cū ex eo de elect. in. vj. et hoc in
nō exemptis prout loquitur dictū. c. vt patet ibi in verbo ſubie
ctus. et ibi no. per Archi. cū exemptis vero ſolus papa vel lega-
tus de latere diſpenſabit. de priui. auctoritate in. vj. vel dic ſcdm
quod epiſcopus poteſt diſpēſare cū exemptis ad inſtantiā exēpto-
rum. de preſcrip. veniens de ſen. excō. de monialibus. et eo. ti. re-
ligioſo in. vj. et de priui. volētes. eo. li. poterūt etiā et ipſorū abba
tes ex priuilegio vel ex cōſuetudine preſcripta. de preſcrip. audi
tis. facit qd no. ſ. de re. eccl. nō alie. cle. j. etc. ¶ Glo. expreſſe. op.
de no. in. c. cū magiſtrum de elec. vbi dicit Egidius quod in admi-
niſtrationibus tēporalib⁹ ſufficit tacita profeſſio quia illi ſunt qua
ſi caſtaldi. Soluit quod ibi ponitur opi. Egidij que hic corrigitur
ex quo patet quod decreta. nullus. de elec. in. vj. locū habeat etiam
in proponēdis iſtis tēporalibus adminiſtrationibus. Sed que
rit hic Math. quid ſi fiat profeſſio in manibus monachi ſine
mandato abbatis an tenet Hoſti. in ſumma qui cle. vel vouen.
§. qui vouens. tenet quod non. Mouetur quia monachus nō pōt
monaſterium obligare profitendi nec profitentem monaſteriū
cum ſit quaſi ſpiritale matrimoniū. et ſic requiratur cōſenſus.
de regula. ad apoſtolicā. et. c. porrectū. vbi de hoc per Inno. hec
intellige niſi de mādato abbatis receperit monachum ad pro-
feſſionem vel niſi receperit nomine abbatis et poſtea abbas ra-
35 tum habuerit.[b] † Itē querit extrauagā. quid ſi peregrinus in
b trat nauim vel tabernā et non inueniat res ſuas. et dicat ſe ami-
ſiſſe quaſdā. an ſtabitur ſuo iuramento. et videtur quod ſic ſecundum
eū. cum non ſit veriſimile quod peregrinus deceret. l. ſancimus. C.
de ſacroſan. eccle. cōtrariū tenet alleg. vj. q. vlti. actor. et de iureiu
rā. c. ſi. Tu dic vt no. per Bart. in. l. j. §. furti. ff. nau. cau. ſtabu.
facit qd no. Inno. in. c. ſuper. c. et quod metus cauſa. et per Bar. in
l. actione. ff. de in litem iuran. et. l. j. §. ſi ciſta. ff. depoſiti etc. ¶ Gl.
cōſuetudinē querit an hic reprobatur conſuetudo que habet quod
priores de quibus hic dicitur habeant vocem in electione maio
ris abbatis. de quo no. de priuileg. c. j. in fi. l. vj. et no. de reli. do.
c. ſi. per Io. an. Reſpondet quod non. ſed ſolum reprobatur cōſue-
tudo que haberet quod tales priores non teneantur reſidere ratio
nabili cauſa ceſſante. Idē Stepha. alle. quia talis cōſuetudo eſt
oneroſa et dānoſa monaſterio. ſecus in alia de qua predixi et no.
per Hoſtien. et Archi. in. d. c. j. in fi. de priui. in. vj. Fatetur tamē
quod ceſſante conſuetudine ex quo nō debet in maiori monaſterio
reſidere. quod illo vacante non haberet vocem de iure communi.

c ¶ Glo. reſidere colligit in quibus equiparentur[c] prioratus ma
nuales perpetuis beneficiis et clara eſt quia in nouē vt patet ex
gl. ¶ Glo. rationabili querit qđ potuerit eſſe rationabilis cauſa
alia quam ſtudiorum per quam non teneantur ad reſidentiam. Re
ſpōdet forte infirmitatis vel aeris intemperies vel capitalis ini
micitia. ¶ No. precipue ſecundū exēplum. et cōcor. qd habetur
xxiij. di. cōmunis. et in. l. de etate. ff. ad treb. per Barto. in. §. ad
ampliationem. ¶ Gl. quibuſlibet. ponderat iſtud vniuerſale qui
buſlibet per qd dicit in dubio hanc partem locum habere in om
nibus monachis. facit de maio. et obe. ſolite. ¶ Gl. legitima que
rit quid ſi monachus habet legitimam cauſam. ſed abbas non
vult illā admittere. Reſpondet quod monachus debet ſupplicare
vel appellare ad ſuperiorem abbatis ad inſtar ſerui ſupplican-
tis cōtra dominum iuxta. l. j. C. de preci. impera. offe. facit de ap
pel. de priore. et de treuga. nullus. Idē zenze. alle. ff. de rei vendi.
l. ſi. et. ff. de offi. procō. et leg. l. nec quicquam. §. de plano. Ad predicta
qd no. Inno. qui cle. vel vo. inſinuante. et per doctores in clemē.
quia regulares. ¶ Gl. familiares querit quid ſi abbas hoc qd
hic dicitur de magiſtro tenēdo non ſeruet quia dicit facultates
non ſufficere. Reſpondet gl. quod epiſcopus de hoc inquirere ha-
bebit. et ſi facta inquiſitione reperit eos ſufficientes coget abba-
tem ad tenendum magiſtrum ſecundum formam hic poſitam
vt ipſemet ponat ibi magiſtrū. arg. de magiſtris. c. ij. ſecus ſi in-
uenitur non ſufficere. In. §. premiſſa. ¶ Gl. obſeruari querit an
diſſuetudo circa premiſſa teneat. Reſpondet quod non. et hoc in-
nuit iſtud verbum obſeruari. fatetur tamen quod licet hoc ſit de iu
re antiquo qd etiam innouatur tamen male ſeruatur hodie de
36 facto. nec innouatio iſta in hoc aliquid proficit. ¶ † Not. bene
de verbo obſeruari. Querit hic Guil. aliqua in hoc. §. premiſſa.
primo circa id qd dicitur de vſu camiſiarum. nunquid monachi
vti poſſunt veſtibus de cotono que appellantur fuſtanei vel ve
ſtibus gentilib⁹ vel delicatis de lana. dicit quod ſic quia omnia que
non ſunt expreſſe prohibita in regula ſancti Benedicti. dūmo-
do alias ſint honeſta licēt. alle. xvj. q. j. ſunt nonnulli. ſecūdo cir-
ca id qd hic dicitur de abdicatione proprietatis qd debet intelligi
quantūcunque modice ſecundum eum etc. ¶ Querit quid ſi mona-
chus deſtitutus omni parentum ſuffragio nec ſperans aliquid
extra monaſterium. medietatem prouiſionis ſibi tradite per ab-
batem pro veſtimentis vel aliis neceſſariis retinet et cōſeruat. in
currit ne penas promulgatas cōtra proprietarios dicit quod ſi igno
rante abbate conſeruet pecunias vſque ad mortē incurrit dictas
penas nec tali eſt miniſtrandum. vt. ſ. eo. ſuper quodam. et. c. cū
ad monaſterium. Si vero ſciente abbate tenet paratus redde-
re quotienſcunque requiſitus fuerit. tunc ſecus. nec ob. ſimiū. c. cū
ad monaſterium. a contrario ſenſu et ibi dum dicit nec eſtimet
abbas quod ſuper habēda proprietate poſſit cū aliquo diſpēſare.
quia id verū quia non pōt diſpēſare quod noie proprio habeat ſed quod
habeat nomine monaſterij vel abbatis in vſus neceſſarios ſic.
caueat tamen quod non fingat ſe tenere nomine abbatis. cū teneat
proprio. et ſic ſimulata equitas eſſet duplex iniquitas. Cū Guil.
cōcor. zenze. dicēs quod ſciēte et permittēte abbate licet monacho poſ-
ſidere noie abbatis ſiue monaſterij aliquid cōuertendū in vſus
neceſſarios. Mouetur quia in illo caſu pōt clamare et victum pe-
tere. de accu. olim nec ob. c. cum ad monaſteriū. quia reſpondet
37 prout maxime dictū eſt poſt Guil. ¶ Querit hic Mat. quid ſi
abbas et monachi expellunt aliquē profeſſum de monaſterio an
poterūt retinere bona que contulit monaſterio. videtur quod non
per. l. ſi. C. de reuo. dona. et. ſ. de infan. et lan. expo. c. vno. et. ff. pro
derelic. l. ſi. concludit quod abbas et monachi debent eū recipere al
le. de reg. c. ſi. et ſi hoc facere nolunt tunc epiſcopus debebit eū recipere et
ponere in alio monaſterio. et illud habebit bona collata per ta-
lem primo monaſterio. alle. C. de ſac. ſanc. ec. auc. ſi captiui. Fate
tur tamen ex hoc quod ſi monachus expellitur a monaſterio et ſibi
denegantur victualia. poteſt petere reſtitutionē bonorum ſuo-
38 rum. alle. de reſcrip. cum dilecta cum ibi no. ¶ †[d] Deinde que
d rit quid ſi monachus poſt ingreſſum cum aliquo contraxit con
tra quem poterit ille agere dicit quod contra nullum. nam contra
monaſterium nō. quia cū illo non contraxit. cum monacho nō
quia nihil propriū habet nec poteſt habere. xij. q. j. nō dicatis. et
ſic inanis eſt actio. de ſolu. Odoardus. Tu dic vt no. de epiſ. et
cle. aūc. cauſa que cum monacho. et de proba. in preſentia. quia hoc
procedit in contractibus poſtea initis niſi de mandato abbatis
ſit initus contractus vel verſio facta ſit in vtilitatem monaſte-
rij. de fideiuſ. quod quibuſdam cum ibi no. de debitis autem cōtra-
ctis ante monachatum dicit quod abbas monaſterij conuenitur qua-
ſi ſucceſſor monachi cū in eis trāſiuerūt bona monachi. Quid
ſi aliquis monachus romanus facit ſe monachum campanum
qd monaſterium habebit bona. dicit quod monaſterium in quo il
le eſt ingreſſus. quia bona ſequuntur perſonam facit. C. de ſac.
ſanc. ec. auctē. ingreſſi. ¶ Vlterius querit quid ſi de licentia ab

a ¶ Qd tales prioratus. Ad de gl. in cle. et ſi principalis in v. cōuentuale. ſ. de reſcrip. Fely. ſ. c. cū in noſtra in. xix. col. in ſi. extra de reſcrip.

b ¶ Itē querit Adde Bar. in. l. j. §. ſerui. ff. fur. aduerſus. nau. cau. in. ij. col. v. quero quid ſi hoſpes. Iaſ. in. §. ſequēs. in. viij. col. et. l. §. ex maleficijs. in pe. co. inſti. de actio.

c ¶ Prioratus manuales. Ad de do. Anto. et doc. in. c. cū de putati. de iudi.

e ¶ Deinde querit. An aūt monachus exiſtēs in ſtudio poſſit obligare monaſteriū ad expenſas doctoratus itē poſſit cōtrahēdo libros vel alias res obligare ponit Fely. ſ. c. cum dilecta. ſ. xxiij. colū. extra de reſcrip.

batis ⁊ monachorum ⁊ vadat ad curias principum. ⁊ ibi plu
ra lucratur in eis. poſtea ingreditur aliam religionez. nunquid
primū monaſterium habebit bona videtur ꝙ nō. quia nō poſ
ſidet monachum ergo non poteſt per eū agere. ff. de acqui. poſ.
l. j. §. per ſeruū. xvj. q. ij. c. ij. ⁊ iij. dicit ꝙ primū monaſteriū po
39 terit. alle. xviij. q. j. ca. ij. ⁊ iij. q. ij. c. iiij. † Sed quid ſi abbas non
vult recipere monachum egrotantez qui poſtea multa acquiſi
uit qd erit de talibꝰ bonis dicit ꝙ ſi abbas ſolꝰ hoc fecit mona
ſterium illa petere poteſt. ſecus ſi fecerit cum conuentu ſuo ſecū
dum Matth. in prima parte nihil habetur extra glo. Jn. §. ſta
40 tuimus ⁊c. † Querit Guil. an aliquid ſit ita ꝑceptū ſiue impe
ratum in regula Benedicti ꝙ non poſſit ad diſpoſitionē abba
tis proprij ⁊ voluntatē relaxari. Refert quoſdam dicere ꝙ nō.
quia ita dicitur ordinaſſe beatus Benedictus monachorū pre
ceptor in ſua regula i ti. de obedientia. c. xliiij. pro quo facit. xvj.
q. j. ſunt nonnulli. Caueat ergo Abbas vt de ſeipſo oſtēdat qua
liter alios oportet in domo dei conſeruari. facit de elec. cū in cū
ctis. intellige niſi tribus ſubſtantialibus. de quibus in. c. cū ad
monaſteriuz in fi. de ſtatu. mo. Secundo querit an regula ⁊ cō
ſtitutiones ſuorum maiorū ipſorum monachorum obligēt eos
vltra precepta diuina ⁊ alia communia. Refert aliquos religio
ſos dicere ꝙ non ad culpā ſed ad penam tantum. ⁊ ſic ſecundū
hoc erit in diſpoſitione cuiuſlibet perſone ſingularis de ordine.
vel facere qđ ſpecialiter imperaꝛ in regula ſeu qđ precipitur vel
tranſgredi ⁊ aliud opus ſatiſfactorium facere ⁊ ſic cū ſint obli
gati ſecūdum hoc alternatiue alterū implendo liberantur. alle.
de reg. iuris in alternatiuis in. vj. Sed vt dicit gl. iſte videꝛ qua
ſi fruſtrari bonū obediētie que eſt tertia columna ſubſtantialis
in religione quacunqꝫ. ȝ. eo. cum ad monaſterium de tempo. or
di. ad aures. xxiij. q. j. quid culpatur. ⁊ appropriare aliquid mo
nacho contra id. xij. q. j. nolo. ⁊ c. non dicatis. Nam cuz eius ſit
nolle cuius eſt velle. ff. de reg. iur. eius. eſt cuz monachus nō. xij.
q. ij. alienationes. Jdem Matth. dicens ꝙ in hoc nō hꝫ velle.
⁊ per conſequens nec nolle. per qđ concludit ꝙ omnia que con
tinētur in regula ſancti Benedicti ſunt precepta ſeu prohibitio
nes. [a] ⁊ ſic tranſgreſſores voluntarios ad peccatū mortale obli
gāt vide Tho. ſcđa ſecunde. q. clxxxvj. arti. vltimo. in. §. ſi quis
aūt querit nunquid monachi qui faciētes cōtra hāc decre. ſunt
ſuſpēſi a collatione beneficiorum ſint etiā ſuſpenſi a ſuſceptione
beneficij. dicit ꝙ nō cum hic ſolū a collatione beneficiorū. ⁊ nō
a ſuſpenſione ſuſpendantur alle. de cle. excom. miniſ. ſi celebrat.
per hoc dicit ꝙ interim durante ſuſpēſione poſſent alia benefi
cia recipere. ⁊ ſuis beneficijs gaudere cū ſolū hac parte fructuū
beneficiorū habitorū vel habendorū ſint priuati. ſ. collationis be
neficiorū. nā collatio ſicut electio eſt de fructibus. alle. de reſti. in
integ. cū veniſſent ⁊ iſtis fructibus. ſ. collationis beneficiorū vti
non poſſunt. ſ. tēpus hic prohibitum. Sed quid ſi cōtra faciāt
an ex hoc erunt irregulares. dicit ꝙ nō quia hec nō eſt ſuſpēſio
talis que hoc inducat. ſed eſt quedā ſubtractio fructuum ſui be
41 neficij pro parte. alleg. ſimile in cle. vt hi qui de eta. ⁊ qua. † Ul
terius ex hoc eodē tex. cum dicit a collatione beneficiorum colli
git Ste. ꝙ prioratus ⁊ adminiſtrationes monachales vocanꝛ
beneficia qđ dicit eſſe verū largo ſumpto vocabulo beneficij. de
quo per Archidi. de reſcriptis. gratia in. vj. ⁊ de prebē. cui de
non eo. lib. Stricto aūt ſumpto vocabulo non dicuntur benefi
cia eccleſiaſtica nec conferuntur in titulū. ſed potius cōmendan
tur. alle. ȝ. eo. ti. cum ad monaſteriū. §. tales. de priuile. volētes
§. in eos. lib. vj. ⁊ ideo quia poſſunt amoueri pro voluntate ſu
perioris. propterea nō confirmantur de cōfir. vtil. vel inutili ad
noſtram. ⁊ c. porrecta. qđ non eſt in alijs bñficijs a quibus non
amouetur quis ſine cauſa. de reſti. ſpolia. cōquerēte. Jn ver.
ꝙ ſi nullum querit Guil. de qua adminiſtratione hic intelliga
tur. Reſpondet ꝙ de adminiſtratione temporaliū nō autē ſpiri
tualiū beneficiorū. ⁊ ſic iſta pena intelligaꝛ ſecūdum precedētes
⁊ ſequētes alias penas que tendūt tantū ad ſubtractionē prouē
tuum temporaliū. ⁊ ſic vt odioſe reſtringuntur. Ad hoc quia ſi
papa intellexiſſet de ſpiritualibꝰ de illis expreſſiſſet. de deci. ad
audientiā. Jdez tenet zenze. dicens hoc intelligi de adminiſtra
tione temporali conſiſtenti in tēporali ꝑceptione fructuum. vt
ſic iſtud verbū poſitū hic intelligatur iuxta precedentia ⁊ ſequē
tia. vt eſt dictū alle. ff. de leg. j. ſi ſeruus plurium. ⁊ de app. ſecūdo
requiris. non autem debet intelligi de ſpirituali iuxta officium
ſuū. nā tunc ſi eſſet a tali ſuſpēſus quis miniſtraret loco eius. ⁊
prouidebitur ſibi vnde viuat. ſimile no. ſecūdum cū de elec. cum
in cunctis. §. clerici de appel. paſtoralis in fi. Ulterius ꝑ hūc
tex. qui dicit iſtos inhabiles ad adminiſtrationem ⁊ beneficiuz
eccleſiaſticum colligit Guil. ꝙ tales non poterunt ſuſcipere ali
quā adminiſtrationē vel beneficium eccleſiaſticum. Ex quo
no. ſcđo [b] ꝙ aliud eſt adminiſtratio aliud beneficiū eccleſiaſti
cū in talibus religioſis qđ maxie procedit in monachis ⁊ alijs

a Et ſic trāſ greſſores. adde arch. xxvij. q. j. c. j.

b Qđ aliud eſt adminiſtratio. Adde Inno. ſ. c. ex literis de ꝓba. in. c. nouū de deci. goſ. ſ. c. preſenti. de offi. or. in. vj.

c Qđ īferiores plati. adde que habenꝛ ꝑ gl. ⁊ do. Abb. ī c. ex frequētibꝰ de inſti.

hoſpitalarijs qui vt plurimū habēt ſuas grangias in quibus
nihil eſt ſpiritualitatis. ſed omne eſt temporale cōſiſtens in poſ
ſeſſionibus. licet aliquas capellas ſiue oratoria habeant in qui
bus audiunt diuina. ꝓpter hoc tamen nihil ſpiritualitatis ac
creſcit cum ſint ibi per modum acceſſoriū. ⁊ cū vniuerſitate poſ
42 ſunt vendi. de iurepatro. ex literis. Juxta hoc querit nunquid
omne quod eſt deo dedicatū quodcūqꝫ ſit ⁊ in quibuſcūqꝫ rebꝰ
exiſtat cenſeatur beneficium eccleſiaſticū. videtur ꝙ ſic per. c. ſal
nator. j. q. iiij. ȝ. de excep. cum venerabilis. in fin. ⁊ hoc tenet per
hoc qđ dicit ꝙ hic eſt inculcatio verborū quia etiaz adminiſtra
tio eſt beneficium eccleſiaſticū. Sed quid ſi talis incapax ⁊ in
habilis ad beneficiuz eccleſiaſticū interim illud ſuſcipiat an erit
irregularis dicit ꝙ nō. Mouetur quia iſta inhabilitas nō pro
cedit a claue. Fatetur tamen ꝙ non tenet collatio nec talis face
ret fructus ſuos. ⁊ ille tanꝙ tranſgreſſor iuris poſſet puniri. al
le. ȝ. de cle. excom. mi. poſtulaſtis. ⁊ ȝ. de elec. cōmiſſa. in. vj. Jdē
zenze. alle. iiij. di. c. denīqꝫ. facit qđ no. de elec. in generali. in. vj.
43 Jn verſi. abbate vero ante. §. quia vero. † Guil. inducit hunc
tex. ad queſtionē de qua in cle. quia regulares. de ſup. neg. prela.
videlicet an propter negligentiaz prelati eccleſie collegiate vel con
uentualis deuoluatur electio ſeu preſentatio ad collegium vel cō
uētum. quia videtur ꝙ ſic per hunc tex. ȝ. ne ſe. va. c. vno. in. vj.
contrariū dicit fuiſſe no. in dicta cle. quia regulares. nec ob. cle.
ſecundum eum. quia continet ſpecialē prouiſionez que ad aliū
caſum non debet extendi. ar. de priuileg. ſane. Ad hoc quia nō
eſt bona arg. a ſuſpenſione ad negligentiam. ȝ. de conceſ. prebē.
quia diuerſitatem. ſic nec de morte ciuili ad naturalem. xvj. q. j.
placuit. ij. cuz ibi no. Erit ergo hic ſpeciale ꝙ fiat deuolutio de
abbate ad conuentum ipſo abbate ſuſpenſo propter culpā. ⁊ ſic
non debet extendi ad caſum negligētie ſecundum Guil. ⁊ idem
44 zenze. † Sed quid de caſu mortis an mortuo abbate tranſeat
tota ſua adminiſtratio ſpiritualis. ⁊ temporalis ad conuentuz.
Guil. tenet ꝙ ſic. alle. de cōſue. cum dilectus. ⁊ de re. c. ſi an. vj. qđ
dicit eſſe verum ⁊ ſic ſeruari exceptis ſpecialibus caſibus quiva
cante monaſterio ſunt prohibiti exercere ſic alienare litigare ⁊
beneficia conferre. que ad ſolū prelatum ſpectāt. Nunquid aūt
violantes hec que hic dicuntur ſint obligati tantum ad penas
predictas ⁊ nō ad aliā culpā. dicit ꝙ ſic ne duplici pena punian
tur alle. de iudi. at ſi cle. in fi. Jtē quis alias niſi fuiſſent hec pro
hibita videbantur iſtis licere cū expreſſe nō eſſent prohibita in
regula. alleg. xvj. q. j. nonnulli ſecunduz Guil. Ulterius dicit
hic Mat. ꝙ ex iſto tex. videtur probari ꝙ ſi ad aliquem ſpectet
prouiſio ex iure deuoluto ꝙ hoc facere debet cum conſilio ⁊ con
ſenſu conuentus ⁊ capituli. ⁊ hoc quando de maiori ad maiorē
⁊ ſic reſidet. de hoc de elec. ne pro defectu. Ultimo querit Ra
pus hic dicitur deuolui iuriſdictionem ad priorem clauſtralez
cuz conſilio ⁊ cōſenſu cōuentꝰ quid ſi nō ſit ibi prior clauſtralis.
dicit deuoluetur ad alium ſuperiorem poſt abbatem alle. qđ ha
betur in conſtitutione Benedicti. xij. regula. de mutuis ⁊ vēdi
tionibus. Si autem ibi non eſſet aliꝰ prior clauſtralis nec alius
prelatus maior poſt abbatem. dicit ꝙ tunc deuoluetur ad aliū
qui ſaltem maior eſt ordine vel antiquitate. allegat de maio. et
obe. c. j. Ulterius inducit hunc tex. ad queſtionem illam ad quē
ſpectat collatio beneficiorum in eccleſia collegiata. quia videtur
ꝙ ad prelatum cum conſenſu capituli. alleg. de his q̄ fiūt a pla.
c. ea noſcitur. ⁊ ſimiliter inducit hunc tex. ꝙ vacāte monaſterio
deuoluatur iuriſdictio ad priorem clauſtralem ⁊ conuentum ⁊c.
Jn. §. quia vero. querit Guil. an penſio vel ſubuentio cadat
in ſingulos monachos. dicit ꝙ non niſi eis pro adminiſtratiōe
nomine monaſterij aſſignentur. alle. no. per Jnno. ⁊ Hoſti. de
reſcrip. edoceri. ⁊ c. cum dilecta. de ſymo. cum eſſet. Hinc eſt ꝙ
diuiſio prebendarum non cadat in monaſterijs propter vitan
dum proprium. alle. de ſta. mo. cum ad monaſterium. Ulte
rius querit hic Matth. quid ſi abbas ⁊ monachi expellant ali
quem profeſſum ⁊c. vt. ȝ. in. §. premiſſa. Querit hic Guil. ali
qua. primo circa id qđ dicitur de vſu camiſiaruz ⁊c. vt. ȝ. querit
Jo. de lig. quid ſi monachus bonon. exemptus aliquid cōmi
ſit in monaſterio ſuo exempto propter quod incidit in cano
nem. puta quia tenuit arma. ſ. ſepta monaſterij ſine licentia pre
lati. queritur an poterit abſolui a ſuo abbate. ⁊ ſi non poſſit an
ſaltem abſolui poterit a ſuo epiſcopo. ⁊ arguit late pro ⁊ contra
⁊ primo in prima queſtione ⁊ ſoluit. ſecūdo in ſecunda. dicit er
go ſoluendo primam queſtionem ſe credere ꝙ a ſuo abbate ab
ſolui non poſſit. vnde dat regulam [c] ꝙ inferiores prelati ab epi
ſcopo nō poſſunt abſoluere a ſententia canonis. niſi in caſibus
expreſſis in iure. ⁊ ſic dicit ꝙ inuenit ſcriptum do. Berengariū
olim epiſcopum bitt. ⁊ Oldra. compoſitorem. vj. lib. in quodaz
ſuo opuſculo in tertia charta. ⁊ ibi atteſtatur ꝙ ſocij ſui compo
ſitores. vj. li. ⁊ do. Boniſacꝰ ſic ſentiebat. Ad hoc facit qđ no.
Jnno. de eo qui fur. or. ſuſce. c. ij. ⁊ quod no. Spe. in. §. ſunt quo

qꝫ in tractatu

qꝫ.in tractatu diſpenſationum.vbi dicunt ꝙ inferior epiſcopo
non poteſt diſpenſare niſi in caſibus a iure expreſſis.Ad hoc
etiaꝫ alle.Jo.de lig.cle.ij.circa prin.ſ.de priuile.vbi traditur re
gula ꝙ religioſi etiaꝫ exempti vt ibi colligitur ex gl.que incipit
etiam abſoluere nõ poſſunt excõmunicatos.a canone.niſi caſi-
bus permiſſis a iure ⁊ ſic regula traditur affirmatiue.⁊ exceptiõ
negatiue.hec dicit vera niſi abbas haberet iuriſdictionẽ epiſco-
palẽ vel quaſi in parochia ſua ⁊ in mẽbris ſibi ſubiectis ex con-
ſuetudine vel priuilegio vltra illã iuriſdictionẽ quã habet.de iu-
re cõmuni in monachos ſuos que non eſt epiſcopalis ſed extra
ordinaria.⁊ tunc in illo caſu dicit ꝙ ille talis Abbas poſſit ab-
ſoluere per.c.abbates.de priuile.in.vi.⁊ qđ no.in cle.j.de reb.ec
cle.nõ alie.non ob.p̃dictis.c.nuper de ſen.excõ.vbi dicitur ꝙ ſi
conditor canonis non ſeruat abſolutionẽ intelligitur alijs con-
ceſſiſſe.⁊ ſic videtur indiſtincte ꝙ do.Abbas poſſit abſoluere.
qꝛ alijs verbum poteſt reſpicere epiſcopos.⁊ ſic intelligit cõmu
niter glo.iuris canonici qđ minime eſt mutandũ.ar.l.minime.
ff.de legi.⁊ ſic neceſſario nõ comprehendit dictos abbates.⁊ ſi
dicatur ibi non poteſt cõprehendere epiſcopos.qꝛ epiſcop⁹ nõ
eſt ordinarius exemptorũ.⁊ ſic neceſſario comprehendit dictos
abbates.Reſpondet ꝙ poteſt dici ꝙ ibi intelligatur de epiſco-
po.vt.ſ.dicetur in proxima q̃ſtione.⁊ dato ꝙ de ipſo non intel-
ligeretur poſſumus dicere ꝙ ſumus extra caſuꝫ.c.nuper.qꝛ pa
pa hic intelligitur ibi reſeruaſſe poteſtatẽ abſoluẽdi tales.nã eo
ipſo ꝙ ſunt exẽpti videtur reſeruaſſe ſibi iudicia ſua.alle.xvj.q.
ij.frater noſter cum ſimilibus.facit qđ no.xciij.diſ.nulla per gl.
⁊ de priui.auctoritate in.vj.Item non ob.de maio.⁊ obe.in ca.
cũ in eccleſijs.qꝛ loquitur in excõmunicationibus promulgatis
per iſtos abbates.qꝛ ab illis poſſunt abſoluere ſec⁹ in latis a ca-
none vel a ſuperiore.ar.xxj.diſ.inferior.Item non ob.ꝙ vbi eſt
eadẽ ratio igitur ⁊ idem ius.⁊ ſic qua ratiõe prelati religioſi ab
ſoluere poſſunt ſubditos ſuos a canone.ſi quis ſuadẽte.de ſen-
tẽ.excõ.monachi.licet ille ſit de caſibus reſeruatis pape eadẽ ra
tione debent poſſe in caſu propoſito cũ ſit eadẽ ratio.ſ.ne ſit ne-
ceſſe habeant ire ad papã pro abſolutiõe obtinẽda detur mate
ria euagandi quia reſpondet ꝙ dicta arg.nõ procedit in exorbi
tãtibus a iure cõmuni.vt no.in.c.iij.de reg.iur.in.vj.⁊.c.ea que
℄ No.bene hoc dictũ facit qđ no.eo.ti.odia per Jo.an.Pre-
terea poteſt dici ꝙ non ſit eadẽ ratio.qꝛ frequẽtius inciditur in
canonem ſi quis ſuadente ꝙ̃ in aliquos.ideo ibi facili⁹ fuit pro
uidenduꝫ.hec opi.videt̃ cõtra caſum.c.nuper.Hoſtien.aperte
tenet cõtrariũ in ſumma de ſen.excõ.§.ſi quis poſſit abſoluere
in prima col.Itẽ ſentit Spec.eo.tit.in ſuo repertorio.§.ſequit̃
nec ob.dictum Inno.in.c.ij.de eo qui fur.or.rec.qꝛ loquitur in
diſpenſatione.nos in abſolutiõe iuris inter que eſt differentia
ſ.de ſen.excõ.cum illorũ.Nec ob.glo.de pe.⁊ rem.ſi epiſcopus.
in.vj.quia debet intelligi in excommunicato ab homine ſeu ab
ipſo epiſcopo.vt ſentit Spec.vbi.ſ.In ſecunda queſtione nun
quid vcꝫ eps poſſet in dicto caſu tales abſoluere tꝫ ꝙ ſic.Mo-
uet̃.quia exẽptus in eo qđ ipſuꝫ tangit poteſt renũciare ſuo pri-
uilegio.de arbi.cũ tẽpore.Ad hoc qꝛ tale priuilegiuꝫ exemptio
nis inducit exceptionẽ dilatoriã.fori in fauorem ſingulariũ per
ſonarum ⁊ ſic põt expreſſe ⁊ tacite renũciari.iij.q.vj.§.exceptio
de re iudi.inter.Pro iſta parte etiaꝫ alle.qđ no.de offi.lega.c.j.
in glo.fina.⁊.xviij.q.ij.abbatibus.xvj.q.j.interdicim⁹.⁊ de pre
ſcrip.veniens.⁊ quia non debet eſſe deterioris conditionis ꝙ̃
alij ex eo ꝙ eſt exemptus.alle.qđ no.de ſen.excõ.de monialibus
⁊ mentẽ ⁊ rationem decre.religioſo.eo.ti.in.vj.⁊ hoc dicit qđ vi
detur velle glo.in.c.cũ nullus de tẽpo.ordi.in.vj.in glo.vltima.
⁊ ibi etiã Archi.in glo vlti.vbi dicũt ꝙ epiſcopus ſuo iure nõ
poteſt exẽptos ordinare quaſi velint dicere ꝙ non põt eos com
pellere ſed eos volẽtes ⁊ petentes bene põt ordinare.ad ideꝫ qđ
no.Hoſti.de ſen.excõ.cum illorũ.in ver.per abbatẽ propriuꝫ ⁊
eo.ti.canonica.vbi dicit ꝙ deficiẽte plato regulares poſſunt ab
ſolui per epiſcopum.Ad hoc quia ſi religioſi exẽpti poſſunt di
gere confeſſorem quem volunt de pe.⁊ re.c.ſi.fortius poſſunt eli
gere dyoceſanum propriũ maxime vbi periculũ eſt in mora.ar.
de ſen.excõ.ſacro.Nec ob.ꝙ qui non poteſt excommunicare nõ
poteſt abſoluere quia illud habet locum vbi dicitur de iure cõi
interdicit alicui poteſtas excõicandi.⁊ per cõſequens abſoluen
di ſed hic interdicitur poteſtas excõmunicãdi ex priuilegio in
fauorem ſubditi cõceſſo.⁊ ideo iſti tales non poſſunt excommu
nicari.⁊ tamen cõtra hoc facit qꝛ videt̃ queſitũ ius tertio ꝙ a ſo
lo papa vel eius legato iſti abſolui poſſunt.⁊ ſic huic fauori non
videtur poſſe renunciari.⁊ hoc videtur velle Jod.an.in regula
ſcienti.facit ad romanos.xiiij.ibi ſeruus ſtat aut cadit dño ſuo.
poſſunt abſolui a ſniã excõmunicationis ſicut illi de quibus ha
betur de cõceſ.prebẽ.c.j.in.vj.⁊ de verbo.ſig.c.j.eo.li.⁊ de priui.
a ne aliquid ſimiliter.eo.lib.[a] Ad hoc inducit qꝛ presbyter abſol-
uit ⁊ tñ nõ excommunicat de ſen.excõ.nup.Itẽ prior hoſpitalis
abſoluit ſuũ prelatũ quẽ non põt excõmunicare.de ſen.excõ.ca-
nonica.Itẽ non ob.de iudi.at ſi clerici cum ſi.qꝛ locuꝫ habet in
eo qui ſimpliciter omnimode eſt iudex cõpetens qđ non eſt in
ordinario quo ad exemptos.cum in multis caſibus ⁊ articulis
iuris poſſit ſe intromittere.de priuile.cle.ij.in ſi.Et eodẽ modo
non ob.c.omnis.de pe.⁊ re.vbi dicit̃ ꝙ quis non poteſt eligere
alienum cõfeſſorem ſeu extraneũ.quia id locũ habet in penitus
extraneo ⁊ totaliter.Item non ob.ꝙ papa vel legatus dicatur
ordinarius exemptorũ quia illud eſt verũ etiam exemptis inui
tis.ſed exemptorum volentium etiam eps eſt ordinarius.Iteꝫ
nõ ob.qđ no.Hoſti.de exceſ.prela.nimis.j.vbi dicit ꝙ exempti
etiaꝫ voluntarij non poſſunt epiſcopo cõfiteri.quia dicit id non
procedere per ſuperius dicta.Item non ob.de priuile.auctori-
tate.§.iubemus.in.vj.quia ibi ſi epiſcopi preſtarent auctoritatẽ
conſeruandi eccleſiaꝫ in loco exempto preiudicaretur pape hic
ſecus.Itẽ hic eſſet periculũ in mora ſi nõ poſſet abſoluere.ſecus
ibi ⁊ predicta dicit Jo.de lig.eſſe dubia nõ multũ quotidiana.
tamen licet a paucis tacta.Fatetur tamẽ ꝙ premiſſe ſolutiões
non ab omnibus reciperentur.nec omnes illas caperẽt ideo di-
cit illas notãdas.Tu vide Fe.de ſe.in opere ſuo.vbi ad literaꝫ
46 ponit qđ hic dicit Jo.de ligna.†Secundo querit Jo.de lig.[b]
b quid ſi monachus huius monaſterij exẽpti promotus fuit in
abbatem alterius monaſterij exempti deinde renunciat ex cau-
ſa honeſta adminiſtratiõi ⁊ regimini dicti monaſterij.Ex hoc
querit primo vbi remanebit iſte monachus.an in primo an in
ſecundo monaſterio.an ſub epiſcopo.an ſub papa immediate
tanꝙ̃ exemptus.ſecundo ſuppoſito ꝙ remaneat monachus in
ſecundo monaſterio.an habebit locum in capitulo ⁊ ſtallum in
choro.⁊ cui⁹ tẽporis conſideratio haberi debeat.an temporis
quo fuit aſſumptus in abbatem.an temporis quo deſiit eẽ ab
bas ⁊ reputatur monachus.⁊ ſic quotũ ⁊ qualẽ locũ obtinebit
in monaſterio ⁊ latiſſime ordinatim ſufficienter.ar.pro ⁊ cõtra
in qualibet queſtione.deinde ſoluit per ordinẽ.In prima queſtio-
ne cõcludit ꝙ iſte nõ remanet monachus in primo monaſterio
per.c.ſi quis iam tranſlatus.xxj.q.ij.⁊ per alia iura que dixi in
cle.j.de regula.poſt dicta doc.vbi ſimilis queſtio formata fuit.
ad hec differt ab illa ſolũ per hoc quia hec loquitur de mõacho
exempto illa de alio.Non ob.iura que poſſunt in contrariuꝫ al
legari.quia loquuntur in laycis vel ſecularibus clericis que ha-
bent executionẽ proprie voluntatis.ſecus in monachis in qui-
bus magis eſt deteſtabilis variatio.de preben.cuꝫ ſingu.in.vj.
Item facilius perdunt iura ſua ꝙ̃ ſeculares.de ſymo.per tuas.
cum ſi.In ſecunda queſtione cõcludit ꝙ non remanet ſimiliter
monachus ſecundi monaſterij.Ad iura que poſſent in contra-
rium allegari.reſpondet ꝙ poſſent ⁊ debent intelligi de abbati
bus qui fuerunt primo monachi in eodem monaſterio qui mo
nachatum non perdiderũt per adeptionẽ abbatie.vel ſi intelli
guntur de abbatibus aliunde venientibus loquuntur quando
propter culpam ſuã amouentur.nam tunc cũ nõ poſſent cõmo
de in alienum monaſterium detrudi remaneãt in eodem mona
ſterio diſpenſatiue tanꝙ̃ penitẽtes nõ tanꝙ̃ monach⁹.de ſymo.
quoniam.⁊.c.veniens.ſimile alle.qꝛ ⁊ interdũ clericus ſecularis
detruditur in monaſterium:⁊ tamẽ ibi nõ eſt monachus.lxx.
diſ.dictum.l.diſt.ſi eps.⁊ ſimiliter mulier adultera de diuor.gau
demus.Nec ob.etiam de ſymo.c.ſi.quia ibi abbates primo fue
runt monachi in eodem monaſterio ⁊ legitime ſed vicioſe fue-
runt promoti in abbates.⁊ ſic etiã abſolui põt.de cler.officij.qꝛ
ibi fecerat prius profeſſionẽ in eodẽ monaſterio.ideo ibi rema
net vt monachus.In tertia queſtione dicit ꝙ erit ſub epiſcopo
ſi monaſteria in quibus fuit erant exempta.ſecus ſi ordo cui⁹
erãt ipſa mõaſteria erat exẽptus vt Cartuſien.⁊ Ciſterciẽ.pre
dicatorum ⁊ minorũ.quia tunc remanebit talis exemptus niſi
priuetur etiam ordine.vel dicit ipſe dicendum eſt ꝙ etiam hoc
caſu remanet ſub iuriſdictione epi.quia priuilegio exemptionis
iſte non gaudebit ex ſua perſona ſed ex pſona ſui ordinis.⁊ ideo
cum iſte ſit abſolutus a primo ⁊ ſecundo monaſterio.⁊ gaude-
bit plus priuilegio ipſorum.Certe iſta ratio non multũ ſtringit
quia licet ſit abſolutus a monaſterio nõ eſt abſolut⁹ ab ordine.
ideo hoc vltimum dictũ non videtur tutũ.In vltima queſtio-
ne dicit ſuppoſito ꝙ diceret̃ monachus ſecũdi monaſterij obti
nebit primũ locum in choro ⁊ in capitulo poſt abbatẽ.per.l.j.
ff.de albo inſcribendo.Non ob.cõtraria quia loquuntur in ſim
plici monacho ſecus in eo qui alias fuerit abbas in memoriam
pſtine dignitatis pceteris eſt honorandus.⁊ ſic ſeruat conſuetu
do ſecundũ eũ.⁊ de iſta materia vidiſtis in cle.j.de regula.ad ſi.
47 poſt glo.⁊ dicta doc.℄ †Vlterius querit idem Jo.de lig.quid
ſi monachus infra ſepta monaſterij committit homicidiuꝫ.⁊ ex
tra ſepta adulteriũ.modo ſuus abbas habita informatiõe vult
cõtra eũ inquirere de dictis criminibus.⁊ proceſſum ſuũ facere
⁊ deinde procedere vel a canonicaꝫ penitentiaꝫ vel abſolutionẽ

a ℄ Ad hoc in
ducit.adde in ſũ
ma.benefacere
qđ dicit Bart.
in.l.j.§.ex poſt
operis in.j.col.
in ſi.ff.de oper.
no.nuncia.

b ℄ Quid ſi
monach⁹.a.ſõ
rede.in cõſi.ij.

per ſūam iuxta nocentiam ⁊ innocentiam ipſius monachi. ab
alia parte venit epiſcopus in cuius dioceſi ſitū eſt monaſteriū
volens facere ⁊ procedere aſſerens p̄dicta ad ſe pertinere ⁊ non
ad abbatē querit̄ quid iuris. videt̄ q̄ ad epiſcopū ſi agatur
in figura iudicij. ⁊ ſecūdum ordinē iuris pertineat correctio ⁊
punitio monachi delinquentis. xj. q. j. de perſona. vbi no. per
Joan. xviij. q. ij. c. hoc tamen in glo. alle. de hoc de priui. volen-
tes in. vj. vbi exempti ⁊ delinquentes extra locū exemptū ſunt
per epiſcopū puniendi. de offi. archi. c. ſi. in gl. ſubdiuidit ſcōm
Hoſti. ⁊ hoc tenet Hugutio de offi. or. quanto in gl. hic patet.
Jtē hoc videtur expreſſum. xviij. q. ij. monaſteria. vbi videt̄ q̄
monaſteria vel monachorū diſciplina pertinet ad eū epiſco-
a pum in cuius territorio ſunt cōſtituta. Cōtrariū tenet [a] . ſ. q̄ ad
abbatē ſpectat. alle. de appel. ad noſtrā. de ſta. mo. ea que. vbi di
citur q̄ viſitatores capituli generalis ſuos monachos delinquē
tes per abbatem corrigere volūt eiſq̄ iniūgere penitentias ſalu
tares iuxta beati Benedicti regulam ⁊ apoſtolica inſtituta. ad
idē de appel. reprehenſibilis in ſi. de offi. or. cū ab eccleſiarū. c. q̄
to. ⁊ c. paſtoralis cū ibi no. ⁊ per Archi. de cōſti. vt animarum
in glo. cū iſta in. vj. ⁊ de maio. ⁊ obe. c. vno in verbo hominis. c.
ſi. Ad hoc etiā alle. de homi. ſicut ex literis ⁊ c. ſignificaſti. ij. ⁊ c.
ſuſcepimus. poterit ergo abbas punire inferiorē etiā pro gra
uioribus culpis ſcōm regulā beati Benedicti. vbi expreſſe habe
tur rubrica de penitētia iniungenda pro culpis grauioribus ⁊
etiā ſcōm canonica inſtituta in cle. religioſi. §. quibus. ⁊ §. ſi qui
vero de priuile. vbi punit de criminibus que ſapiunt furtū vel
rapinā. que conſtat eſſe de grauioribus ⁊ maioribus. xxv. di. §.
nūc autē. poterit ergo imponere penas regulē etiam penas iu
ris maxime deficiente pena regulē. vnde concludit q̄ abbas de
bet cognoſcere de crimine monachi ſui cū proceditur cōtra eū
inquirendo vel denūciando ⁊ imponere penas in regula vel in
iure cōtentas cū nō agatur cōtra eum accuſando directe. q̄ limi
tat eē verū. niſi eſſet talis caſus in quo degradaretur ſiue ſit de
gradatio realis ſiue verbalis. de quibus de penis degradatio in
vj. etiā ſi ageretur inquirendo. vt ibi de hereſi. de heretici. ad abo
lendum. §. preſenti. quo caſu pertinebit ad epiſcopum qualiter
cunq̄ agatur. vt ibi etiam ſi ſit predictus religioſus exemptus.
vt ibi. ⁊ eo ti. accuſatus in ſi. in. vj. Jdē ſi dicitur falſarius litera
rum pape. quia ad epiſcopū pertinebit cognitio. ⁊ idē in alijs
caſibus in quibus degradationis pena ſequeretur qualitercun
q̄ ageret̄. de quibus in p̄alleg. decre. ad abolendā. ⁊ in. c. ad fal
ſariorū de cri. fal. ⁊ de ver. ſig. nouit. ⁊ ſcōm hoc debet intelligi
qd̄ no. per Jnn. ⁊ Hoſti. de of. ordi. quanto. ⁊ de elec. trāſmiſſā
vbi dicunt q̄ de cauſa criminaliter mota non poteſt cognoſcere
inferior epiſcopo. ⁊ hoc etiā intelligi poteſt. c. monaſteria. xviij.
q. ij. p̄dictis autem nō ob. decre. volentes de priuile. in. vj. que vi
detur velle q̄ ad ep̄m pertineat correctio criminum religioſorū
quia reſpondet q̄ loquitur vbi plati inferiores ſunt negligētes
vel in notorijs vel vbi agatur accuſando. vel in caſu vbi ſequere
tur pena degradationis vel ibi intendit dicere q̄ ratione exem
ptionis nō poteſt ſe tueri monachus qui deliquit vel contraxit
in loco nō exempto. ſed non negat quin poſſit tueri per alia iu
ra cōmunia que nō intelliguntur in dubio reuocata per decre.
illā arg. decre. cum expediat de elec. in. vj. ⁊ de electio. eccleſia. ij.
Qd̄ autem dixi in notorijs epiſcopū cognoſcere. primo loco in
telligit ideo procedere. quia poſſunt dici merito negligentes ab
bates qui talia nō corrigunt ſtatim. facit de cenſi. romana. §. no
lentes in. vj. ⁊ hoc intelligit in notorio actus permanentis de co
habi. cleri. ſuper eo. de appella. dilectus. vel act[9] interpellati. vt
de vſu. cū tu. nō autem actus trāſeuntis. vt ſi in platea cōmittit
homicidium. vel adulteriū q̄ nulla tergiuerſatione celari poſſit
de coha. cle. c. ſi. Concludo ergo aut agitur cōtra monachū per
viam accuſationis ⁊ agi debet corā epiſcopo. aut per viā inqui
ſitionis. ⁊ tunc aut eſt tale crimen ex quo venit imponenda pe
na degradationis etiā ſi procedatur p̄ viā inquiſitionis. ⁊ idem
aut vero eſt tale crimen. ⁊ tunc aut crimen eſt notoriū. ⁊ tūc pri
mo loco agi poterit corā epiſcopo. aut non eſt notoriū. ⁊ tunc ſi
Abbas vel alius prelatus ſunt negligētes idē dicas. Si vero nō
86 ſunt negligētes. ⁊ tunc primo loco agi debet corā abbate. † Jux
ta predicta querit quā formā ſequitur Abba. vel cōmiſſari[9] ſuus
inquirēdo cōtra monachū ſuum de crimine an formā iuris de
qua in. c. qualiter. §. debet. de accu. ſcōm quā debēt tradi capitu
la ⁊ vocari vt veniat ad videndum iurare teſtes. ⁊ ſimilia. de te
ſti. Jn nomine dñi. An vero procedet ſcōm ſtatuta regularia ſe
cundū que proceditur ſimpliciter ⁊ de plano. ⁊ ſine figura iudi
cij. ⁊ nō traduntur capitula de quo in p̄alle. c. qualiter. ij. in ſi. nec
vocatur ad videndū iurare teſtes cū id ſit de ordine iudiciario.
nec admittitur appellatio. de appel. ad noſtrā. ⁊ c. reprehenſibi
lis. §. ſicut. ⁊ c. cū ſpeciali. in ſi. nec alia ſubtilitas iuris ſeruatur
ſed p̄cedit ſcōm diuerſas obſeruātias regulares. ⁊ diuerſa reli-

a ¶ Scilicet q̄ ad abbatē. Ad de. o. Abb. ſ. d. c. ad noſtrā. de appel. ⁊. o. ab. poſt Jnn. in. c. cū ab eccleſiarū ⁊ in ca. quāto. de of. ordi.

b ¶ Quid autē in alijs clericis nō poſſint iura re ponit bar. in l. cū clericis. in ſi. no. ⁊ ibi Ale xā. C. de epiſco. ⁊ cleri.

c ¶ Adā ⁊ poſt. Adō que dicit feli. in. c. cū dile cta in. xxiij. col. extra de reſcrip.

poſſunt conferri in titulum clerico ſeculari non ob. quacūq; cō-
ſuetudine contraria. fallit in duobus caſibus. Primo ſi in fun-
datione hoc ius fuit introductū. Secundo ſi prouideatur per
electionem hoſpitali de rectore. ꝛ forte ideo hoc caſu quia rectorꝫ
eſt iudicium q̄ plurimorum ſententijs comprobatur. ¶ Nota
ſecundo bene quales debent eſſe viri preponendi regimini ho-
ſpitalis. quia viri prouidi idonei ꝛ boni teſtimonij ſeu fame quā
ſciant vel poſſint talia loca ꝛ eorum bona bene gubernare ꝛ re-
gere. de quibus non ſit aliqua ſuſpicio q̄ bona in alium vſum
conuertant q̄ deputatum. Et hoc nota ſecundum Ioan. q̄ offi
cium illud eſt committendum ſcienti volenti ꝛ potenti illud fi-
deliter adimplere: quia volēti nihil difficile eſt. C. de excu. artifi.
l. j. lib. x. Ignaro autem non eſt committendum. C. de excu. tu.
7 l. fina. xx. q. iij. monaſterijs. xxxvij. diſtin. qui de mēſa. ¶ † No.
tertio rectores hoſpitalium equiparari tutoribus ꝛ curatoribꝰ
ꝛ ideo ad inſtar ipſorum debēt facere inuentarium ꝛ preſtare iu
c ramentum. ¶ Item [c] no. q̄ tenentur ſingulis annis reddere or
dinarijs rationem adminiſtrationis. Et nota. q̄ ſi fiat contra
premiſſa collatio prouiſio ꝛ ordinatio eſt ipſo iure nulla. ¶ In

verſiculo. premiſſa. Not. q̄ hec conſtitutio non habet locum in
hoſpitalibus ordinum militarium vel religioſorum aliquorum
debet tamen in eis fieri debita prouiſio pauperibus ꝛ hoſpita-
litas debita teneri: contraria in hoc conſuetudine non obſtan-
te. ¶ In verſicu. ceterorum. Nota q̄ antique conſuetudines lo
corum hoſpitalium circa diuina officia ꝛ eccleſiaſtica ſacramen-
ta ſunt ſeruande ꝛc. ¶ Gloſ. excutere oppo. q̄ nemini licitum
eſt ius ſibi dicere. l. j. C. quando licet ſine iudice ſe vindicare. ꝛ l. j.
j. C. ne quis in ſua cauſa. Sol. q̄ de facto excutere non debet ex-
tra iudicium ſeu in iudicio eccleſiaſtico etiam ſi illi rectores ſint
layci vt de fo. compe. cum ſit. ꝛ idem ex quo vſurparunt per pre
8 alle. decre. ¶ † Gloſ. deformari colligit ex litera q̄ deformatio
edificiorum eſt probatio patens male adminiſtrationis ꝛ alle.
concor. de quo autem debeat fieri reformatio locorum hoſpita-
lium dicit q̄ de redditibus qui ſuperſunt de quo remittit ad de
9 cre. j. ꝛ c. de his de eccle. edifi. ¶ † Gloſ. vſus ſuos oppo. q̄ lici-
tū ſit in vſus ſuos rectores cōuertere redditus hoſpitalis quia
debent habere alimenta de eis. Soluit gloſ. conuertere poſſunt
d in vſus ſuos pro victu ꝛ veſtitu eorum. [d] ſed vltra non. vt ſi vo-
lebāt forte augere alias patrimonium eorum proprium vel con
ſeruare ita loquitur hic. facit de pig. c. iij. Ex hoc infert gloſ. q̄
iſti tales rectores non faciunt fructus ſuos etiam a ſolo ſepara
tos an autem idem ſit in alijs clericis ꝛ prelatis habetur plene
de offi. or. preſenti in princi. lib. vj. Idem tenet hic Paulus. ſen
tiens oppoſi. Hoſtien. de qua in dicto capitulo preſenti. Item
Matth. ſentiens idem Steph. dicens q̄ eſt durum verbum cō
tra iſtos gubernatores quia non poſſunt ſine periculo damna-
tionis fructus talium locorum conuertere in vſus ſuos preter
victum ꝛ veſtitum. ꝛ licet generaliter bona eccleſiarum ſint pau
perum. xvj. queſtione prima quoniam. q̄ tamen latiorem po-
teſtatem habent prelati q̄ iſti rectores de quo per Archidia.
de reſcri. ſtatutum in. vj. ꝛ per Joannē andree de offi. ordina.
preſenti. eodem lib. ꝛc. ¶ Gloſ. ad alium. querit nunquid text.
procedat etiam ſi ad alium pium vſum conuerſio fiat q̄ in deſti
natum. Reſpondet q̄ ſic vt ſit maior dubitatio. ꝛ ſic vtendum
eſt actu ad id ad quod eſt inſtitutus. alle. de appel. capi. iij. cum
concor. ibi poſitis in glo. j. facit. eodem titu. ſuggeſtum. ff. de ad
mi. re. ad ciuitatem pertinen. l. j. ꝛ l. legatum cum concor. j. gloſ.
Contra q̄ opponit de capi. q̄uis. de pe. in. vj. vbi ad aliū vſū
ſit ibi vſus carceris q̄ fuerit inſtitutus. Soluit hoc regulare il-
lud caſuale ꝛ ſpeciale. Idem Paulus dicens q̄ ſolus papa po-
teſt alterare naturam actus ꝛ ad alium vſum dirigere. de con-
ſe. diſtinctione. ij. reuera. ꝛ C. de rei vxo. ac. l. j. cum ſimi. hec in-
ducit contra opinio. illam qua habetur q̄ ſi cauſa ſuſpitionis
eſt notoria poteſt appellari ea non expreſſa quam tenet Ber.
vt lite. non conteſt. capi. ſecundo ꝛ no. Archi. ij. queſtio. vj. quo-
tiens epiſcopi. nam talis opi. non videtur vera ex eo quia licet
appellatio ſit remedium grauaminis non tamen eſt remediū
recuſationis. Preterea licet notorietas releuet a probatione nō
tñ a propoſitione vt vidiſti. in clemē. appellanti. de app. qđ qui
dā dicūt verū in ſuſpitione pſone nō loci. quia aſſignato loco
nō tuto ꝛ ſuſpecto ſtatim pōt appellari. de appel. ex parte. ꝛ ibi
nota Ad hoc quia non eſt neceſſe q̄ ſemper iudex grauet ex
mente. ſed ſufficit q̄ grauet facto. de offi. dele. ſignificantibus.
de excep. dilecti. ꝛ capi. ſignificauerunt. ſed exēplo q̄ poteſt re-
cuſari non grauat. quia pater poteſt eſſe iudex in cauſa filij ſi nō
recuſatur. vt no. iij. queſtione. v. accuſatores. Sed predictis ob-
uiare videtur decre. dilecto. de app. vbi licet precipiendo graua
ret re ipſa. tamen fuit neceſſe ab exceptione propoſita non ad-
miſſa appellare. Soluit Pau. q̄ poteſt dici q̄. c. dilecto non lo-
quitur de exceptione notoria. ꝛ ſic non grauabat mente nec fa-
cto exequendo mandatum pape ante propoſitam exceptionē
que per partem potuiſſet admitti non ad iuſtificandum titulū
de quo ibi non agitur. ſed de viribus appellationis. vt ibi pa-
tet in ca. autem ſignificantibus. ꝛ c. dilecto. ꝛ c. ſignificauerunt
non grauabat iudex mente erronea iuris ſed talis error non ex
cuſat. ꝛ ideo perinde eſt ac ſi grauaret. vt ſi dicamus q̄ ſi prece-
ptum in ſuo effectu grauat non eſt neceſſe exceptionem propo-
nere ſicut eſt in aſſignatione loci non tuti qđ preceptum per ſe
grauat. ꝛ ideo ex cauſa ab eo poteſt appellari. de ap. cum ceſſan
te. Si vero non appellatur a precepto vel ab interlocutoria. ſed
quia exceptio propoſita contra aduerſarium vel iudicē non
admittitur tunc oportet probare exceptionem propoſitam ꝛ
non admiſſam ꝛ propter hoc appellatum fuiſſe. vt in capi. dile-
cto. alias eſſet neceſſe potius contra interlocutoriam ꝛ preceptū
exceptiones proponere q̄ propter ipſam appellationem q̄ eſt
falſum. ad hec quod not. de no. oper. nun. ca. pe. ꝛ ibi hoc tenet
Jnn. Tutius tamen putat exceptionem proponere ſecundum
Pau. ¶ Glo. apoſtolice ſedis colligit ex litera ſolum papam
poſſe alterare vſum illorum que donant vel relinquuntur p fide

a ¶ No. tertio. addō q̄ iſtū tex. ad hoc allat. d. abb. in. c. de xe-
nodochijs. i. iij. no. de reli. do. ꝛ in. c. c. in. ij. no. ponit ad quem
ſpectet ordinatio rectoris hoſpitalis.

b ¶ Nā ꝛ negligētes acqrere. addō l ſi. ho. tex. in. l. magis. §.
fundū. ff. de re. cc. facilius iñ p̄mittit nō acqrere q̄ acqſitum.
amittere tex. eſt notabilis in. l. qui autē in prin. ff. que in frau.
cre. ꝛ tex. no. in l. j. §. verū. ff. ſi qd in frau. patro. ꝛ plene po-
nit Fely. in. c. q̄ in eccleſiarū in xvij. colū. extra de conſti.

c ¶ No. q̄. addē facere i gñalitate ſui tex. in l. teſtamēta ibi
mos nāq;. C. de teſt.

d ¶ Sed vltra nō. addō panor. in. c. cū venerabilis in. ij. not i
bili extra de reli. domi.

les ad certū piū vſum.⁊ ſic eſt de caſibus ſoli pape reſeruatis ⁊
per cōſequēs addēdus eſt ad illas de quibus in.c.ꝙ tranſlatio-
nem.de offi.dele.Lap.hic limitat illud eſſe verū quādo poſſent
conuerti ad vſum deputatū ſi vero ad illū vſum nō poſſent con
uerti.tūc poterunt cōuerti ad aliū etiā per inferiorē a papa.al
le.de teſta.nos quidē.⁊ hoc inducit ad queſtionē ⁊c. Pone te-
ſtator legauit ꝙ in ſuo fundo per ſuos executores fieret hoſpita
le.⁊ ꝙ ipſum dotarent ad vſum pauperū.⁊ ꝙ rector ipſius po-
neretur ⁊ amoueretur per quēdā plātū.eo mortuo executores au-
ctoritate dioce.voluit in fundo facere eccleſiā religioſorū an po-
terūt cōtradicēte dicto prelato ad quē deberet ſpectare promo
tio rectoris ſi ibi ſtat hoſpitale.Nā videtur ꝙ nō per hāc literā
cōtrarium cōſuluit Jo.an.cū quibuſdā alijs doc. vt refert hic
Lap.Motiuum predictorū fuit.quia ille qui facit maius ⁊ me
lius non aliud.ſed idē facit.accedat de voto.c.nō eſt.⁊.c.ſcriptu
re.⁊ de regu.iur.in regula plus ſemp.in.vi.ſed plus eſt facere ec
cleſiam religioſorū ꝙ hoſpitale.facit de dona.apoſtolice. igitur
⁊c. Sed cōtra iſtam deciſionē alle.Lap.quia vltima voluntas
eſt pro lege ſeruanda.xiij.q.ij.vltima volūtas.⁊ de teſta.tua. de
cele.miſ.cum mare. Item quia forma mādati diligenter eſt ſer-
uanda etiam in actu inter viuos nec in ea plus cōtinet in ſe mi-
nus.de preben.cui de nō facit qđ no.per Jo.an.in regula plus
ſemper.ergo multofortius hoc procedat in vltima voluntate ſic
reſidet Lap. vide Lap.de caſtel.in ſuo tractatu de xenodochijs
q.lxvi.cum duabus ſequentibus ⁊ hāc partē credo veriorē.facit
qđ no.de reſcrip.poſtulaſti.per Jo.an. ¶ Juxta predicta que-
rit Lap.an hec alteratio poterit fieri per legatū de latere. videt̄
ꝙ non ſed per ſolū papam vt hic dicit glo.⁊ no. Joā.an.de offi.
leg.ꝙ tranſlationem. In contrarium alle.ꝙ ſcripſit Jo.an.de
dec.ſi abbatē in.vi.de priuile.auctoritate.co.ij.vbi dicit ꝙ aliud
eſt dicere ſedis apoſtolice aliud romani pontificis. quia primo
caſu comprehenditur legatus de latere ſecundo non Lap.hic di
cit ꝙ hoc non poterit legatus. quia hoc poſſe procedit a pleni-
a tudine poteſtatis [a] qua caret legatus.ff.de preben. per literas.
⁊.c.dilectus.eo.ti.⁊ quia hic agitur de eo cōtra qđ diſponere eſt
diſponere contra legem ꝙ ſoli principi licet.nā diſpoſitio teſtan
tis facta ad certū vſum debet pro lege ſeruari.xiij.q.ij.vltima vo
luntas.⁊ ideo appellatione ſedis apoſtolice non comprehendi
tur legatus ſed ſolus papa.alias ſecus.hec dicit vera. niſi heres
cōſentiret.quia tunc poſſet fieri per legatū ⁊ etiam per epiſcopū
alle.no.per Jo.an.poſt Jnn.de teſta.c.ſi.ſecundum eū.hoc vlti
mū non credo verū.quia hic nō agitur de vtilitate heredis cui
poſſit renunciare.ſed de voluntate defuncti ſeruanda. facit qđ
no. Bar.in.l.legatū.ff.de vſufru.leg.⁊.l.legatum.ff.de admi.re.
ad ci.perti.⁊c. ¶ Gl.oppoſito.oppo.ꝙ in hoc ſtatuto debet in
teruenire auctoritas dioceſani ⁊ conſenſus patroni de cōſue.cū
dilectus.⁊ ꝙ ibi no. Sol.hunc tex.ſupplendum per illum.xviij.
q.ij.decreuit⁹.⁊ de iurepa.preterea. Et no.bene ꝙ dicit in fun
datione oppoſito per qđ dicit hic Mat.ꝙ hoc videtur appro-
bari opi. Joan. Ber.de qua in.d.c.dilectus.vz ꝙ ep̄s poſt fun
dationem eccleſie non poterit facere ſtatutum ꝙ ſpectat ad aliū
ſed in fundatione bene poterit ex cōſenſu fundatoris.⁊ per hoc
videtur reprobari opi. Jnnocē.qui tenebat contra.ſ.ꝙ poterat
etiam poſt fundationem anteꝙ ordinarentur clerici. zenze.au-
tem hic dicit ꝙ ſepe hoc fit ꝙ aliquis diſponit in vita vel in mor
te ꝙ aliquis de genere ſuo preficiatur loco conſtruendo anteꝙ
beneficiatus qui curam pauperū habeat alle.de preben.ſignifi-
catus.⁊ de dec.ſignificaſti.⁊ ex tunc ſic eſt capella ſi dotata epiſco
pus haberet ius viſitandi ⁊ procurandi.no. Jnn.de cenſi.c.fin.
¶ Juxta hoc queritur quid ſi inter epiſcopū ⁊ capitulū eccleſie
cathedralis eſt ordinatū ⁊ ſtatutum ⁊ ſic ab antiquo obſeruatū
ꝙ omnes pāni ſerici qui deferuntur.ſ. corpora mortuorū ſint
ipſius eccleſie pro ornamēto ipſius altaris maioris. cōtingit ꝙ
quidam teſtator qui ibi quoddam altare particulare conſtruxit
in ſuo teſtamento diſpoſuit ꝙ omnes pāni qui ſuper corpus de
feruntur tam ſerici ꝙ alij ſint ipſius ſpecialis altaris an volun-
tas talis teſtatoris preferetur tali antique cōſuetudini ⁊ ordina
tioni.videtur ꝙ ſic per hūc tex. Itē quia ex quo papa reſeruat
ſibi poteſtatē diſpenſandi. videtur inferioribus denegare.xxv.
di.qualis.in contrarium videtur per.c.requiſiſti. de teſta.nam
ordinatio ep̄i eſt lex.xij.q.ij.vulterane.x. q.iij.vnio.de maior.⁊
obe.ſi quis venerit.primum dicit eſſe verius ex eo.q2 non poteſt
condere ep̄s leges eneruantē ius alterius.de locat.veſtra ſecun
10 dum Gui.⁊ idem zen. ¶ †Ulterius querit an talia loca pote-
runt taliter fundari ꝙ epiſcopus nullam habeat iuriſditionem
b in ea [b] vel in alia iura epiſcopalia.dicit Gu.ꝙ ſic dummodo nō
non ſit fundatum principaliter ad miſſam celebrandam ſeu ad
alia ſacramenta eccleſiaſtica conferenda nec ibi ſit cōſtitutus vi-
carius perpetuus ſeu dom⁹ aſſignata pro eo licet ibi ſit altare.
⁊ miſſa ibi celebret̄ de licentia ep̄i.nā tūc ep̄s quādiu viuit fun-

dator nec etiā poſt poteſt ſibi vendicare niſi quantum poteſt in
alijs pijs locis.de cōſe.di.j.vnicuiqꝫ.⁊.c.ſi quis ex parochianis.
de teſta.ſi heredes.⁊ ibi no.quinimo nec talis locus gaudet im-
munitate eccleſiaſtica cū non ſit vere religioſus ſecundū Hoſt.
licet Goff.contra no.de cenſi.auctoritate. ¶ Glo.indebite.que-
rit an ad recuperationem bonorum iſtorū hoſpitalium debeat
admitti quilibet de loco ipſorum hoſpitalium. dicit ꝙ ſic.alleg.
de re.eccle.non alie.ſi quis presbyterorum. ¶ No. bene gl.ꝙ de
cre.illa locū habet etiā in rebus hoſpitaliū.quare autē expreſſe-
rit de predictis occupatis ⁊ alienatis.dicit pau.ꝙ ideo hec tria
expreſſit vt tollatur obiectio illius falſe opinionis que habet ꝙ
ſi mādatur alicui ꝙ ea que de bonis alicuius eccleſie inuenerit
alienata ſtudeat reuocare ad ius ⁊ proprietatē eccleſie ꝙ illa ſo
la in quibus eccleſia amiſit poſſeſſionē ſolum non poterit reuo-
care cū illa nō dicantur alienata quorū dominiū eſt apud eccle-
ſiam.l.alienatum.ff.de ver.ſig.⁊ no. Jnno.de reb.eccle.non alie.
epiſcopi.⁊ ibi no.qđ hic etiam plus explicat pau. ¶ Juxta hoc
queritur quo iure iſti ad quos talia loca ſpectāt cōpellunt iſtos re
ctores ad ea que hic dicuntur. Reſpondet zenze.ꝙ auctoritate
huius cōſtitutionis.nā alias non ſunt iudices ipſorū rectorū ꝙ
autē hic dicitur tales cōpellere rectores exponit.i. compelli facere
alias ſequi poſſet abſurdū ſi rector taliū locorum eſſet clericus.
⁊ ille ad quē talia loca ſpectarēt eſſet laycus.nā ſic poſſet laycus
in clericū compulſionē facere qđ eſt abſurdū. cū iſte non ſit de
caſibus in quibus layci habēt iuriſditionem ſup clericos ſecun-
11 dum ⁊c. ¶ †Glo.facultates [c] notat habēdam rationem facul-
c tatū in ſumptibus faciendis.alle.cōcor.pau.hic dicit ponderā-
dum ꝙ copulatiue nō tantum facultates.ſed etiā redditus con-
ſiderant̄.per ꝙ videt̄ ſcđm eū ꝙ anno ſterilitatis ad minus te
neantur ꝙ anno fertilitatis.inſpiciūtur ergo facultates ⁊ prouē
tus vt ſic plures vel pauciores teneant̄ recipere.hic tamē nō ha
bet locū in leproſarijs qui ibi ſunt continue.⁊ ideo anno ſterili
nō poſſunt eijci.ab initio vero debuerunt recipi quod poſſent
cōmode ſuſtentari omnib⁹ cōſideratis ſicut fit in alijs eccleſiis
ſecundum pau.facit de inſti.c.j.de vi.⁊ ho.cle.quoniā ſecundū
Matth.Cōtra p̄dicta obijcit pau.de ca.aurū.xij.q.ij.vbi dicit̄
ꝙ immobilia eccleſiarū poſſunt vendi ꝓpter alimoniā paupe-
rū. Soluit ꝙ ibi loquit̄ de ſumme egentib⁹ quos nō paſcere eſt
occidere.lxxxvj.di.paſce predicta in alijs nō ita egentibus. Ex
predictis patet ꝙ bona taliū locorū tenent̄ ad ſuſtentationem
pauperū.⁊ ſic ad alia nō tenent̄ cū non reperiat̄ iure expreſſum
per qđ videt̄ ꝙ nō tenent̄ ad cathedraticū neqꝫ ad procuratio-
nē vel ſimilia.q2 dos nō videt̄ pro talibus a principio aſſignata
ſecus in eccleſijs.licet ergo dyoceſani poſſent viſitare eccl'ias ha
d bētes ſpeciales intitulatas.⁊ alias nō de cē.c.ſi.[d] nō poterūt ta-
men hoſpitalia viſitare ſecundū pau. ¶ Glo.negligentiā.que-
rit quomodo poterit patere de negligentia. Reſpondet ex no-
torietate facti.⁊ per lapſum termini aſſignati.all.de cen.roma-
na.§.notoria.⁊.ſ̄.ti.j.c.ſi.facit qđ no. Jnn.de preben.extirpan-
de.§.j.zen.hic dicit ꝙ fundator inuitus ⁊ heredes ei⁹ ipſo mor
tuo infra annū non poſſunt compelli ad hoc ⁊ ideo poſt lapſū
anni demum apparebit de negligentia vel defectu.alle.de teſta.
nos quidem.xviij.q.iiij.ſunt qui opes.ſed ipſe dicit finaliter ꝙ
fruſtra de his ſit aliqua excitatio cum loca hic ſupponantur cō
ſtructa.⁊ ad certos vſus deputata.⁊ ideo lapſus anni nō ſpecta
bitur ſed ſolum propter defectum vel negligētiam talia loca ſpe
ctabunt ad ordinarium per hoc tex.⁊c. ¶ Glo. iniungim⁹ pon
derat literam que loquitur per verbū precepti.⁊ nō promiſſio
nis ex quo dicit ordinarios ex precepto teneri ad id qđ hic dici-
tur.facit qđ no.ſ̄.ti. prox.c.ij.poſt prin.in verbo debeant cadē
12 compi.§.vt autem. ¶ †Glo.ſecularibus.q̄rit an religioſis poſ-
ſint iſta loca conferri.⁊ ſic an religioſus preſici poſſit hoſpitali-
bus ſecularibus.videt̄ ꝙ ſic a cōtrario litere.ar. de preſump.nō
ne.glo.dicit ꝙ vidit iā de facto obtineri ꝙ leproſarijs poſſunt
preſici religioſi.Motiuum fuit per no.per Jnno. in.c.cū dicat
e de eccle.edifi.[e] vbi dicit collegium leproſorum eſſe religioſum
⁊ licitum.⁊ a iure approbatum. Item per capitulū quidam
xviij.q.ij.Archi.in.d.c.quidam tenet cōtrarium dicens ꝙ ibi
loquitur de triplici genere locorum ⁊ perſonarum.ſ.de hoſpita
libus martyrijs ⁊ monaſterijs.⁊ de monachis clericis ⁊ laycis.
ergo ibi dicitur in fi.de monacho qui preſit alicui predictorum
locorū intelligi debet.ſ.martyriorum vel monaſteriorū.non au-
tē debet referri ad hoſpitalia.q2 illis non debet preſici.qđ patet
ex eo q2 religioſus extra ſuum monaſterium nō debet de iure in
titulari.nec poteſt niſi propter curā animarū.de regula.in.c.ſu-
per eo.⁊ de ſta.mo.ꝙ dei.cū ergo hoſpitale careat cura ſumus
in regula negatiua ⁊ prohibitiua.⁊ per cōſequēs illi p̄fici nō po-
terit.⁊ qui cōtrariū vult dicere debet exprimere ius expꝛeſſum cū
habeat regulam contra ſe fundatam.nec ob. ēt dictum Jnn.in
p̄alle.c.cum dicat.q2 nō eſt verum proprie ⁊ ſtricte loquendo ꝙ
collegium

a ¶ Qua caret legatus. Adde ſpe.in tit.de diſpē.§.ſequitur ⁊ do. Abb.i.c.ex parte de trāſla.

b ¶ Uel alia iura. Que ſint iura ep̄alia. declarat.d.ab.in.ca.cōquerēte in.ſ.col.vſ.itē no.ꝙ ſine.extra de offic.ordi.

c ¶ Notat habendā rationē adō facere tex. no.in.l.ſiue alimentorū.ff.vbi pu.edu.de.ho.tex.in.l.imperator.ff.ad treb.

d ¶ Nō poterūt tamē. Addō d.ab.in.c.cū ex officij. de preſcri.

e ¶ Ubi dicit. adde.d.abb.in c.ij.de ec. edifi. ⁊ inno.in.c.cū ab eccleſiarū.extra de offi.ordi.

collegium leproſorū ſit religioſum quia non profitetur aliquid
de tribus ſubſtantialibus profeſſionis de quibus de ſta.mo.cū
ad monaſterium.⁊.§.de.proprie.ſine quibus nulla poteſt eſſe re
ligio prout ibi no.per Jo.an.pro quo facit quod no.de exceſ.p̄
la.in.c.nimis.ii.in ſecunda glo.⁊ ſic reſidet glo.ꝙ religioſus nō
poſſit preſici hoſpitali.⁊ ſecundum hoc non ob.iſte tex.a cōtra
rio ſenſu.quia non debet ſumi.quia reſultaret prauus ⁊ abſon⁹
intellectus vt patet ex predictis.facit quod no.de dec.publicato
Idem tenet pau.ſecundū quem non ob.quod collegio leproſo
rū eſt cōceſſum priuilegium de decimis nō ſoluendis.q2 id non
eſt ratione religionis cū leproſi non ſint vere religioſi vt dixi.⁊
patet q2 habent proprium ⁊ cōtrahunt matrimoniū.⁊ contra
cto.vtuntur.de coniu.lepro.c.j.⁊.ii.⁊.d.c.cū dicat.vnde tale pri
uilegiū de decimis nō ſoluendis cōceditur ſibi ratione cōpaſſio
nis ⁊ pietatis.de cē.licet.Item nec ſunt dicēdi religioſi ex eo q2
cōmuniter viuant.q2 nō omnes cōmuniter viuētes ſunt religio
ſi.vt patet in.c.quoniā.vt ait.de vi.⁊ ho.cle.Sed an ſufficiat vt
religioſus poſſit p̄fici ꝙ rector hoſpitalis habeat curam paupe
rū vel familie extra tamē poteſtatē dñium.gl.reſpondet ꝙ non
⁊ ſic tenet Archi.in.d.c.quidam.facit quod no.de offi.archi.cū
ſatis.⁊ de pe.⁊re.omnis.vide La.de caſtel.in ſuo tractatu de xe
nodochijs.q.iiij.an aūt tūc layci poterūt preſici tali loco in quo
rector habet dictam curā.Reſpondet gl.ꝙ ſic.quia cū talis cu
ra ſit extra dñiū poteſtatē nō habet hoc impedire.quia talis
cura cōgruit etiā layco.nam ⁊ talem curā habet pater ⁊ dñs ſu
per familiam ſuā.facit de ſen.excom.canonica.⁊ qd ibi no.per
Jo.an.cū gl.cōcor.Guil.Pau.⁊ zenze.⁊ Ste.hec procedūt ſe
cundū Pan.in hoſpitalibus ſubiectis perſone eccleſiaſtice.In
alijs aūt nullū eſſet dubiū quin poſſint ſuas dom⁹ hoſpitalitati
deputare.⁊ ſub ſuo dominio retinere ⁊ cōcedere laycis guber
nationem.vt no.§.eo.ad hec.⁊ de dona.inter dilectos.An au
tem poſſent hoſpitalia conferri laycis habentibus filios vel vxo
rem ex qua veriſimiliter poſſent liberos procreare.dicit gloſ.
ꝙ ſic.licet olim in prima ordinatione huius concilij hoc eſſet in
hibitum.ſed poſtea fuit hoc ſubtractum ⁊ ſic per conſequens
a permiſſum.Ste.hic tenet cōtrariū per hunc tex.qui dicit a ꝙ de
bent preſici layci tales cōtra quos nō ſit preſumptio veriſimilis
ꝙ bona in aliū vſum conuertant ꝙ̄ deputatum.Sed cōtra pre
dictos eſt preſumptio veriſimilis ꝙ in aliū vſum cōuertāt.ſ.in
theſaurizationē filiorū.xxviij.di.de ſyracuſanes.igitur ⁊c.⁊ hoc
tenet Ste.licet dicat alios tenere cōtrariū dicere potes ꝙ gl.ſit
vera niſi ex alijs cōiecturis appareat ſiniſtra ſuſpicio.nā licet qs
habeat filios ⁊ vxorē tamē poteſt eſſe tāte bonitatis ⁊ ſanctita
tis ꝙ nihil accipiet de rebus hoſpitalis vt eis daret.facit quod
no.l.d.cap.de ſyracuſanes ⁊c.¶ Glo.reprobamus.colligit hic
caſum in quo expreſſe reprobatur conſuetudo.⁊ alle.cōcor.per
qd dicit ꝙ ſi non fuiſſet expreſſe reprobata non fuiſſet ſublata
ſicut nec ſtatutum de quo hic dicitur.facit de cōſti.c.j.in.vj.Et
idem Mattheus dicens ꝙ licet nō valeat conſuetudo legitime
preſcripta in collatione taliū locorū.tamen ſecus eſt in collatio
ne aliorū.§.de preben.cū de beneficio in.vj.Sed contra tex.⁊
predicta op.quia violare cōſuetudinē eſt peccatū mortale.xxv.
q.j.violatores.Solue illud de approbata.ſecus de reprobata.
nā illa nō eſt dicenda conſuetudo.ſed potius corruptela de con
b ſue.cum inter vniuerſas cū ſi. b An autem † poſſit induci con
13 ſuetudo iuri contraria.videt ꝙ non.quia quis inducendo con
ſuetudinem cōtra ius peccat faciendo cōtra iura.de ma.⁊ obe.
c.ſi.Matthe.hic dicit ꝙ ad hoc vt poſſit induci cōſuetudo cō
tra ius requiritur ꝙ introducēs ex aliqua cauſa rationabili in
ducat ita ꝙ nō peccet.⁊ inducat illā de conſciētia illius qui legē
facit cōtra quā nititur cōſuetudo ⁊ qui haberet poteſtatem le
gē condendi cōtrariā illi cōtra quā inducitur conſuetudo.alle.
dictum Inno.in rubrica de conſue.quinimmo videt ꝙ requira
tur ſcientia expreſſa.⁊ hoc videtur tenere Ber.de conſue.c.ſi.⁊
Jo.viij.di.fruſtra.⁊ ibi per Arch.ſecūdum Mat.Cōcludit er
go Matthe.ꝙ cōſuetudo nō valet ſi cōtra ius introducatur ex
certa ſcientia principis.Quia de hoc dicendū.vt no.plene in.c.
14 ſi.de conſue.per Jo.an.⁊ Joan.de lig.¶ † Iuxta predicta que
rit Jo.de lig.an ſi cōſuetudo eſt aliqua in aliquibus ciuitatib⁹
in foris ſecularibus ſeruari debet in foro eccleſiaſtico.videt ꝙ
ſic per.c.cū veniſſent de eo qui mit.in poſ.Bar.in.l.j.C.de ſum.
tri.tenet iſtud dummodo nō ſit contra libertatem eccleſiaſticā.
⁊ exprimat perſonā vel res eccleſiaſticas.Accur.in.l.ex ea.ff.de
poſtu.preciſe videt tenere illā ſeruandā in foro eccleſiaſtico.Jo.
de lig.tenet contrariū ſed ꝙ nō debeat ſeruari per.c.eccleſia.de
conſti.⁊ ve lit.pen.eccleſia.nec ob.c.cū veniſſet quia non loquit
15 de conſuetudine laycorū ſed clericorū.† Quid ſi conſuetudo
eſt in aliquibus eccleſijs alicui⁹ diocefis vel ciuitatis in quibuſ
dam non nunquid cōſuetudo illa in alijs eccleſijs in quibus nō
eſt nec ſeruatur porrigat effectum ſuum.dicit ꝙ de pari ad pa

rem nullū ſit preiudiciū.ita no.⁊ ij.diſt.illa vbi de hoc.Si vero
queritur de inferiori ad ſuperiorē ⁊ tunc debet ſeruari in inferio
ri qd ſeruatur in ſuperiori.de offi.arch.dilecto.⁊ ibi de hoc poſt
Inno.per Jo.de lig.de cen.ſuper eo.⁊c.¶ Gl.cōmittatur que
rit an gubernatio iſtorū locorum poſſit committi rectoribus p
petuo.an ſolū ad tempus quādiu placuerit cōmittenti.Reſpō
det gl.ꝙ hoc egeret declaratiōe quia litera hoc non bene aperit
nec declarat.nā poteſt intelligi ꝙ cōmiſſio fiat ad tempus quā
diu placuerit cōmittenti.⁊ pro hoc bene facit.q2 iſta nō poſſunt
in titulū cōcedi clericis.nā ratio videtur fuiſſe quia beneficia de
bēt eſſe perpetua de ſui natura.lv.di.p̄cepta.vnde ideo videtur
iſta talia nō poſſe conferri in beneficiū.q2 ad tempus debeāt cō
cedi.⁊ pro hoc facit ſimilitudo tutorū ⁊ curatorū quibus iſti ta
les hic equiparantur.nā tales dantur ad ep̄s de elec.fundamen
ta in.vj.⁊ ſimiliter p̄ſidentiū alijs ciuitatib⁹ vel vniuerſitatibus
qui regulariter ſunt tēporales.iuxta no.poſt Hoſt.de iudi.c.ſi.
facit qd no.in cle.vna de ſup.neg.prela.in prin.in ver.cōmitte
re.Alius poteſt eſſe intellectus ꝙ fiat cōmiſſio perpetuo.⁊ pro
iſto facit litera hic que dicit ꝙ ex tali cōmiſſione ꝯſequitur regi
men.⁊ ſic per cōſequēs perpetuo quis iſtorū intellectuū eſt tenē
dus.gl.cōcludit ꝙ cōſuetudo nō recipit primū intellectū ſeu le
cturam ſed ſecūdum vnde de cōſuetudine ſeruatur ꝙ ita hodie
ſicut olim inſtituuntur perpetui rectores in talibus locis.Idem
Pan.fatetur tamen gl.vt in prin.dixi ꝙ egeret declaratiōe iſte
paſſus per quā declararetur mēs huius tex.Ste.hic dicit ꝙ de
iure cōmiſſio debet fieri ad tēpus ad inſtar tutorū ⁊ curatorum
de quibus hic dicit cū illis equiparentur vt hic patet.cōtrariū
dicit tamē ſeruari de facto.dicit etiā ꝙ ſcōm obſeruātiā iſti amo
uent ex cauſa leuiori ꝙ̄ beneficiati.patet ergo ex p̄dictis ꝙ iſta
loca nō poſſunt cōcedi in beneficiū.i.i titulū beneficij ſed debēt
cōmitti viris idoneis.gubernandi.per qd videtur ꝙ differen
tia ſit inter concedere ⁊ cōmittere.Contra qd opp.Pan.quia
hec duo equiparantur in cle.vna.de ſup.ne.prela.Sol.ꝙ quan
doq3 iſta ſumuntur vt diuerſa reſpectu diuerſi finis ⁊ effectus vt
hic.Interdum ſumuntur vt idē reſpectu euiſdē finis ⁊ effectus
vt in cōtrarijs.nā quādo datur beneficiū eccleſiaſticū no eſt vis
ſiue dans vtat verbo collatiōis ſiue verbo cōmiſſiōis.⁊ iſto mo
do ſumēdo nō vult hic differētiā ponere inter iſta.ſed vult vtrū
q3 phibere ſiue cōferant ſiue cōmittant in titulū eccleſiaſticū.ſ3
vult facere differentiā inter collationē ſeu cōceſſionē in benefi
cium ſeu in titulum ⁊ conceſſionē gubernationis.nā ſi conferrē
tur vel cōmitterent in titulū eccleſiaſticū oporteret recipientem
eſſe clericū de tranſac.ex literis ⁊ fructus faceret ſuos.vide La.
vbi.§.q.lxxiiij.⁊ tenent ad horas canonicas.ſed ſi gubernatio
ſimpliciter committeretur hec ceſſant.Item beneficia debent
conferri infra tempus lateranenſis concilij.de conceſ.preben.c.
ij.⁊ in eis habēdis neceſſaria eſt inſtitutio.de reg.iur.c.j.in.vj.
ſed in hac commiſſione tēpus nō eſt limitatum nec etiā inſtitu
tio neceſſaria.Item non repellitur reſpectu bigamie vel ſimilis
c defectus a tali gubernatione.ſed a beneficio ſic c.Quid autem
16 continéatur hic appellatiōe beneficij dum dicit ꝙ non poſſunt
in beneficium eccleſiaſticū concedi ⁊c.dicit Pau.ꝙ licet per be
neficiū late ſumptū ſignificetur omne id qd gratis ⁊ gratia libe
raliter confert.tamen ſtricte ſumptū prout hic ſumit pro bene
ficio eccleſiaſtico quādoq3 dat pro ſuſtentatione tantū.xxviij.
di.presbyterum.⁊.l.di.ſtudeat.quādoq3 propter altari ſeruitiū.
de preben.cū ſecundū.Neutro aūt dictorū caſuū poteſt hoſpi
tale concedi in beneficium quia hic principaliter inſpicitur ſub
uentio pauperum non prouiſio gubernatoris vel collatio diui
17 norū ⁊c.¶ † Glo.tutorū ⁊ curatorū. d querit de forma iuramē
d ti tutorū ⁊ curatorū.Reſpōdet ponendo ipſius formā quā po
ſuit Spe.in ti.de tuto.in.j.co.Item querit q̄ differētia ſit inter
tutorē ⁊ curatorem.Reſpondet ꝙ tutor datur pupillo curator
adulto.⁊ interdū etiam maiori vt furioſo prodigo ⁊ ſimilibus.
datur etiam interdū bonis ⁊ ad cauſas ⁊ ad lites.de quib⁹ om
nibus in Spe.de cura.in prin.formam autem iuramenti iſto
rum rectorum collige ex forma iuramēti tutoris.q̄ma illis ſimi
18 les dicuntur eſſe.¶ † Glo.preſtare oppo.quia iſti rectores de
bent ſatiſdare ad inſtar tutorū inſti.de ſatiſda.tu.in prin.cuius
cōtrariū hic innuit nil dicendo de ipſa.ar.de preſum.nōne.Sol
uit glo.tutores ⁊ curatores teſtamentarij nō ſatiſdāt.⁊ ſimiliter
dati ex inquiſitione alij ſicut in cōtrario.C.de curatore qui ſatiſ
dationem non dedit.l.in dubium.⁊.l.non omni.⁊ ſic ſolum legi
timi ⁊ dati ſine inquiſitione ſatiſdāt.de quo in Spe.de tuto.§.
ſi autem.ver.horum.modo ad propoſitum cū iſti rectores den
tur ex inquiſitione merito non debuerūt onerari onere ſatiſda
tionis.facit.C.de epi.⁊ cle.l.orphanotrophos.in prin.quod in
telligit gloſ.verum niſi forte eſſet ſuſpectus propter filios quos
haberet ⁊ vxorem.alle.xxviij.di.de ſyracuſane.ſed certe vt dicit
gloſ.tali ſuſpecto non debet committi.⁊ ſic de ſatiſdatione fru

a ¶ Qd debēt preſici. adde.d.ab.l.c.de xenodochijs i ſi.col.extra de religi.do.

b ¶ An āt poſſit induci. adde q̄ dicit plene.d.ia.in.l.de quib⁹ l.xj.col.ff.de legib.

c ¶ Quid autē contineat hoc. adde.d.abb.⁊ ibi fely.l.c.poſtulaſti.d̄ rekri.

d ¶ Querit de forma iuramēti.Addo ea q̄ dicit alex.in coſil.clxij.in.v.vo.

ſtra tractaretur vt patet ex his que hic dicuntur in tex. ꝛ. ſ. dixi ꝛc. ℂ Gl. inuentaria. oppo. ꝙ dicantur repertoria. ff. de admi. tu. l. tutor qui repertoriū. fatetur ꝙ etiā dici poſſunt repertoria de forma autē ipſorū remittit ad no. in ſpe. de inſtru. edi. §. ſi. in ver. ſunt etiam. ℂ Juxta hoc querit nunquid iſti tales admini ſtratores poterunt agere ꝛ defendere ante hoc iuramentū pre ſtitum ꝛ inuentariū cōfectū, dic ꝙ non ſicut nec tutor ſecundum Pau. alle. C. arbi. tut. l. ſi. ꝛ. ff. de ven. inſpi. l. j. §. decretū. Jtē Lap. vbi. ſ. q. lix. ℂ Glo. annis ſingulis. querit an iſti etiā non requiſiti teneantur ſingulis annis rationē reddere. Reſpondet ꝙ ſic ex quo huiuſmodi certū tempus eſt limitatū in quo debet fieri redditio rationis ſecus ſi certus terminus non fuiſſet ſtatu tus. quia tunc ſufficeret facere, ita demū ſi eſſet requiſitus alle. de iureiur. breui ꝛ qđ no. de elc. cupientes. §. ſi vero. in. vj. glo. fa cit de locato. potuit. idem zenze. ꝛ Pau. quia hic ponuntur iſta ſimul ſub eadem ratione ſcilicet. inuētarium cōficere ꝛ rationē reddere. ſed in p̄io nō requiritur monitio. igitur nec in iſto vlti mo facit licet nō alle. ff. de vulgari ꝛ pupillari. l. iā hoc iure. Fate tur ꝙ ſi iſti non requiſiti nō reddant rationē nō per hoc incur rūt penā periurij. Sed nūquid rector qui ſemel reddidit ratio nem teneatur amplius ſuper eiſdē reddere rationē. ar. poſt Jo. mo. in. c. vno. de ele. egro. in fi. in. vj. tenet ꝙ non quod eſt verū quando plenam rationē reddidit prout debuit vt ibi no. Joā. an. ſecundum La. ℂ Glo. reddere rationē op. de. l. orphanotro phos. C. de epiſcopis. ꝛ cle. ꝛ de eccl. ti. §. penul. co. ix. vbi dicitur tales ad rationem reddendā non teneri. Soluit glo. in cōtrario ꝙ illa iura ſunt correcta per. §. iconomus. de ſanctiſ. epi. colla. ix. gl. hic dicit verius eſſe ꝙ dicta iura nō ſunt correcta quia iuriū correctio eſt vitanda. Quomodo ergo reſpondebitur illis. Re ſpondet ꝙ gl. ibi loquitur de rōne reddēda orphanis ꝛ paupe ribus ad quā nō tenentur ꝛ hoc ſonat ibi tex. aperte dum dicit ꝙ tales non ſubiacent rationibus tutelarib⁹ vel curatorijs. qꝛ tutores ꝛ curatores pupillis ꝛ adultis tenent̄ rationē reddere. ſed. §. iconomus. ꝛ iſte tex. debet intelligi de ratione reddenda epiſcopo ad quā bene tenent̄ vt hic patet. ꝛ tenent̄ ſingulis an nis vt hoc eſt expreſſum ꝙ nō erat in. d. §. iconom⁹. ꝛ hanc ſolutio nē tenet hic pau. dicens ꝙ fuit originaliter Pe. de bel. perti. vt refert Cy. in. d. l. orphanotrophos. ℂ Gl. attētatū quaſi ſecus ſi non confecerit inuētariū vel reddiderit rationē. vide La. vbi ſ. q. xxxiij. Jn. §. p̄miſſa glo. militariū. ꝛ gl. ſe. querūt de exēplis ꝛ clare explicant literam. Sed querit hic La. quid ſi ſuperiores iſtorū locorum ordinū militariū vel religioſorū ſunt negligen tes ad cogendū rectores dictorū locorū. dicit ꝙ tūc hoc poterit ſupplere locorū ordinarij. ſ. e. c. j. ꝛ de ſup. neg. prela. c. ij. Jn. §.

a ℂ An hoſpitalia. Adde ea que habētur p a d. ab. in. c. inter dilectos de dona.

19 ceterum. ℂ † Gl. altare querit[a] an hoſpitalia poſſunt erigi ſeu fieri ſine auctoritate epiſcopi dyoceſani. Reſpondet ꝙ nō ſi fiāt cū eccleſia altari cimiterio vel alio iure parochiali vel alias eſ ſe debeāt perpetua ꝛ religioſa. vt quia ſit ibi cōſtitut⁹ vicarius perpetuus vel domus pro eo ſecundum Guil. ſecus ſi nō fierent cū tali iure nec eſſent alias religioſa. nā etiā ſine auctoritate dyo ceſani poſſet quilibet domū ſuā vel eius partē deputare ad ho ſpitalitatem pauperū. poſſet tamen tūc penitere. alle. no. per ſe. ſ. eo. ad hec ſupra prima gl. ꝛ per Hoſti. in ſumma de regula. §. j. ver. quid de ruſticis. ꝛ in dicto caſu quādo nō fiunt cū tali iure nec cum auctoritate epiſcopi. dicit hic Guil. ꝙ ep̄s nullā iuriſ dictionem in talibus locis nec aliqua iura epiſcopalia habebit quod dicit procedere etiā ſi ſit altare i quo miſſa celebret̄ de licē tia epiſcopi. de cōſe. di. j. vnicuiq;. ꝛ. c. ſi quis ex parochianis. ꝛ de teſt. ſi heredes. ꝛ qđ ibi no. dicit etiā ꝙ talis locus nō gaudet immunitate eccleſiaſtica cum non ſit vere religioſus ſecundum Hoſti. licet Goff. cōtrariū. de cen. auctoritate. ꝛ vide La. vbi ſu pra. q. x. ꝛ ſe. ꝛ. q. lviij. An autē hoſpitali poſſunt dicta iura ſpi ritualia accedere. ſ. eccleſia altare ꝛ ſimilia. Reſpondet gl. ꝙ ſic. ſi ſit locus religioſus. alias ſecus. alle. de. per literas. ꝛ qđ ibi no.

20 ſ. de preben. ℂ † Gl. parochianos. oppo. ꝙ ſemper ſacerdotes parochiales habeant miniſtrare eccleſiaſtica ſacramenta pau peribus hoſpitalis ſiti infra eius parochiam. vnde oppo. de. c. ex tranſmiſſa. de preſcrip. de reſti. ſpo. ad decimas. in. vj. Sol uit illud verum de iure communi ceſſante cōſuetudine ligitime preſcripta. ſecus quando cōſuetudo antiqua aliud haberet. nā per ipſam poſſet induci ꝙ per proprium ſacerdotem hoſpitalis miniſtrentur ſacramenta pauperibus illius vt hic dicitur. ꝙ di ctum eſt ceſſante conſuetudine preſbyterū parochialē debere cō ferre ſacramēta limitat La. eſſe verū niſi per epiſcopū vel aliū qui hoc poſſit predicta cōcedantur hoſpitali ſine preſbytero il lius. ꝛ per hoc patet ſecundum eum ꝙ longinquitate temporis haberi poteſt qđ ſine priuilegio haberi non poſſet. ꝛ qđ poteſt haberi per priuilegium poſſet etiā per preſcriptionē. de ver. ſig. ſuper quibuſdā.[b] Quādo autē dicatur conſuetudo ab antiquo dicit La. quādo de eius memoria nō exiſtat cōtrariū vel ſaltē eſt

b ℂ Quā aūt dicatur. Adde q̄ dicit bar. in. l. j. in. vij. col. verſi. tertio in cōſuetudine. C. q̄ ſit lō. cōſue. alex. I cōſi. lxviij. in. ij. colum. in. ij. vo b lu.

xl. annorū cū ti. de preſcri. c. j. in. vj. Per predicta pꝫ ꝙ licet ho ſpitalia ſint infra illius parochiam tamen valet conſuetudo ꝙ alius a parochiali ſacerdote cōferat eccleſiaſtica ſacramēta ibi degentibus. per hoc dicit gui. ꝙ ſi vnus preſbyter parochialis conſueuerit ſacramēta miniſtrare. ꝛ conferre parochianis alte rius eccleſie ꝙ ſuper hoc valet conſuetudo. alle. ſ. de paro. c. fin. ℂ Juxta hoc querit quid ſi in parochia cuiuſdam eccleſie rura lis in qua nō cōſueuerūt eſſe aliqui degētes vel forte tantū erāt tres vel quatuor ignes ſeu domus burgienſium iſti a quodam preſbytero alterius parochie vicine conſueuerūt recipere eccle ſiaſtica ſacramenta ab antiquo. ꝛ de oblationibus reſpondere eiſdē ita ꝙ rectori illius eccleſie nil ſoluebāt ſed forte menſis ab batis officiarij cui eſt vnita illa eccleſia ruralis epiſcopo autē re ſpondebāt de epiſcopalibus iuribus puta de ſynodatico ꝛ pro curatione vel archidiacono vel archipreſbytero pro eodē. Nunc contingit ꝙ in dicta parochia facta eſt vna magna villa popu lata preter conſenſū abbatis officiarij vel rectoris eiuſdē. num quid epiſcopus poterit illos cōpellere vt faciāt oſtēdere ſibi de ampliatione per ſe vel p alios ꝛ expēſas locorū dicte parochie ꝛ illi vicino preſbytero auferre ꝛ dare rectori. ſ. parochiali qui ha bebat miniſtrare eccleſiaſtica ſacramēta ꝛ ſibi facere reſidentiā vel ſaltē illi tm̄ aſſignare ꝙ poſſit ſe alere. ſcōm decre. ſuſcepti. de prebē. in ſexto. videt̄ ꝙ ſic. qꝛ cū originaliter eēt ordinata ad po pulū nūc ipſa altitudo proſiliēs ad actū vr̄ redire ad ſtaturā ſuā ar. ſ. de priuil. ſi de terra. xxxv. di. ab exordio. Jn cōtrariū vr̄ qꝛ antiquus ſtatus eccleſie per aliquē mutari nō pōt maxime in p̄ iudiciū alterius cum ſolus papa poſſit ius ſuū alteri auferre. de priui. paſtoralis. xxv. q. ij. §. j. ſed hoc caſu fieret p̄iudiciū percipiē ti ab antiquo decimas pro mēſa ſua. Jtē fieret p̄iudiciū rectori vicino qui p̄ſcripſerat eccl̄iaſtica ſacramēta in tota parochia. re linquit diſputatiōi. hoc dicit ſcōm Jo. de lig. qꝛ ſi facultates mo naſterij ſuppetūt diſpēſet ep̄s cū cōſenſu capituli ſui facit not. de cē. quanto. adde. ꝛ. ſ. e. cōſtitutus. ꝛ de eccle. edifi. ad audientiā. ꝛ de elec. licet canon. in. vj. Ultimo p iſtū tex. in prima pte ad ſi. ar guit Lap. ꝙ de iuriſditiōe inferiorū dyoceſani nō poſſunt itro mittere niſi in caſibus negligētie. vt not. Jo. an. in. c. graue. ſ. de cele. miſ. quod intelligit eſſe verū vbi inferiores ex priuilegio ſe dis apoſtolice vt hic. vel alias de cōſuetudine preſcripta ita ha bent iuriſdictionē ꝙ ipſis ſubditis inferioribus eſt cōceſſa ꝛ nō dyoceſano niſi in caſu negligentie alias cum de iure cōmuni ſpe ctaret ad ipſos inferiores. tunc etiam dyoceſanus libere exerce re poſſet. iuxta no. de offi. ordi. paſtoralis. ꝛ. c. cum ſatis. ꝛ quod no. per Jnn. ꝛ Hoſt. de preben. in. c. in lateranēſi ꝛ de ca. mo. in c. j. ꝛ per Jo. an. de cen. cum venerabilis ꝛc.

ℂ De iurepatronatus. Rubrica.

1 Preſentatus in rectorē eccleſie etiam ab exemptis nō de bet admitti per dioceſanum niſi preſentata fuerit prius cōgrua portio bonorum eccleſie aſſignata.
2 Conſtitutio interpretans debet intelligi iuxta terminos conſti tutionis interpretate.
3 Dioceſani appellatione in materia ſtricta non comprehenditur inferior ordinario.
4 Actus factus contra conſtitutionem an teneat.
5 Dictio exinūc denotat ordinem.
6 Ordo ſcripture non eſt ſeruandus ſed mens.
7 Conſcientie alicuius ſi quid committatur an poſſit de eius con ſcientia queſtio refricari.
8 Moderari verbum importat diminutionem.
9 Onera epiſcopalia que dicantur.
10 Epiſcopalis iuris appellatione quid veniat.
11 Preſentatio ſi fiat p procuratorē an debebit aſſignari termin⁹.
12 Patron⁹ eccl̄iaſtic⁹ p̄ſentās ſciēter inhabilē ſiue indignū an ſit priuat⁹ ea vice iure p̄ſentādi. ꝛ quid in patrono layco.
13 Et quid ſi cleric⁹ patron⁹ preſentat idoneum vicario ep̄i qui nō habet ius admittendi preſentatū deinde poſtea p̄ſentat aliū epiſcopo ꝛ per eum admittitur quis preferetur.
14 Decime papales an debeant ſolui in dioceſi vbi ſita eſt eccleſia an vero in dioceſi vbi ſite ſunt poſſeſſiones.

Vt cōſtitutio qui ad. Jn prima parte ponit exordiū. Jn ſecunda cōſtitutionē. ſecūda ibi dyoceſanus. Jlla ſecunda facit tria. quia primo prouidet circa aſſigna tionem partis prouentuum eccleſia ſticorum faciendam prelatis ꝛ vica rijs ipſorum per patronos eccleſia ſticos qui ſolent ipſarum onera ſup portare.

portare. Scđo qñ non ſolet talia ſupportare. Tertio circa cre-
ationem conſtitutionis dat poteſtatem dyoceſanis ⁊ tollit ob
ſtantia. ſcđa ibi ſine. tertia ibi ad que. ¶ Text. ibi ſoluere. ſub-
1 eundi ⁊ reliqua incũbentia onera ſupportare. ¶ † No. primo ex
principio tenorem conſtitutionis. c. ij. de preben. in. vj. q2 pſenta
tus in rectorem eccleſie etiam ab exemptis non dʒ admitti per
dyoceſanum niſi pſentata fuerit prius congrua portio bonorũ
eccleſie aſſignata. Et no. q̄ de congrua portio: q2 illa ex qua poſ-
ſunt onera epalia ſupportari ⁊ congrua ſuſtentatio hri. ¶ No.
ꝙ ad aſſignationem prefate portionis fienda poteſt per dyoce-
ſanum terminus cõpetens aſſignari quo elapſo in negligentiã
preſentantium deuoluitur poteſtas ad dyoceſanum dictã por-
tionem aſſignandi recepto ſeu admiſſo preſentato niſi ei aliud
canonicũ habeat obſtare. Et no. ꝙ in moderatione dicte por
tionis fiende per dyoceſanum ceſſare dʒ fauor ⁊ odiũ ⁊c. ¶ In
ver. ſane. no. quid iuris qñ patroni conſueuerunt onera omnia
ſupportare que als incũberent rectoribus perpetuis: an vicari⁹
eccleſiarum: q2 non fiet dicta aſſignatio per epm etiam ꝓ ſuſten
tatione rectoris: ſed debebit preſentato dari congrua ſuſtẽtatio
per patronos: ⁊ ad hoc poterunt cogi per dyoceſanum etiam ſi
ſint exempti non ob. conſuetudine vel priuilegio contrariis. Et
ſic nota caſum in quo ſtatutũ vel conſuetudo non tenet. ¶ Ul-
timo no. dyoceſanos executores huiuſmodi conſtitutionis etiã
contra exemptos ⁊c. ¶ Gl. adiĩcere. declarat qđ in quinqꝫ hec
conſtitutio addit conſtitutioni. Clementis q̄ habetur in. c. j. de
preben. in. vj. ⁊ clara eſt q2 adiĩcit in quinqꝫ. ⁊ ſic ptʒ ꝙ hec con
ſtitutio non eſt ſuperflua per illam ⁊c. ¶ Glo. dyoceſanis. que-
rit an qđ hic dr de dyoceſanis habeat locum in inferioribus ad
quos ſpectat inſtitutio qđ eſſe poteſt. vt ꝓbatur in. c. ſuper eo. de
offi. dele. de peregri. c. ſi. ⁊ de. ſi de beneficio. de preben. Reſpon
det glo. ꝙ non: inquantum hec conſtitutio inducit ius nouum
Mouetur q2 hic non dicit de ordinariis ſeu de dyoceſanis qđ
alſ feciſſet ſi voluiſſet etiam alios ordinarios cõprehẽdere ſicut
fecit in cle. vna. de ſequeſtra. poſ. ⁊ fruc. de teſta. cle. j. cũ multis
aliis ſimilibus hic alle. in glo. facit in ar. decre. ad audientiam.
de deci. Item q2 non poteſt negari quin cum miniſterio hic lo-
cutus fuerit de dyoceſanis q2 ſepius hic illud verbum repetit.
Ad hoc q2 decre. de monachis. ſ. de preben. ⁊ eo. ti. c. j. in. vj. ad
quorum declarationem venit hec conſtitutio expreſſe loquebã-
a tur de dyoce. ergo ⁊ eodem modo iſta debet intelligi[a]: q2 conſti
2 tutio † interpretans debet intelligi iuxta terminos conſtitutio-
nis interpretate. vt not. in cle. ſtatutum. per glo. de elec. facit qđ
vidiſtis no. in cle. j. de vi. ⁊ ho. cle. circa prin. ⁊ cle. j. de fo. comp.
⁊ in. §. volumus. in cle. vna. de ſup. neg. prela. ¶ Iuxta pdictaꝫ
glo. querit hoc ſuppoſito quod ſi inferior prelatus habeat inſti-
tuere: ⁊ fiat ei preſentatio non aſſignata congrua portione pre-
ſentato quomodo conſuletur ⁊ quid fiet. Reſpondet gl. ꝙ talis
inferior prelatus recurret ad epiſcopum dyoceſanũ vt ſtatuat
terminum preſentandi ad aſſignationem portionis congrue fa
ciendam: ⁊ ſi infra terminum id non fiet tunc preſentatus inſti
tuetur per illum inferiorem prelatum ⁊ portio preſentato aſſi-
gnabitur per dyoceſanum iuxta formam hic traditam eſt ergo
hoc ius epiſcopale. facit quod no. in ſimili de literis commenda
titiis in decre. vltima de cle. pere. ſuper glo. vlti. cũ gl. eſt concor.
3 Guil. Pau. ⁊ Ste. ¶ † No. bene ex glo. ꝙ vbi in materia ſtri-
cta ſit mentio de dyoceſano non cõprehenditur inferior ordina
b rius[b]: ſecus vbi ſimpliciter ſit mentio de ordinario ⁊c. ¶ Glo. in
hibentes. querit quid ſi dyoceſanus contra inhibitionẽ huius
decre. admittit preſentatum non facta aſſignatione ⁊ ipſum in-
ſtituit an valebit talis admiſſio ſeu inſtitutio. glo. alle. pro ⁊ con
tra. videtur enim primo dicendum ꝙ ſic: ex quo hic non appo-
nitur decretum per decre. dilectus. ĩi. de preben. cum aliis ſimili
bus allegatis in glo. facit de deſpon. impu. ad diſſoluendum in
ſi. Item ſecundo q2 cuilibet eſſet licitũ renunciare fauori ſuo de
regula. ad apoſtolicam. cum ſi. ſed illa que hic ſtatuuntur vidẽ-
tur principaliter reſpicere fauorem epi ⁊ inſtituendi vt colligit
ex principio decre. ergo tales poſſunt renunciare huic conſtitu
tioni. In ↄtrariũ allegat gl. decre. ꝓuida. de elec. in. vj. vbi non
valet confirmatio non premiſſa inquiſitione que debeat pmit-
ti: ergo eodem modo non valet tenere inſtitutio non pmiſſa aſ-
ſignatione de qua hic que debuit premitti: ⁊ eodem modo põt
induci. c. ſi. e. ti. ⁊ li. vbi vitiatur confirmatio ꝓpter omiſſionẽ
citationis que debuit premitti. Scđo contra hoc inducit decre.
cum dilectus. de iurepatro. vbi factum contra inhibitionem le-
gati nõ valet: ergo eodem mõ nec factum cõtra hanc inhibitio
nem pape: ⁊ eodẽ mõ ad idem inducit decr. ſi ſoli. ver. aut. de cõ-
ceſ. preben. vbi inhibitio executoris ad cõpelendum afficit etiã
ſine decreto. Nec ob. contraria preelleg. huic parti. Non eñ ob.
ꝙ primo allegabatur de decre. dilectus. q2 ibi in ſimplici mãda-
to hic in expreſſa inhibitione que plus operatur ꝙ mandatum

c etiam ſi non apponatur decretum:[c] q2 ſufficit legiſlatorem inhi
bere etiam ſi decretum non adiiciat. Ad hoc vt non teneat con-
tra factum. C. de legi. nõ dubium. ⁊. di. vides. ⁊ de reg. iu. q̄ a iu-
re. in. vj. ⁊. d. c. ꝓuida. Item non ob. vltimum: q2 non eſt verũ
ꝙ ſolum verſetur fauor inſtituentis ⁊ inſtituti. immo verſatur
etiam fauor eccleſiarum ⁊ fauor animarum. vt probatur in de-
cre. j. de preben. in. vj. ⁊ ideo huic iuri inducto etiam in fauorem
tertiĩ renunciari non poteſt. facit qđ no. poſt Innoc. ⁊ alios de
reſcriptis. cum dilecta. ſuper. iiĩ. glo. Ex iſtis videtur concludi
ꝙ inſtitutio vel confirmatio non valet. glo. is non ob. tenet pri-
mam partem. ſ. ꝙ valeat confirmatio ſeu inſtitutio facta contra
ꝓhibitionem huius decre. Mouetur q2 dyoceſanus non reci-
d pit poteſtatem cõfirmandi ab hac cõſtitutione[d]: ſed ſolũmodo
ipſi dyoceſano iuriſditionem habenti datur certus modus ſine
decreto: ⁊ ideo tenere dʒ qđ ſit contra talẽ modũ ⁊ hoc dicit eſſe
de mente huius decre. que non ſimplr inhibuit ſed ſub obteſta-
tione diuini iudicii. Fatetur ꝙ contrafaciens erit puniendus vt
in prealle. decr. dilectus. ĩi. ⁊. j. de iudeis. c. j. Nec ob. contraria te
nendo iſtam partem: ⁊ primo non ob. decre. ꝓuida. q2 ibi ordi-
narius recuperat iuriſditionem modificatã tñ per decre. qñuis.
eo. ti. ⁊ li. q2 demũ premiſſa inqſitione de qua ibi: ⁊ ideo ſi mo-
dus non ſeruetur non valet qđ agitur q2 deficit iuriſditio. facit
l. cum hi. §. ſi pretor. ff. de tranſac. cum ſimilibus. Item non ob.
decre. vlti. de elec. in. vj. q2 ibi non valuit confirmatio ꝓpter de-
cretum appoſitum q̄ alſ illo non appoſito valuiſſet: ſed hic nul
lum eſt appoſitũ decretuꝫ. Item non ob. decre. cũ dilectus. ⁊ de
cre. ſi ſoli ꝓalle. q2 ibi ex inhibitione erat ius q̄ſitum alteri ꝓ quo
ſcribebatur. hic ſecus. Item non obſt. l. non dubium. C. de legi.
cum ſimilibus. q2 locũ habent in his q̄ habent ꝓpetuam cauſaꝫ
inhibitionis. iuxta not. de ſpon. duo. in. c. tua. ſecus in habẽtib⁹
cãm prohibitionis temporalem vt eſt hic. ¶ Nota etiam poſt
inſtitutionem põt fieri aſſignatio vt hic ptʒ. facit qđ no. ſ. de ſe
queſtra. poſ. c. vno. verſic. ⁊ qua. cum glo. concor. Guil. Pau. ⁊
4 Steph. † Ex pdictis ergo ſi q̄ritur ſi actus factus contra cõſti-
tutionem teneat potes cõcludere: q2 aut apponitur decretum ⁊
claꝝ eſt ꝙ non: aut non apponitur decretum: ⁊ tunc aut ille cui
ſit inhibitio recipit poteſtatem ab illa cõſtitutione ⁊ nõ tenet vt
in. c. ꝓuida. Aut non recipit poteſtatẽ ab illa conſtitutione ſed
ab illa: ⁊ tunc aut ſumus in habentibus cãm ꝓpetuam inhibi-
tionis ⁊ non tenet vt in. l. non dubium. Aut in aliis: ⁊ tunc aut
ꝑ inhibitionem eſt q̄ſitum ius tertio: ⁊ idem vt in. c. ſi ſoli. Aut
non eſt q̄ſitum ius tertio: ⁊ tunc ſecus maxime vbi ſit inhibitio
ſub obteſtatione diuini iudicii vt hic: ita colligitur ex glo. iſta ſin
gulari ſm do. Bal. vt refert hic do. Pet. Tn potes ſic cõclude-
re in hac materia ſi ius inhibet: an factum contra valeat: q2 cõ-
ſiderandi ſunt duo caſus principales. nam aut lex inhibens pce
dit vltra: aut nõ procedit vltra ſed ſimplr inhibet. Primo caſu
conſidera quatuor caſus: q2 aut procedit vltra actum cõfirman
do: aut procedit vltra actum infirmando: aut procedit vltra dã
do remedium contra factum: aut procedit vltra apponẽdo pe-
nam. Primo caſu valet. l. j. §. biduum. ff. qñ appellandũ ſit. Se
cundo caſu non valet. q2 tunc in effectu apponitur decretum. fa
cit de deſpon. impub. ad diſſoluendum. in ſi. ⁊ qđ dixit hic gloſ.
⁊ qđ no. in. d. c. ſi eo tempore. ⁊ de prebẽ. ſi apoſtolice. in. vj. Ter
tio caſu ⁊ tunc ſi eſt remedium reſciſſorium valet actus: ſed põt
reſcindi vt in toto ti. ff. de dolo. ⁊ facit qđ no. per Bar. in. l. non
dubiũ. C. de legi. Quarto caſu conſidera duos caſus: q2 aut ap-
ponitur pena inferens neceſſario nullitatem actus: aut non in-
fert neceſſario actus nullitatem. Si infert neceſſario claꝝ eſt ꝙ
act⁹ eſt null⁹. exẽplũ in. l. j. ff. de no. ope. nũ. ⁊ l. c. ĩi. de op. no. nu.
ius inhibet edificare poſt nunciationẽ noui ope. ⁊ ſi ↄtrat preci-
pit deſtrui opus. ⁊ ſic neceſſarium eſt ꝙ de iure edificatio fuerit
e inualida ⁊ nulla. Si vero non infert neceſſario nullitatẽ act⁹:[e]
⁊ tunc aut ſi actus eſſet nullus pena non poſſet habere locum: ⁊
tunc actus remanet validus. ff. de diuor. vbi lex inhibet liberte
nupte patrono vt ſine eius cõſenſu diuertat: ⁊ ſi diuertit impo-
nit penam ne alteri nubat: ꝙ ſi diuortium non teneret tunc illa
pena non haberet locum. nam ex alio capite ꝓhiberetur alteri
nubere. ſ. q2 habens vnum virum non poteſt habere aliũ eodeꝫ
tẽpore. Si vero diuortium teneat tunc ſine pena non poſſet alte
ri nubere: aut pena põt ſe compati cum nullitate actus: et tunc
aut eſſet actum nullum ſolum tendit ad preiudicium prohibiti
⁊ non valet actus. vt. l. j. ff. de his que pro non ſcriptis ha. Aut
tenderet in preiudiciuꝫ alterius ꝙ prohibiti ⁊ tunc remanet va
lidus. Exemplum in illo qui vendit rem vni ⁊ poſtea eandẽ reꝫ
vendit alteri ignoranti de primo ⁊ ei tradit: quia hoc eſt prohi
bitum ⁊ incidit in. l. cornel. de fal. l. qui duobus. ff. de fal. ⁊ ta-
men venditio ſecunda tenet. l. quotiens. C. de rei vend. facit qđ
no. glo. in. l. non videtur dolo facere. ff. de regu. iur. ⁊ ſic etiã po-
teſt intelligi iſta glo. ⁊ iſte tex. inquantum dixit ſub obteſtatiõe

a ¶ Quia con ſtitutio interp̄tans. Adde ad hoc ho. tex. i au ten. de ſil. añ do ta. inſtru. na. §. penulti.

b ¶ Secus vbi ſimplr ſit mentio. Adde glo. j. ⁊ ibi Inn. in cle. j. ſ. de vita ⁊ hone. cle.

c ¶ Quia ſuffi cit. Adde q̄ di cit. d. Fely. in. c. cũ dilecta. l. ry. co. ibi. ſed ad il lam. l. extra de reſcrip.

d ¶ Sed ſoluꝫ mõ ipſi. Adde ꝙ ad hoc iſtaꝫ glo. allegat pro ſing. Panor. i c. ex parte. in ſi. eo. circa ſi. extra de conſti. et ibi vide Fely. l. iiĩ. ⁊. v. co. q ponit ſex declaratiões ad iſtam glo.

e ¶ Et tũc act⁹ remanet. Addĩ Bar. in. l. ſtor. ff. de oper. no. nun. ⁊ d. Phi. puſi. in. c. ſtatui mus. in. ĩi. co. o len. epoſ. in. vj.

⁊ ſic penam poniꝫ inhibito. facit qđ no. Bar. in l. pretor. in ꝓn.
ff. de no. ope. nun. Secundo caſu principali qñ lex inhibet ſim-
pliciter ⁊ plus non dicit: tunc glo. hic concludit ꝙ aut ille cui fit
inhibitio recipit poteſtatē a conſtitutione inhibente: ⁊ tunc nō
valet actus: ⁊ ſic loquatur. l. non dubium. de legi. aut nō recipit
ab illa poteſtatem: ⁊ tunc aut ſumus in habentibus ꝑpetuam
cām prohibitionis ⁊ actus eſt nullus: ⁊ ſic loquitur etiam. d. l.
non dubium. ⁊ facit qđ no. in. c. tua. de ſpon. duoꝝ. aut ſum⁹ in
alijs ⁊ tunc aut per inhibitionem erat queſitum ius tertio aut
non erat queſitum. Si erat queſitum ⁊ actum eſſe nullum ten-
plures data optione epiſcopo: ⁊ ſimiliter deinde preſentantur
alij data optione: ſecus forte ſi a principio preſentaretur ſimplr
vnus ⁊ deinde plures data optione epo: q primum ſine cã non
deberet epus reijcere: alſ etiam ſi hodie teneretur ſicut olim cũ
hoc caſu non videatur loqui cle. glo. tñ ſentit contrarium etiam
14 hoc caſu. vt ptʒ ex ea. ¶ † Deinde gl. opp. contra hanc ſi. de. c.
ij. de elec. in. vj. vbi non poteſt fieri electio alternatiua vel incer
ta: glo. ſoluit aliud in electionibus in quibus alternatio ⁊ incer-
titudo preſtat impedimentum aliud in p̄ſentationibus. vt hic
ptʒ. Jdem ʒenʒe. Mat. per qð dicit q in p̄ſentationibus nõ eſt
ſeruanda forma decr. q ꝓpter. de quo ꝑ Cõp. de cle. eccleſia. nã
ſolẽnitas q ſeruatur in electione non ſeruatur hic in p̄ſentatiõe
vt ptʒ hic ex predictis. Jdem Lap. alle. no. in. c. qð ſicut. in prin.
de elec. poſt Hoſt. ⁊ per Archi. lxj. di. ſtudij. vnde dixit q ſi in vna
eccleſia eſſet ita celebrata electio vt hic dr non valeret q vna ec-
cleſia non poteſt ſimul plures maritos vel ſponſos habere ſm
Hug. xxxj. q. ij. quomodo virginibus. de diuor. gaudemus. fa-
cit qð no. in. c. in ſcripturis. viij. qð. j. An aũt hoc procedat ſiue
loquatur in patronis laycis ſiue clericis. Reſpondet glo. q cla-
rum eſt q in patronis laycis procedit. Jn patronis autem cle-
ricis ſi ex patrimonio preſentent. idem facit quod no. de offi. le-
ga. dilectus. Si vero ratione eccleſie tunc ſentit glo. ſecus eſſe q
tales variare non poſſent. fac. ſ. eodem. cum autem. Jdẽ Gml.
quia in primus olim erat in effectu. Jdem quod dicitur q epus
admittebat quem volebat de preſentatis per tales. Step. hic te
net contrarium dicens q cle. procedit etiam in patronis cleri-
cis ratione eccleſiarum propter idẽtitatem rationis. Credo poſ
ſe ſaluari opiniones: quia ſi eodem tempore preſentent plures:
procedat opi. ſcða. Si vero primo preſentaretur vnus ⁊ ſecũdo
loco

loco alijs vel plures data optione epo tenendo ꝙ hoc caſu loci habeat etc. in laycis patronis. tunc procedit prima opi. Ratio ꝙ prima pſentatio eſt talis a qua nullatenus licebat olim variare qñ fiebat per patronũ ex ratione eccleſiarũ ſecus in layco vel patrono clerico ex patrimonio. quia locum habebat variatio ⁊ poterat epus eligere quẽ volebat licet primo preſentato teneretur ſi ſine cauſa fuiſſet nõ admiſſus. hodie ad nihilum tenebitur ſi
a detur ſibi electio per hanc cle. † Tractat hic Abbat.[a] quot mo-
15 dis queratur iuſpatronatus ⁊ que iura competant patrono de quo. ſ. eo. ſuper rubrica. ⁊ c. cum ſm. ⁊ per Jo. de lig. ſ. eo. nobis. Deinde querit quid ſi patronus damnetur ad perditionẽ ſeu publicationẽ bonorum an ius perdat patronatus: ⁊ ſic an iuſpatronatus ex condẽnatione facta ob maleficium de bonis amittẽdis perdatur remittit ad no. xvj. q. iij. placuit. vt quicũq; ⁊ in eius. q. vij. filijs. Idẽ zenze. ⁊ de hoc etiã. lvj. di. ſatis pue-
b ſum. ⁊ plene dixi in[b] clemẽ. paſtoralis. de re iudi. vbi gl. tangit.
16 ¶ † Ulterius quero an parochiani vt parochiani ſine titulo iuriſpatronatus poſſint pſentare. zenze. dicit ꝙ non per Inno. ſ. eo. ɔſultationibus. Abbat. hic dicit ꝙ ſi ſint in quaſi poſſeſſione preſentandi ex dicto iure. quia videtur ꝙ poſſint preſentare. alleg. c. querelã. de elec. ſ. eo. ti. cõſultationibus. contrariũ tamẽ tenet per. c. ſacroſancta. ⁊ c. maſſana. de elec. ⁊ per no. c. ti. §. j. in Spe. facit. c. ij. ⁊ iij. ſ. e. nam patronus habuit de gratia ꝙ ius preſentãdi haberet in eccleſia. ergo hec gratia tanꝗ perſonalis nõ debet extẽdi ad parochianos. vij. q. j. petiſti. ⁊ ſ. de reg. iur. priuilegium. in. vj. de quo in. d. c. querelam. ⁊ in regula qđ alicui gratioſe. de reg. iur. in. vj. in mercurialibus. vt tenet Joan. and. ꝙ ius preſentandi rectorem poteſt preſcribi per parochianos.
c ¶[c] † Quero an indiſtincte iuſpatronatus tranſeat cũ vniuerſi-
17 tate. Rñdet Pau. ꝙ nõ. quia demum tranſit cum vniuerſitate cum qua tranſirent ſingula ſine ipſorũ expreſſione. iuxta no. per Inno. ⁊ Hoſtiẽ. ſ. eo. ex literis per hoc dicit ꝙ non tranſiret cũ vniuerſitate cum qua nõ tranſirent ſingula ſine ſpeciali ipſorum expſſione. puta ſi vendo hereditatẽ mihi delatã in qua eſt iuſpatronatus. quia niſi in hereditate ſit caſtrum vel villa cui cederet iuſpatronatus nõ tranſibit. l. que tibi. C. de here. vel actio. ven. qđ intelligit niſi donaretur hereditas eccleſie cui donari poteſt
18 iuſpatronatus ſine cõſenſu epi. ſ. e. c. vno in. vj. ⁊c. ¶ † Ultimo querit hic Pau. quid ſi plures ſint patroni qui nullo modo volunt cõcordare. quid erit fiendũ. Reſpondet Pau. ꝙ iura circa hoc varie loquuntur vt no. ſ. eo. c. ij. ⁊ iij. ⁊ c. cum te. xvj. q. vij. ſi plures. Et ideo pro cõcordia dictorũ iurium ſic diſtinguit. quia interdũ eſt queſtio inter patronũ ⁊ epm. ⁊ tũc ſeruari debet. qđ habetur de offi. ordi. cũ vos. vt ſi dioceſanus ponat iconomum in eccleſia non antẽ ordinet eccleſiam. quia alias daretur ei materia habendi diſcordiam cum patrono ſi lapſo termino poſſet
d eccleſiam ordinare.[d] Aut eſt qſtio inter ipſos patronos. ⁊ tunc interdum eſt qſtio inter illos quos ɔſtat eſſe patronos. interdũ illos quos cõſtat nõ eſſe patronos. Interdũ inter illos de qbus dubitatur. Primo caſu quando eſt queſtio inter illos quos cõſtat eſſe patronos. ⁊ tũc ſi eſt queſtio de pſentatione facta ſtatur maiori parti. ſ. eo. qm. Si vero eſſet paritas in numero. ⁊ tunc ille pſentatus qui eſt maioris meriti erit inſtituendus. ⁊ ſi eſſent paris meriti locus erit gratificationi. de reſcrip. c. penul. in. vj. hec vera ſi fieri põt ſine ſcãdalo vel periculo mortis. alias remittitur ad remedia de quibus in. c. ij. ⁊ iij. ſ. eo. ti. Scdo caſu quãdo cõſtat eos non eſſe patronos. tunc ſtatim libere poterit eccleſiam ordinare. nõ ob. cõditione. ſ. e. ti. cõſultationibus. Tertio caſu qñ dubitatur diſtinguit. q2 ſi litigatur de iure poſſeſſione iuriſpat. tũc expectet dioceſanos laycos per quatuor mẽſes ⁊ clericos per ſex. Si litigant cũ laycis ſm Hoſtiẽ. ⁊ Joã. and. infra quos finiri debet cauſa qbus elapſis ordinabit eccleſiã ſine pñiudicio vincẽtis. ſ. eo. ti. c. j. Si vero litigatur de electione. ⁊ tũc ſi de ea litigatur ex vi iuris pſentãdi. Idem qđ proxime dixi quia expectabuntur vſq; ad quatuor vel ſex mẽſes habita diſtinctione inter clericos. Si vero litigatur de ea ratione prerogatiue vel ratione forme preſentationis. ⁊ tũc lapſu tẽporis nõ paratur eis preiudiciũ q2 ſine culpa ſua nõ debet puniri de re iudi. cũ Bertoldus. Ad hoc q2 ſi aliud diceretur eſſet aperta via fraudibus ⁊ quia ſtatutũ eſt tempus ad preſentandũ non ad inſtituendũ.
19 ¶ † Ultimo Jo. de lig. hic ponit duo cõcilia ad literã in quorũ vno tractat. an filij fratrũ ſuccedãt adinuicẽ in ſtirpes. an in capita maxime in feudalibus de quo per legiſtas in auc. ceſſante. C. de legi. here. ⁊ per Dy. ⁊ Bar. in. l. poſt cõſanguineos in. §. hereditas. ff. de ſuis ⁊ legi. ⁊ tenet idem in feudalibus ꝙ in alijs. q2 equiparãtur in ſucceſſione inſpecta diſpoſitione iuris cõmunis ⁊ libri feudorũ. niſi localis cõſuetudo aliud. haberet per no. p gl. in. c. j. de gradibus ſucceſſionis in feudũ in prin. ⁊ per tex. in ti. de ſuc. feu. c. j. ⁊ de natura ſucceſſionis feu. ⁊ tenet opi. Accur. et ſequa. in auc. ceſſante. quã intelligit procedere qñ filij fratrũ ſucceſſit auunculis vel patruis. ſecꝰ ſi alijs vel inter ſe. dicit Accur. forte nõ ſenſiſſe cõtrariũ cũ loquatur in primo caſu non autẽ in
20 ſcdo. ¶ † In ſcdo cõſilio tractat an feudũ poſſit alienari ſine licentia dñi in vnũ ex agnatis ⁊ ſine cõſenſu aliorũ. ⁊ concludit ꝙ non põt alienari ſine licẽtia dñi vel ſine licentia ꝓximorũ agnati vel paris vel parũ ſi ſint plures. nam alſ nõ ſit preiudiciũ in predictis ⁊ hoc in feudo patrono. alle. in. x. col. de ꝓhibita alienatione feudi per Fede. l. imperialẽ. per totam. l. ⁊. c. j. §. pterea. per quos fiat inueſtitura. ⁊. c. pterea. de alienatione feudi paterni. ⁊ q2 eadẽ eſt ratio prohibitionis ſiue fiat in extraneos ſiue in ꝓximos. ⁊ per pdicta dicit ꝙ lʒ tolleretur ſeruitus ⁊ obſtaculuʒ cõcernens dominiũ nõ tolleretur per hoc cõcernens agnatum. alle. de priuile. paſtoralis. ⁊. l. ſi ſeruitus. ff. de ſeru. vrba. predio.

a ¶ Quot modis qraẽ iuſpatronatus. Adde bo. glo. in c. pie mẽtis. xvj. q. vij.

b ¶ Cle. paſtoralis. Adde. d. Abb. in. c. quãto in pe. col. extra de iudi.

c ¶ Quero an indiſtincte. Adde qđ habetẽ per panor. in. c. ex literis. extra de iurepa.

d ¶ Aut eſt qſtio. Adde facere que dicit panor. in. c. cũ vos in. iij. col. extra de iu. patro.

e ¶ Item not. Adde tex. in. l. j. ex to. ꝛ. ff. vti. poſ. ⁊. §. cõmodũ. inſti. de inter.

f ¶ Item not. ꝙ qui particulariter. Adde bo. ⁊ valde notabilẽ text. i. l. ſi peculium. ff. de pecul. lega. per quez tex. Bar. ibi ĩfert ad pulchrã. q. vt p eũ.

¶ De cenſibus. Rubrica.

1 Omnis qui ſentit ſentire debet commodum ⁊ emolumentum ⁊ econtra.
2 Poſſidens tuendus eſt in poſſeſſione ſua donec probetur contrarium.
3. Monaſteria ſunt ſubiecta oneri procurationis legatorũ ſedis apoſtolice ⁊ etiam iurium epiſcopalium.
4 Onera omnia ſoluere tenetur qui percipit maiores fructus.
5 Contrariorum an ſit eadem diſciplina ⁊ nu. 1.
6 Onera epiſcopalia ſoluere qui tenetur ex pacto an teneatur ad ſoluendum procurationem legatorum ſedis apoſtolice.
7 Procurationes archiepiſcopi an cõtineantur ſub iuribus epiſcopalibus.
8 Exẽptio quelibet facta religioſis an ſufficiat ad euitãda onera.
9 Tempus date debet in priuilegijs attendi ſicut ⁊ in reſcriptis.
10 Preſcribi an poſſit contra procurationem.
11 Laycus cõmittens homicidium ſi poſtea efficiatur clericus an debeat per iudicem laycum vel eccleſiaſticum condemnari.

CUʒ ſit nature cõſonuʒ. Due ſunt partes decre. quia primo ratione pmiſſa ponit ſtatutũ ſuũ cum exceptione. ſcdo exceptionẽ limitat ⁊ declarat. ibi ſecũda priuile-
1 gia. ¶ † No. illud vulgatũ ꝙ ille debet ſentire onus qui ſentit cõmodũ et emolumentũ ſic ecõtra ille qui ſentit onus debet ſentire cõmodũ in regula qui ſentit. de reg. iur. in. vj. ⁊. ff. de reg. iur. ſm naturã. ⁊ ſic no. ſm Pau. q2 cõtrariorũ eſt eadẽ diſciplina. ¶ No. ꝙ religioſi tenentur ſupportare onera pro monaſterijs ⁊ alijs ſibi ſubiectis que ante ſubiectionẽ preſtare conſueuerant niſi circa hoc ſe poſſent tueri per priuilegiũ. ſ. exemptionis vel aliam legitimam cauſam. que autem poſſet eſſe illa dicetur cum glo. ⁊ ſic not. ſm zenze. ⁊ Guil. ꝙ quedam res tranſeat cum onere ſuo concor. de
e pig. ex literis. ⁊ de decimis paſtoralis. ¶[e] † Itẽ no. ſm Pau.
2 ꝙ poſſidẽs tuendus eſt in ſua poſſeſſione donec probetur ɔtrariũ.
3 ¶ † No. bene ꝙ monaſteria ſunt ſubiecta oneri procurationis legatorum ſedis apoſtolice ⁊ etiaʒ iurium epiſcopalium ex quo patet aliud eſſe ius epiſcopale aliud ius procurationis legatoꝝ. Et ſic no. vnum in alio non includi. ⁊ ſic facit ad id quod hic tãgit glo. in verbo epiſcopalia. ¶ Not. priuilegia conceſſa religioſis non extendi ad eccleſias vel monaſteria queſita poſt hãc de. ¶ Not. ſm Guil. ꝙ ille qui percipit maiores fructus eccleſia-
f rum regulariter tenetur ad omnia onera ſoluenda. ¶[f] Item not. ꝙ qui particulariter percipit ad nihil tenetur. ſimile videmus in vniuerſali herede qui onera omnia ſubit particulariter nihil inſti. de here. quali. ⁊ diffe. §. illud. ¶ Itẽ not. ſm Guil. ꝙ emolumenta et onera eccleſiarum ⁊ monaſteriorum quocunq; titulo ſpectantium ad religioſos pertinent ad eos de iure cõmuni. non autem ad eorum vicarios. niſi ɋtum ad ſuam cõgruam portionem ſm eum. de hoc puto dicendum vt habetur de preben. de monachis. et per Innocen. eo. titu. in. c. lateranenſi. et de priuileg. cum et plantare. §. in eccleſijs. facit quod dicetur cum gloſ. in verbo titulo. ⁊. ſ. titu. j. de. j. ¶ Item not. ſm eum ꝙ aliqui ſunt priuilegiati a ſede apoſtolica aliqui exempti. de quo de priuileg. volentes in. vj. ¶ Oppo. Pau. contra text. in princi. et contra primum notabile. de. l. ſi quis negocia. ff. de nego. geſt. vbi ille qui ſentit commodum non ſentit incommodum. ad idem alleg. ff. de procura. l. qui proprio. §. procur. vt in ceteris. Soluit ſm Dy. in regula qui ſentit ꝙ litera iſta procedit quando per omnia eſt eadem et par ratio ſentiendi commodum ⁊ incõmodum. alſ ſecus. vt in contrarijs. de quo plenius in dicta regula qui ſentit. ¶ Scdo oppo. ɔtra ſm notabile. ⁊ vi-
5 detur ꝙ † contrariorũ non ſit eadẽ diſciplina. immo oppoſita.

quia qđ de vno oppoſitorū predicatur affirmatiue de alio pre-
dicatur negatiue.xxxij.di.hoſpitiolum.ff.de his qui ſunt ſui vel
alien iuris.l.j. Item ad poſitionē vnius ſequitur deſtructio al-
terius.ff.de verb.ſigni.hec verba.xxx.q.j.cum renūciatur. Sol-
uit Pan. ꝙ notabile procedit qñ de quolibet videtur affirmā-
do cōcedendo vel negando ꝛ ꝓhibendo.de conſe.diſt.ij.quotti-
die.xxviij.q.j.ſic enim.C.de procura.l.exigenda.et de conſue.ex
parte.ꝛ qđ ibi no.de auaritia ꝛ prodigalitate ſa.inſti.de cōtra-
hen.emp.§.nunc.ſi autem de vno reſpōdetur negando de alio
affirmando.tunc procedūt in cōtrarium alleg. Fatetur tamē ꝙ
ꝛ nunc eſt eadem diſciplina cognitionalis.ꝛ ſic ꝗtum ad cogni
tionem.quia vno cognito ꝛ aliud cognoſcitur.ff.de preto.ſtipu.
l.j.§.ſtipulationē. Quia hec verba modicū habent ſaporis. de
hoc dicitur melius ꝛ ſapidius per Bar.in.l.inter ſtipulantē.§.
ſacram.ff.de verb.obli.ꝛc. ¶ Glo.religioſi.ponderat literā que
expreſſe loquitur de religioſis per qđ cōcludit ꝙ in alijs nō ha-
bet locum cōſtitutio inꝗtum inducit ius nouū. alleg. ſimile qđ
no.de deci.c.j.ꝛ de teſta.c.j.eadem cōpila. ¶ Glo.titulo. oppo.
ꝙ nō omni titulo poſſunt eccleſie vel monaſteria ſubijci religio-
ſis vnde op.de.c.querelam de ſymo. Reſpōdet glo. ꝙ quolibet
a titulo licito poſſunt ſubijci[a] puta per donationē permutationē
vel preſcriptionē legitimā.de dona.cōſultationibus.de irrepa.
cura.de re.permu.ad queſtionē. Sed titulo illicito ꝛ ſymonia-
co.vt emptionis non vt in cōtrario.de titulo autē edificationis
vel fundationis non poteſt hic loqui ſm glo. Idē Stepha. qui
huius vltimi aſſignat rationē.licet glo.nō aſſignet.quia per ta-
les titulos ſolū quereretur iuſpatronatus de iure patro.nobis.et
ſic nō eſſent plene ſubiecta quo caſu loquitur tex. Idē Stepha.
addens ꝙ hic etiā loqui pōt de titulo vnionis. alle.de relig. do.
b quia monaſteria.[b] nūquid autē eccleſia poſſit vendi ſeu trāſire
cum vniuerſitate.remittit glo.ad no.ī.eo. de irrepa. ex literis.
Stepha.hic dicit ꝙ ſic.alle.ff.de fun.dota.l.ſ.ꝛ de acqui.re. do.
l.quedā.ꝛ.c.ex literis.qđ eſt intelligendū quādo alienatio fit in
perſonā eccleſiaſticam.puta in religioſos vel clericos. iuxta no.
in.d.c.ex literis. ¶ Glo.epālia.querit que dicantur iura epālia.
remittit ad tex.de offi.or.cōquerēte.ꝛ.ī.n.j. Idem Stepha. re-
6 mittit etiā ad.c.dilectus.de offi.ordi.† Deinde inducit tex. ad
queſtionē an videlicet ille qui ex pacto tenetur ad ſoluendū one
ra epiſcopalia teneatur ad ſoluendū procurationē legatorū ſe.
ap.ꝛ dicit ꝙ non per hunc tex. qui iſta ponit vt diuerſa. ꝛ ſic de
vno ad aliud nō infertur.quē ſi.ſint legi. per venerabilē. Idem
Guil.dicēs ꝙ ſi in aſſignāda ꝯgrua portione ſit ordinatū vł ab
antiquo ita ſit obſeruatū ꝙ vicarij de ſua portione ſoluant iura
epālia nō tenentur ſoluere procurationes legatorū.cum non in-
cludantur ſub iuribus epālibus tanꝗ maius ſub minori.alleg.
7 de maio.ꝛ obe.cum inferior.de offi.vica.lega.ſtuduiſti.† Sed
nunquid ſub iuribus epālibus cōtinētur procurationes archi-
epiſcopi.videtur ꝙ non per rationē proxime dictā. In cōtrariū
videtur qꝛ archieps ꝗtum ad ea que ſunt ordinis non plus ha
bet ꝗ eps. ſicut nec papa iuxta not.in prohemio.vj.ꝛ hec pars
eſt verior ſm Guil.ꝛc. ¶ Gl.ſolita querit qua de cauſa iſta one
ra erant ſolita preſtari per eccleſias vel monaſteria ſubiecta reli
gioſis anteꝗ peruenirent ad religioſos. Reſpōdet ꝙ triplici de
cauſa eſſe potuit vel qꝛ impoſitione facta tempore fundationis.
vel ex antiquo vſu.vel ex ratione preſcriptionis. vel ex eo qꝛ res
aliqua habens onus annexum peruenit ad eccleſiam. ꝛ ſic cum
ſuo onere.alle.xviij.q.ij.deutherius.ī.eo. peruenit.xvij.q.vj.ſi
quis laycus cum ſimi.zenze.hic dicit ꝙ hic poſuit iſtud verbum
ſolita altero de duobus reſpectibus primo qꝛ vbi hec onera nō
aſtringerent de iure cōmuni.ſi tamē tanto tpe ſint ꝓſtita ꝙ ſcri-
ptum eſt.tunc nō ſunt in futurū preſtāda.alias eſſet ſecus.ī.eo.
peruenit.ſcđo quia vbi ſunt onera de iure cōmuni debita. licet
talia habens preſtare nō poſſit preſcribere tamē alius ſic.ꝛ ideo
ſi alteri ſolita ſunt preſtari tāto tpe qđ eſt preſcriptū ꝓſcribunt.
8 ¶ † Glo.exēptione.querit an indiſtincte quelibet exēptio ſuffi
c ciat ad euitanda onera que hic dicuntur.[c] Rñdet gl. ꝙ quo ad
iura epālia ſufficit ſimplex ꝛ generalis exēptio. intelligit Pan.
facta religioſis cum eccleſijs habitis ꝛ habēdis.alle. de offi.or.
dilectus.quo autē ad euitandū onus procurationis legatorum
ſe.apo.nō prodeſt exēptio facta ſimpl'r ab epāli iuriſdictione.ſed
demū ſi ſit ſpecialiter facta ſup non ſoluendis procurationibus
legatorū ſe.apo.alias aūt etiā exēpti tenentur ad tale onus cum
nec cōtra tales ꝓcurationes currat ꝓſcriptio.de ꝓſcrip. acceden
tes. Nec ob.ꝓdictis decre.cum inſtātia.quia rñdet gl. prout ibi
no.quia vt dicit hic Pan.dꝫ intelligi ſm ꝓdicta.ſ. de exempto
exēptione ſpāli.vt hic innuit litera. dum dicit ꝙ nō credimus.
nam bene ſcit papa ꝙ a iuriſdictione epāli multe eccleſie ſunt
exēpte.ſed a ſolutione ꝓcurationis legatorū nō credit aliquam
exemptā per priuilegiū. Idē zenze. ꝛ Stepha. ¶ Glo.legitima
querit que pōt eſſe alia legitima cauſa a priuilegio vel exēptione
que idē operetur. Rñdet gl. ꝙ multe primo cōpoſitio facta inter
prelatos ꝛ religioſos.alle.ſ.c.pri.ver.nec ꝙ gl. intelligit ſane.ſ
in illis in quibus valere pōt cōpoſitio.de quibus in decre. cum
venerabilis.ī.e.ti. Idē Guil.dicens ꝙ per cōpoſitionē poſſent
excuſari a tanto.ſed nō toto.alle.ī.de offi.or. cōquerēte. ꝛ quia
quatuor ſunt iura epālia que eps etiā ſi velit nō pōt in totū a ſe
abdicare.ſ.viſitatio correctio ꝓcuratio ꝛ cathedraticum.cū iſta
cōtineantur ſub epāli imperio.qđ non poteſt eps a ſe abdicare
ſeu abijcere.ff. de offi.preſi.l.legatus.ꝛ.ff. de pac.l. ius agnatio-
nis.facit qđ no.de dona.paſtoralis.an aūt in procurationibus
legatorū ſe.apoſto.cōpoſitio ſeu remiſſio ſufficit. Dicit Guil. ꝙ
ſic ſi eſt expreſſa.ſecus ſi tacita.alleg.de arbi.cum tēpore.ꝛ qꝛ ho
nor qui impēdit' legatis ſedis apoſtolice eſt honor pape.xcvj.
diſt.nobiliſſimus.ꝛ de offi.deleg.cum olim hec de cauſa cōpoſi-
tionis. Secūdo poteſt eſſe cauſa legitima ſm glo. res iudicata.
alle.de re iudi.cum inter vinos. de preſcrip.cum ex officij. et qđ
ibi no.in vlti.glo.hic intelligit Guil.ſi ſententia ſit obtenta virtu
te priuilegij papalis. ſecus ſi occaſione cōſuetudinis preſcripte.
quia preſcriptio non poteſt tollere procurationis ius. qđ intelli
ge.vt infra dicā. An aūt poſſit hic loqui de cauſa ꝓſcriptionis.
videtur ꝙ non.qꝛ hic loqtur in preſtari ſolitis.niſi dicas ꝙ poſt
acquiſitionem fuerit poſtea facta preſcriptio. ¶ In his tamen
que ſunt preſcriptibilia allegat de ꝓſcrip.c. de quarta. ¶ Iuxta
predicta querit gl.an poſſet dici cauſa legitima ſi dicatur fuiſſe
indebita ſolutio. Rñdet glo.ꝙ non niſi aliud probetur.quia de
mente huius cōſtitutionis eſſe videtur ꝙ poſſidens ſit tuendus
in ſua poſſeſſione donec probetur indebitū. alle.c. peruenit ſup
eo.ꝛ de dec.querelam.ad fi.ꝛ qđ ibi no.ꝛ de offi.ordi.duo ſimul
in.ij.glo. Idem Pan.hic addens ꝙ cauſa legitima pōt eſſe in
potētia propter paupertatē.alle.x.q.iij.cauendum.ſup eo. cum
apoſtolus.ꝛ.c.cum inſtātia cum glo.etiā hic concor. Ste. alleg.
ad vltimum qđ habetur vt lit.pen.c.j.ꝛ per totum.cor.idem hic
9 Mat.colligens † ꝙ in priuilegijs[d] debet attendi tempus date
d ſicut in reſcriptis ad beneficia.alleg.de reſcrip.tibi qui.in.vj.ſa.
c.ſi eo tempore eo.titu.ꝛ h. ꝛ per hoc patet vbi dicit hic gloſ.ꝙ
exemptiones ꝛ priuilegia que habēt religioſi etiā circa eccleſias
acquirendas.non habent locum niſi in queſitis ante concilium
vienēſ. Quando autem inchoauit hoc conciliū. ꝛ quando fini-
tum fuerit vt ſic ſciamus que poſſeſſiones ante concilium ſunt
queſite vel poſt ponit glo.ꝙ in milleſimo.ccc.xj. kalendas octo-
bris.ꝛ ſic prima die.ꝛ finitum fuit ſexto die aprilis ſequen. et ſic
durauit per ſex menſes.ꝛ.v.dies. Idem hic Stepha. Quid au
tem de poſſeſſionibus queſitis durante concilio.vel poſt anteꝗ
cōſtitutiones huius concilij ligarent.remittit glo.ad no.in ꝓhe
mio huius voluminis concludens per ibi no. equum eſſe ꝙ de
talibus iudicetur vt de queſitis ante cōcilium inchoatum. Idē
tenet hic Stepha. dicens per predicta ſopitam eſſe altercatio-
nem antiquam. de qua de priuileg. cum capella ꝛ.xvj. q.j. fra-
ter. ¶ Glo.volumus. ponderat ꝙ hic ponitur pro ratione vo-
luntas.quia alias priuilegium deberet eſſe perpetuum.vt in re-
gula decet.in.vj.cum concor.dicit tamen ꝙ cauſa mouens volū
tatem potuerit eſſe.quia priuilegium nimis tendebat ad nocā.
ꝛ ſic fuit reſtringendum.alle. de deci.ſuggeſtum. Guil.hic dicit
ꝙ in fine hic papa reſtringit gratiam papalē iſtis religioſis fa-
ctam qđ poteſt.alleg.de reſcrip.c.ſi.in.vj.qđ dicit cōtingere ma
xime in his que per importunitatē obtinētur.vt in.d.c.de deci.
ſtatuto.in.vj. An autem indiſtincte ſi non fieret iſta reſtrictio
talia priuilegia eximerent a iuribus epiſcopalibus iſtas eccle-
ſias. dicit Guil. ꝙ non ſed ita demum ſi epiſcopi non erant in
poſſeſſione iſtorum iurium.alias non iuuaret priuilegium niſi
facta eſſet mentio de poſſeſſione in qua eſſent epiſcopi.alleg.de
priuileg.cū dudū.ꝛ de deci.ſtatutum in.vj. Idem dicit forte dicen
dum de priuilegio impetrato per ſorores minoriſſas in quo ca-
uetur ꝙ de terris ſiue poſſeſſionibus acquiſitis vel acquirēdis
in poſterum nullas decimas ſoluant.quia ſi magnas poſſeſſio-
nes acquirant in vna parochia de quibus ſoluebantur decime
in quarum poſſeſſione eſt parochialis eccleſia et fuit ab anti-
quo.ꝛ ſic quid enorme preiudicium eccleſie parochiali nō vide-
10 tur ad hoc priuilegiū extēdi per iura predicta. † Querit Guil.
an preſcribi poſſit contra procurationem. Reſpōdet ꝙ ſic ſi de-
betur ratione conſuetudinis vel inſtitutionis.alleg.de preſcrip.
accedentes.ꝛ quod ibi no.in vlti.glo. Idem zenze.in.c.proxi.in
verbo cōſuetudinem.alleg.no.in.d.c.accedentes.de preſcrip. cū
ex officij. Si vero eſt procuratio que debetur ratione viſitatio-
nis ꝛ tunc contra illum qui illam non obtinet de iure commu-
ni. puta ſi eſſet abbas vel archidyaconus poſſit preſcribere. de
preſcrip.cum ex officij. in glo.ꝙ ſi abbas. cōtra illū vero qui de
iure cōmuni obtineret.an poſſit ꝓſcribi cōcludit ꝙ non per illū
qui ſe vellet liberare per preſcriptionē. quia procuratio accedit
viſitationi que habet procurationem annexam ex iure publico
auctoritate

a ¶ Puta per donationē. Add de ea que habētur per Panor. in.c.cum inter. extra de re iud.

b ¶ Nunquid autē. Ad iſta. Adde que ponit Bar. in.l.ſi mercedem.§.ſ. ff.de acti. emp. ꝛ vide Alexan. in apoſtilla ad Barto. in.d.l. ꝗdā.ff.de acq. re.domi.

c ¶ Reſpōdet gl. Adde bene facere ꝗ notat Hoſti.in.c.graue de offi. ordi.

d ¶ Debet attendi tēpus date. Adde ꝗ habentur p Fely. in. c. capſin. in iij.col. ꝛ in.c.eā te.in.xix.col. extra de reſcrip.

auctoritate ⁊ vtilitate.per aliū antē preſcribi poſſet.vt.d.c. cum
11 ex officij. ¶ †Ultimo inducit Guil.tex. ad queſtionē vulgatā.
nunquid videlꝫ cōmittens homicidium exiſtens laycus factus
poſtea clericus debeat per ſecularē.an vero per eccleſiaſticū iu-
dicem condemnari.⁊ an fideiuſſores qui promiſerant ſub pena
mille librarum illū preſentare corā iudice ſeculari in penam inci
dant cum modo nequeant eū preſentare laycum ⁊ ſic an teneā
tur illū nunc clericū factum preſentare in prima q̄ſtione ex qua
a ſequitur deciſio.ſcōo arguit pro ⁊ contra[a] videtur enim primo
ꝙ debeat eum laycus cōdemnare q꞉ cum onere ſuo trāſiuit ad
clerū.igitur ⁊c.vt in hoc text.⁊ q꞉ preuentus eſt a curia ſeculari
de fo.cōpe.propoſuiſti.de ap.preterea. ¶ In ꝯtrariū alle.quia
alteratione ſtatus perſone mutatur forū intantū ꝙ nec princi-
paliter nec incidenter per iudicē ſecularē ammodo diſtringi po
teſt corporaliter.de cle.coniug.c.vno.in.vj. de ce.cog.tuam.qui
fi.ſint legi.late.de ſentē.excō.ſi iudex.in.vj.⁊.ff.ſi ex noxali cauſa
agatur.l.j.⁊ pe.⁊ ibi de hoc per legiſtas. ⁊ per Bart.in.l.j.ff.de
pe.⁊ per Dy.in l.hos accuſare.§.hoc bñficio.ff.de accu.nec ob.
ſm eum.l. quotiens.C.de iudi. vbi iudex cognoſcit incidenter.
de quo principaliter non poteſt quia ſibi in perſona non mutat
ſtatutum nec forum.⁊ ſic reſidet. Idem hic ʒenʒe. ⁊ ſic inclinare
videtur in hanc ſcōam partem.de materia dic per Ioā.and.in
c.j.de obli.ad ratioci.⁊ per Bar.in.d.l.j.ff.de pe.

1 Uiſitantes nihil debent exigere pro ferris equorum niſi indigeant.
2 In viſitatione non debet prelatus ducere ſecum canes venaticos ⁊ falcones ſeu accipitres.
3 Qualiter ſe habere debeant prelati quando accedunt ad monaſteria religioſorum.
4 Uiſitatores poſſunt facere elemoſynas de fragmentis.
5 Oſtia ſeu porte eccleſiarum frangi nō debent pretextu cauſe iniuſte ſeu denegationis indebiti.
6 Canonicus non pōt violenter eccleſiā intrare ⁊ quid de abbate.
7 Procuratio quo iure debeat viſitatori.
8 Argumentum de tempore ad locum an valeat.
9 Elemoſynam facere an poſſit prelatus viſitans de fragmentis.
10 Abbas in multis liberatur a regula.

Ad noſtrum quod no.

Due ſunt partes decre. quia primo ponit mul-
ta grauamina que prelati inferebant exemptis
precipue ciſtercienſibus. Scōo prouidet. ſcōa
ibi nos igit. ¶ Not.hic multa grauamina que
inferebantur per prelatos religioſis precipue ordinis ciſtercien
1 ſis. ¶ †No.ꝙ nō licet aliquid recipere pro ferris equorū ſi non
indigent a cōerario.ſecus ſi indigeant.de quo de cen.c. exigit.in
glo.ſm Inno.⁊ ſuper ea.lib.vi. ¶ No.ꝙ cōpoſitio ſuper ꝓcu-
ratione inter prelatum ⁊ ſubditos vel religioſos videtur fore li-
b cita.de qua cum glo.[b] ¶ †No.ꝙ nō licet prelato in viſitatione
2 ſecum ducere canes venaticos ⁊ falcones ⁊ accipitres. nā tales
incidūt in penam.de qua de cle.vena.per totū.ſm Guil. ¶ Itē
ꝙ pro vna die non poſſunt recipi plures ꝓcurationes abſꝗ pri
uilegio ſedis apo. ¶ No.onera equaliter diuidenda inter ſolue
re debentes ⁊ nō debere vnum plus grauari ꝗ̄ alium ſine cauſa
iuſta.qđ not.cōtrafacientes eſtimum vel collectas imponentes
⁊c.in ver.nos igitur ⁊c. ¶ †Not.qualiter epī ſe debent habere
3 quando accedunt ad monaſteria religioſorū.ſine cauſa hoſpita
4 litatis ſiue cauſa viſitationis. ¶ †Not.ꝙ non debent comedi
carnes infra ſepta monaſteriorꝫ infra portam que appellatur
regulares.Et ꝙ viſitatores pſſt facere elemoſynas de fragmen
tis que ſuperſunt de menſa. ¶ Glo. inuitis Not.ex alieno non
poſſe fieri elemoſynam. Idem ʒenʒe.allega.xiiij.q.v.nolite.et.c.
ſeq.facit.ff.de fur.l.ſi pignore.§.j. ¶ Glo.cōpoſitiones. Oppo.
ꝙ cōpoſitio ſuper procuratione nō valeat quia viſitatio non po
teſt per cōpoſitionem tolli cum illa ſit iuris publici.quod pacto
priuatorū non leditur de fo.cōpe.ſi diligenti.ideo nec per conſe
quens procuratio que illi eſt annexa. ſicut in ſimili dicimus de
preſcriptione per quā non poteſt tolli viſitatio debita.⁊ per cō-
ſequens nec procuratio illi annexa.de preſcrip.cum ex officij. de
cōſti.tranſlato. Soluit gl.cōpoſitio per quā tolleretur procura-
tio debita ratione viſitationis nō valeret. vt in cōtrario.ſed com
poſitio que fieret ſuper modo procurandi vel numero procurā
dorū bene teneret.alleg.qđ no.xvj.q.vij.quicūꝗ. Item q꞉ etiā
taliter ſuper decimis pōt fieri compoſitio.de deci.ex multiplici.
hec in procuratione debita de iure cōmuni in qua cōcor. Pau.
in procuratione aliter debita ſecus quia illa tolli poteſt.⁊ preſcri
bi in totū.alleg.no.per Inno. in.c.cum ex officij.⁊. x.q.iij. rela-
tum.⁊ qđ no.in ſimili.de deci.cle.ſi beneficiorum.vij.q.j. quam
ſit.⁊ ſic dicit intelligendum qđ no.per Io. Gof. Ber.⁊ Hoſtiē.
in.d.c.cum ex officij. predicta intelligunt dūtamen ceſſet fraus.
alle.C.de trāſac.l.preſes.cum Pau.cōcor. Stepha.⁊c. ¶ Gloſ.
cōſumit.notabilis eſt cōtra peſſimos tyrānos qui ſubditos gra
5 uant vſꝗ ad ſanguinē ⁊c. ¶ †Glo.franguntur.op.de not. per
Inno.de immu.eccle.c.j.ſoluit glo. ꝙ pretextu cauſe iniuſte ſeu
denegationis indebiti nō debent frangi porte eccleſiarū.vt hic.
An autē pretextu debiti denegati. ⁊ ſic occaſione cauſe iuſte. vt
ſi poſſidenti ⁊ ſibi denegatur pēſio vel hoſpitiū vel procuratio.
liceat frangere portas ⁊ oſtia.dicendū eſt vt habetur in prealleg.
c.j.ibi dicit Inno.ſm Pau.hic ꝙ nō.quia bona eccleſiarū ſunt
ſancta ſanctorū ⁊ dño cōſecrata.xvj.q.j.ſimiliter.⁊.xvij.q.iiij.cō
ſtitutum.x.q.j.nouerint.⁊ ſic qui violentiā facit ſacrilegiū com
mittit.xij.q.ij.nulli liceat.⁊.c. quicūꝗ de fo.compe. cōqueſtus.
Item alle.quia nulla domus ⁊ nulle res ſunt ad hoc ſpecialiter
obligate.⁊ ideo talis irruens incidit in penam.l. ſi quis in tan-
tam.C.vñ vi.⁊.xvj.q.vj.placuit.vel edicti diui marci.ff. ꝙ met.
cauſa extat.hec in illo qui pretendit aliqđ ius debitū ab eccleſia.
Fatetur tamē ꝙ ille qui iuriſditionē habet poſſit violēter intra-
re eccleſiaꝫ.⁊ expedire eum qui inique intraſſet.⁊ ſic intelligit de
reſti.ſpo.olim cauſam. Idem dicit de nō habente iuriſditionē.
ſi alſ habet ius in eccleſia vt prelatus allegat.de ſen.excom.dile-
cto in.vj. Secus dicit in canonico qui ex iure canonicali nō ha-
bet ius in perſonā eccleſie vel domorū eius.⁊ ſic nō licet eius res
occupare niſi forte eſſet domus deputata pro eius habitatione.
quia tunc poſſet incōtinenti egredientē violenter eijcere.⁊ ſuam
6 poſſeſſionē defendere. †Quod autē dictum eſt de canonico ꝙ
non poſſit violenter eccleſiam intrare idē dicit de abbate et alio
prelato in capella ſibi ſubiecta quo ad temporalia tantū.alle.ff.
ad leg.aqui.ſed ⁊ quicūꝗ ⁊.l.quēadmodū.§.j.⁊.ij.⁊ ſic nō dene
gabitur abbati vel monachis quin ſe apponant per violentiā
vel expellendo eum qui ſe opponit ⁊ violenter reſiſtit rumpēdo
portas ⁊ oſtia. dicendo ſibi ius eum hoc non liceat niſi in caſi-
bus qui no.C. quando liceat vnicuiꝗ ſe ſine iudi.vin.l.j.hec de
rebus eccleſiaſticis. Ideꝫ in prophanis. vnde ſi aliquis dicat ſe
habere ſeruitutē in fundo alterius.⁊ ſit in poſſeſſione ſi alter fa-
cit murum vel ſepem vt impediat illū in ſeruitute illa non pote-
rit frangere murū vel ſepem.ſed bene poſſet impedientes ſe vi
expellere violenter.predictis videtur ob.l.iij.ff.de vſufru.vbi pa
tet ꝙ legatarius inducitur in poſſeſſionē fundi cuius eſt ei reli-
ctus vſufructus ⁊ ſic videtur ꝙ ſicut dñs poſſet rumpere murū
qui fieret in ſuo ſolo.⁊ ſic vſufructuarius. Reſpondet hic Pau.
poſt Inno.in loco prealle.ꝙ aliud in vſufructuario.aliud in do
mino.cum edificium cedat ſolo non dicitur dñs rumpere murū
alienum ſed ſuū.inſti.de re.diui.§.cum in ſuo ſolo.C. de rei ven
di.l.ij.ſed vſufructuarius non eſt dñs ſoli.ff de vſufru.l.ſi cuius.
Fatetur tamen ꝙ vſufructuarius ⁊ quilibet habens ius in re
poſſet agere vt murus ⁊ aliud impedimentum amoueatur.ff.ſi
ſerui.vendi.l.ſi eo loco.⁊.l.egi. ¶ In propoſito igitur ſm predi
cta licet procuratio hic ſit debita non poteſt frangere portas nec
oſtia ſed poſſet per cenſurā eccleſiaſticam defendere ſuam poſ-
ſeſſionem.alle.no.per Inno. ⁊ Hoſtien.ſ̄.eo.venerabili. Idem
tenet hic Mat. ⁊ Stepha.⁊c. ¶ Glo.vna die.querit an qđ hic
dicitur procedat etiā ſi plura loca viſitentur vna die quorū quili
bet ſufficiat ad procurationē. Reſpōdet ꝙ ſic q꞉ tunc nec debet
recipi niſi vna procuratio.alle.ſ̄.eo.felicis in.vj. ¶ Gl.gratioſe
c colligit ex litera prouerbium italicorum.[c] A cavalo donato nō
7 guardare al dente.alle.pro ꝯcor.ff.de edil.edic.l.ad res. ¶ †Gl.
ſpeciali.querit quid poſſit eſſe illud ius ſpeciale quo procuratio
debeatur. Reſpōdet ꝙ poteſt eſſe pactum vel onus impoſitum
in fundatione.iuxta no.ſ̄.c.peoꝛi. Idem Guil. dicens per hoc
patere ꝙ interdum procuratio debetur de iure cōmuni.interdū
de conſuetudine.interdum ex priuilegio.interdum ex cōpoſitio
ne vel pacto.alle.ſ̄.eo.romana.in.vj.ſ̄.eo. procurationes.xviij.
q.vij.eleutherius.de immu.eccle.c.ſi. de iure debetur epiſcopis
ſm eum archiepiſcopis.interdum ex cōſuetudine ex priuilegio
nuncijs apoſtolicis qui quandoꝗ mittuntur.vt patet ex predi-
ctis iuribus. ¶ Glo.ipſorum.querit an prelati poſſunt procu-
rari a religioſis in domibus aliorum ꝗ̄ ipſorum religioſorum.
dicit ꝙ non ipſis prelatis inuitis.etiam ſi alias domus ille alio-
8 rum eſſent apte.ar.a contrario ſenſu litere ⁊c. ¶ †Glo.regula-
rem.in principio colligit ex litera aliquid licere in vna parte do-
mus quod in alia non licet.vide de hoc Bar.ff.de no.ope.nun.
l.non ſolum.§.ſed vt probari.⁊.ff.de accu.l. libellorū. Sed que-
rit glo.quid ſi extra portam regularē nō eſt aliquis locus aptus
ad procurandum prelatum. an poterit tunc procurari infra ta-
lem portam. Reſpondet ꝙ ſic ratione neceſſitatis. ad hoc alle.
de obſerua.iein.c. conſilium. vbi propter neceſſitatem licet car
nes comedere. et ſic eadem ratione. ratione neceſſitatis debet
eſſe licitum comedere in loco prohibito.argu.de tempore ad lo-
cum.facit.l.vnum.ff.ſi cer.peta.de regu.iur.c.quod non eſt.hec
vera in religioſis non priuilegiatis. ſi autem eſſent priuilegiati

a ¶ Uidet enī ꝓmo.ad iſtā.q. Adde Bar.in l.eos qui. C. de decu. lib.x. Fely.in.c. cum ad eo.in.j.col.ver. fallit.xj.de reſcrip.

b ¶ Not.ꝙ nō h. Adde q̄ habentur per pa- nor.in.c.cū ad quorundam de exceſ.p̄la.

c ¶ A cavalo donato. Adde facit tex.ī.l.ari- ſto.cum ſi.ff.de doua.

fatetur tunc poſſe dici ꝙ cum priuilegiū religioſorum non tolla
tur intra portā. quia tunc prelati ſm formā priuilegii debebunt
eſſe cōtenti cibis regularibus qñ procurabuntur intra talē por-
tam. Quod autē primo loco dictū eſt intra talem portam poſſe
comedi carnes procedit vbi religioſi non haberent priuilegium
qḋ conſueuit eſſe ſm zenze. ꝙ ſuperuenientes in monaſterio nō
comedant carnes. ſed diſpoſitioni regule relinquit ſm Guil. de
iure autē non debent comedi intra refectorium. de ſta. mo. cum
ad monaſteriū. cum glo. concor. Stepha. alle. ad primū dictum.
xliii. diſt. nulli. ⁊ xliii. di. clerici. hec vera qñ procuratio petitur vt
debitū. Si vero probetur gratuita in nihilū tunc tolluntur pri-
uilegia religioſorū per hanc cle. ⁊ ſic indebite debebū eſſe cōten-
tas cibis regularibus ſm zenze. dicit tamen hic Ste. ꝙ ſi peta-
tur procuratio cauſa charitatiue hoſpitalitatis eſt quaſi debita.
xlii. diſt. §. i. lxxxv. diſt. florentinum. Fatendū eſt tamē quia tūc
debet ꝓcuratus eſſe cōtentus cibis regularibus. vt hic vult tex.
⁊ etiā ſtatī dixi. ꝙ talis etiā appellari pōt gratuita. quia nō ex
ſpeciali iure debita ⁊c. ℭ Glo. ſi voluerint ponderat eſſe in arbi
trio prelati. an velit de carnibus procurari tēpore cōgruo. dicit
tamen ꝙ honeſtū eſſet ꝙ declinaret ad monaſteriū tēpore quo
non comedūtur. puta die veneris vel ſabbati. ⁊ ſic vtatur eiſdē
cibariis ſicut ⁊ monachi. tamē ſi non vult tali die declinare ⁊ nō
vult tunc vti cibariis regularibus nō poteſt cogi. facit. xl. di. nō
9 cogamur ⁊c. ℭ † Glo. fragmenta. querit an iſti prelati poterūt
facere dari pro elemoſyna panes integros qui tollūtur de men-
ſa religioſorū. dicit ꝙ non inuitis illis per hunc tex. a cōtrario ⁊
idem de caponibus integris ⁊ ſimilibus ⁊c. ℭ Glo. colligūtur.
querit an hoc ꝙ hic dicitur poſſe fieri elemoſynā de fragmētis
que tolluntur de mēſa procedat etiā ſi procuratio fiat gratuite.
Reſpōdet ꝙ ſi fiat ex debito clarum eſt ꝙ ſic. Si vero gratuite
idem videtur quañ illa talia vtroq; caſu videantur donata qḋ
nota bene. An autem poſſet fieri de talibus elemoſyna per pre-
latum alibi ꝙ̄ in monaſterio. dicit glo. ſe. ꝙ non inuitis mona-
chis ſuppoſito argumento a contrario text. facit de his que ſi.
a prela. cum apoſtolica. ℭ Gloſ. vltima ponderat ꝙ hic nulla
pena certa apponitur prelato attentari prohibita contra reli-
gioſos. cum tamen cōſtitutiones que ſiunt cōtra religioſos per
hoc volumen ſint penales. de quo religioſi conqueri poſſunt. vt
10 no. gl. in cle. i. in gl. mēdicantes. in ſi. ſ. de ſen. excō. ℭ † Querit
hic nunqd monachus factus epūs incurrat penā cle. ne in agro.
habendo canes venaticos ⁊ accipitres que ſunt per illā cle. mo
nachis prohibita. Guil. hic arguit pro ⁊ cōtra. ⁊ tenet ꝙ nō. qꝛ
loquitur de pena ſuſpenſionis quā non incurrunt epi. Itē quia
in multis liberatus eſt a regula. iuxta no. xvi. q. i. de monachis.
xviii. q. i. c. i. ⁊ dixi in cle. i. de elec. Itē zenze. de quo dixi plenius
a in cle. ne in agro. ℭ Vltimo Guil. inuehitur ɔtra abbates qui
comedunt bonas carnes ⁊ non cōmunicant monachis qñ cō-
municant poſſeſſiones caſtrorum ⁊ onerum ⁊ non actiones. ſ.
carnium. vnde tales qui qñq; aſſatū comedūt dant exemplum
monachis vt quemadmodū faciunt ipſi ſic ⁊ alii faciant. de po-
to magne. ⁊ ſic monachi videntur excuſabiles ſi comedant. ipſi
non ſunt excuſati. de conſe. diſtin. v. carnes. nec ſunt etiam excu
ſabiles abbates occulte comedendo. xi. q. iii. audi. quia clandi-
cant in hoc priuilegio ſcindendo in duas partes. xlvi. diſt. c. ſi. ⁊
per hoc dicit magis commendabiles fratres minores qui publi
ce comedunt carnes.

a ℭ Cle. ne in agro. Adde ꝙ ibi apoſtillaui.

b ℭ No. penā. Adde facere ho. tex. cum ibi no. in. c. non mi nus de immu. eccle.

1 SVmmarium. Pedagia vel guidagia de rebus eccleſie et perſonarum
eccleſiaſticarum recipere non licet dummodo deferātur gratia
proprii vſus: ſecus ſi cauſa negociandi.
2 Excōmunicatus vitari non debet anteq̄ cōſtet de excōicatione.
3 Tranſgreſſor precepti vel prohibitionis ſui ſuperioris an pec-
cet mortaliter.
4 Eccleſiaſtice perſone que dicantur.
5 Clericus an gaudeat eodem priuilegio pro rebus patrimonia-
libus ⁊ propriis ſicut pro rebus eccleſie.
6 Bona non habentia onus annexum frequenter ſequuntur pſo
nam tanq̄ acceſſoria ⁊ gaudent priuilegio perſone. ſecus in ha
bentibus vnum annexum.
7 Clericus an teneatur ad collectas pro bonis patrimonialibus
que ad eum peruenerunt ex ſucceſſione vel alia ſimili cauſa.
8 Vectigalia ſoluere an teneātur layci pro rebus que gratia vſus
proprii portantur.
9 Emptores redditiuū clericorū an gaudeant eorū immunitate.
10 Vectigalia leuans ſi cum delatore habeat queſtionem: quia for
te negat deferentem clericum vel dicit res deferri cauſa negocia
tionis vel non eſſe ſuas quid iuris.
11 Et ſi cōtingat iudicē ſuper hoc adire quis iudex erit adeūdus.
12 Negociator quis dicatur.
13 Pedagia que dicantur ⁊ que guidagia ⁊ vnde dicuntur et an
talia poſſint imponi de nouo.

c ℭ Dicens ꝙ peccatū. Adde ꝙ dicit. d. abb. in. c. i. colū. i. et ibi docto. extra de conſti.

d ℭ Quod eo-dez priuilegio. Adde que po-nit ſcdy. poſt do cto. per eum re latos in. c. eccle-ſia ſancte ma-rie. in. iiii. colū. extra de conſti.

14 Pedagia noua ad mandatum alterius exigens an incidat in
penam.
15 Iudex debet eſſe conſtans certus ⁊ firmus.
16 Citatio in notorio exigitur ⁊ ſententie prolatio.
17 Renunciare iuri ſuo an poſſit quis.
18 Reſtitutio an fieri debeat plenarie anteq̄ fiat abſolutio.
19 Priuilegium vni conceſſum non extenditur ad vniuerſitatem.
20 Puteus vel via cōmunis vicinie ſi eget refectione an vicini cau
ſa vitandi expenſas renunciare volētes vſui putei ⁊ vie an poſ-
ſint cogi.

PResenti conſtitutione.

Non recipit cōmodam diuiſionem quia vnico con-
1 ſtructu clauditur. ℭ † No. primo ꝙ non eſt licitum
recipere pedagia vel guidagia de rebus eccleſiarum ⁊ perſona-
rum eccleſiaſticarum dummodo deferantur gratia ꝓprii vſus.
b ſecus ſi cauſa negociandi. ℭ [b] Not. penam quam incurrunt exi-
gentes vel nomine ſuo vel alieno. ℭ Et no. ꝙ dictam penā non
euadunt donec facta ſit reſtitutio exactorum. ℭ No. id qḋ non
eſt licitum ſuo nomine non eſt licitum alieno. cōcor. xlvi. diſtin.
2 ſicut non ſuo. ⁊ regula ꝙ alicui. ℭ † No. ex verbo cōſtiterit ſm
Mattheum ꝙ non debet vitari excōmunicatus anteq̄ conſtet
de excōmunicatione. vide qḋ no. ſ. de ſenten. excom. cle. grauis.
ℭ Glo. ſecūda querit an peccent dioceſani ſi non faciunt ea que
hic dicuntur. Reſpondet ꝙ ſic. quia hic ponitur verbum iube-
mus quod eſt verbum precepti. xiiii. q. i. quod precipitur. per qḋ
videtur ꝙ peccent. ſi id non faciunt. quod male ponderant epi-
ſcopi. facit qḋ no. in ſimili in cle. ii. de ſta. mona. et de re. do. c. ſi.
c Idem Guil. [c] dicens ꝙ peccatum mortale incurrit quilibet trāſ-
3 greſſor † precepti vel prohibitionis ſui ſuperioris. iii. diſtin. de
niq; in ſi. ℭ Qualis autem pena hoc caſu imponetur epiſcopo
hoc non ſeruanti. dicit ꝙ erit arbitraria cum hec non ſit a iure
limitata. de offi. deleg. de cauſis. Idem hic zenze. vide qḋ no. de
4 elec. generali in. vi. per glo. notabilem. ℭ † Glo. perſonis quere
re voluit que dicantur perſone eccleſiaſtice. Dicit etiam haben
tes primam tonſuram iuxta no. ſ. eo. ꝙ̄ꝙ̄. in. vi. ℭ Glo. rebus.
querit an pro perſonis eccleſiaſticis poſſunt exigi pedagia. dicit
ꝙ non. ſicut pro rebus allega. not. in. d. c. ꝙ̄ꝙ̄. ℭ Glo. propriis.
querit an hic includat exigētes aliquid a religioſis profeſſis pro
rebus quas portant. videtur ꝙ non quia illi non habent pro-
prium. ſed hic loquitur de rebus propriis ⁊c. ℭ Contrarium te
net gl. quia hic loquitur de rebus propriis portantium vel eccle-
ſiarum. ſed ea que habent profeſſi ſunt eccleſiarum ſuarum ſeu
monaſteriorum. ergo etiā hic includūtur. ⁊ per hoc dicit Guil.
etiam hic includi fratres minores quorum bona ſunt ordinis
vel pape vel vniuerſalis eccleſie que vna eſt. ſ. de exceſ. prela. fre
5 quens. ℭ † Ex predictis not. hic Guil. et Paul. et etiam zen-
d zeli. [d] ꝙ eodem priuilegio gaudent res clericorum. alleg. Guil.
no. ſ. de vita ⁊ honeſta. cle. c. i. Pau. alleg. eo. titu. c. ſi. de immu.
eccle. aduerſus. xii. q. ii. eccleſiarū ſeruos. xvi. q. i. c. ſimiliter. Ra-
tio autem eſt in. d. c. i. ſimiliter ⁊ de pig. ex literis. quia bona cle-
ricorum ſunt obligata pro mala adminiſtratione rerum eccle-
ſie. hec ratio non eſt ſufficiens ſm Pau. quia deficit in clerico
non habente adminiſtrationem. ideo dicit ꝙ verior ratio eſt
6 quia † bona non habentia onus annexum frequenter ſequun
tur perſonam tanq̄ acceſſoria. et ideo gaudent priuilegio perſo
ne. quo ad forum vnde domini temporales pro talibus rebus
non poſſunt imponere collectas de re. eccle. c. i. in. vi. ℭ In bo-
nis autem habentibus onus annexum nō gaudent priuilegio.
vt patet in queſitis per ſucceſſionem in quibus tenentur ad col
lectas. nam in talibus non gaudent priuilegio illo vide Barto.
7 in. l. reſcripto. §. fina. ff. de mune. ⁊ ho. ſentit ergo Pau. † ꝙ cle
ricus teneatur ad collectas pro bonis patrimonialibus que ad
eum peruenerunt ex ſucceſſione vel alia ſimili cauſa. Matthe.
hic dicit ꝙ ſi ad clericum peruenerunt bona patrimonialia pro
quibus a laycis ſoluebantur collecte. ꝙ ſi collecta predicta im-
ponitur ſm eſtimationem que ſit pro ſolido vel libra et non
eſt perpetua vel certa. ſed mutatur et variatur pro variatio-
ne negociorum imminentium ꝙ ad illam non teneretur. cle-
ricus poſtq̄ res deuenit ad eum. Si autem bona illa debent
certum ⁊ perpetuum tributum vel cenſum. tunc id tranſit cum
bonis ⁊ ſolui debet per clericum. et tenet Specu. in titu. de cle.
coniuga. §. i. verſi. Ad hoc. ℭ Sed quid ſi primo caſu fratres
vel nepotes dicta bona tranſtulerunt in clericum. vt defendan
tur ab eo videtur ꝙ defendi poſſunt niſi probetur hoc forte frau
dulenter factum. ff. de proba. l. quotiens. §. qui dolum. et. C.
de dolo. l. dolum. i. q. i. bene ſcimus dolus autem preſumetur
vel non preſumetur attenta cauſa propter quam ſit donatio. et
attenta ⁊ conſiderata cōditione perſonarum donantium vel do
natarii. alleg. de emp. ⁊ vendi. ad noſtrā. ⁊ de pigno. illo vos ⁊c.

Nunquid

a ¶ᵃ † Nunquid autē pro talibus rebus que portantur gratia
8 vſus proprii layci debent ſoluere vectigalia. dicit glo. ꝙ nō alle.
C. de vectiga. ⁊ cōmiſ. l. vniuerſali. ⁊ hoc eſt verū de iure ſed de
cōſuetudine non ſeruatur preſertim qñ ſunt res noue de pluri-
bus autē alijs caſibus in quibus de iure cōmuni non debent ve
ctigalia ſolui remittit glo. ad no. de publica. l. vni. ¶ Glo. nō ne
gociandi. colligit a cōtrario ꝙ clerici de rebus quas portāt gra
tia negociandi debent ſoluere pedagia nec gaudent immunita
te. ⁊ idem tenet Spe. in ti. de immu. eccle. in fi. Idem Pau. et
9 inducit glo. cōtra † emptores redditū clericorū qui volunt vti
b immunitate ex perſona clericorū. ᵇ quia nō poſſunt cum nec in
his in quibus clerici negociantur ipſi gaudeant immunitate. et
hoc idē tenet Ste. in loco preallē. C. de vectiga. ⁊ cōmiſ. l. ex pre-
10 ſtatione. ⁊ ff. de publi. l. licitatio. §. fi. ¶ † Iuxta predicta que-
rit quid ſi oriatur queſtio inter leuatorem pedagij ⁊ delatorem
rei. quia forte leuator negat illum deferentem clericum vel dicit
res deferri cauſa negociationis vel non eſſe ſuas vel eccleſie. de-
lator cōtradicit. quid fiet. nam graue videtur dicere ꝙ ſup hoc
delator qui eſt peregrinus ⁊ viator adire debeat iudicē pro fide
huius rei facienda glo. reſpondet ꝙ ſi ſit queſtio de rebus an
c ſint ſue vel eccleſie. ⁊ an cā negociandi deferantur. ſup hocᶜ ſta-
bitur ſacramento deferentis vel ſui nuncij. Si clericus forte mi
ſit nunciū pro certa re qđ intelligit procedere niſi qualitas pſo-
narum aliud diſſuadeat vel niſi haberetur de oppoſito fides in
promptu. alleg. de iureiur. c. fi. ⁊ ꝙ metus cauſa. ſuper eo. Si ve
ro ſit queſtio de perſona. an ſit clericus ſufficiet ſi erit in habitu
⁊ tonſura clericali. de ſentē. excōmu. ſi iudex. in vi. Idem Guil.
11 Pau. ⁊ Stepha. ¶ † Sed querit hic Lap. quid ſi cōtingat iu
dicem ſuper hoc adiri. quis iudex erit adeundus. dicit ꝙ iudex
illius loci vbi talia exiguntur ⁊ extorquentur. Sed an debebit
eſſe iudex eccleſiaſticus. an etiā poterit eſſe ſecularis. videtur ꝙ
quo ad cognitionē. an res ille ſint clerici vel alterius vel an cau-
ſa negociādi deferantur iudex etiā laycus eſſe nō poſſit. alleg. de
fo. cōpe. cum. C. laycus in. vi. verius dicit eſſe ꝙ ſit eccliaſticus.
alle. de iudi. quāto. de fo. cōpe. ſi diligenti. ⁊ c. ij. ⁊ hoc. c. in prin-
cipio ibi locorū dioceſani. ⁊ in fi. ibi poſtq̄ epo cōſtiterit ⁊c. ſm
12 Lap. ¶ † Circa predicta quero quis dicatur negociator vt ſcia-
mus qñ dicatur res deferri cauſa negociādi. dicit Pau. dicitur
ille qui rem emit vt illam cum ſua forma integra ⁊ intacta ven-
dat. non autē emit vt habeat materiā exinde cauſa operandi et
formam aliā inducendi. lxxxviij. diſ. eiciens. xiiij. q. i. c. i. ⁊ q. iij.
in ſumma. Ratio diuerſitatis eſt ſm eum. quia vbi vēditur res
mutata lucrū percipitur ex artificio. exemplū ſi ematur charta
vt ſcribatur liber. ſed ſi emitur res que immutata venditur lu-
13 crum prouenit ex re vendita. Idem hic. Matt. ⁊c. ¶ † Glo. pe
dagia. querit que dicātur pedagia. ⁊ que guidagia. remittit ad
no. de ver. ſigni. ſuper quibuſdā. quia pedagia que a peditibus
dantur. ⁊ guidagia pro guida omnia illa dicuntur portoria vel
vectigalia prout dicitur ibi. An autē talia prout dicitur ibi poſ-
ſunt imponi de nouo. dicit Pau. ꝙ non. niſi per principes ⁊ re
ges. qđ intelligit Hoſti. de regibus romanorū. qui ſunt domini
orbis. allega. ff. ad leg. rhodiā. de iac. l. deprecatio. C. de quadri.
preſcrip. l. bene a zenone. Alij aūt reges hoc non poſſunt. C. no
ua vectiga. inſtitui non poſſe. l. ſolent. ff. de publi. l. vectigalia. et
ſm hoc videtur ꝙ ciuitates non poſſunt hodie tales imponere
qđ dicit Pau. eſſe verū exceptis illis que ſunt in pace cōſtantie.
quibus eſt conceſſum merū imperium. ⁊ hoc preſcriptibile nō
ſubſit pape. vt in extrauagā. Bonifacij vnā ſanctā. Ratio diffe-
rentie quia imperator habet poteſtatem a populo vel exercitu.
xcij. diſt. legimus. papa autē a deo. xxj. diſt. in nouo. Hodie ve-
ro imperator habet poteſtatē ab eccleſia cui eſt fidelis. s. de iu-
reiurā. de. romani ſm Pau. ¶ Vos hic videtis de pedagijs et
guidagijs. Sed quid de gabellis ⁊ datijs que leuātur in ciuitati
bus lombardie. ⁊ quaſi hodie per totā italiā. Ste. hic dicit idē
alle. ꝙ non eſt ſienda vis in nominibus. xiiij. q. iiij. putant qui-
dam. ⁊ c. pleriſq;. s. de priuile. quāto. ⁊ ſm hoc tota italia eſt in-
terdicta. ⁊ ſic oēs clerici irregulares nō ſeruantes interdictū qđ
eſt periculoſum ſm eū. Idē dicit glo. in verbo interdicti. Quia
hoc poterat eſſe ante de. qñ de immu. eccle. que hodie reuocat
14 decre. clericos. eo. ti. ⁊c. ¶ † Glo. alieno. alle. cōtra. ⁊ concordat
Guil. Sed querit an ille qui mandat incidat in hanc penam ſi
mandatarius exigat nomine eius dicit ꝙ ſic. Idem dicit ſi ſcien
ter exigit hoc per ſuos ⁊ ſine mandato ex quo pōt impedire. et
non impedit ſeu retardat. Idē dicit de dante auxiliū vel fauorē
occaſionē vel cauſam. alle. de ſen. excō. mulieres de homi. petiſti.
¶ Glo. cōſtiterit. querit qualiter poterit de hoc cōſtare ꝙ talis
exactio ſit indebite facta. Reſpōdet vocata parte contra quam
debet fieri publicatio. facit qđ no. in cle. i. de offi. delega. Idem
d Ste. Idem Guil. ᵈ dicēs vocādos legitime quoꝝ intereſt. quia
aliās nō poſſet de hoc legitime conſtare. quia cauſarū merita ⁊c.

de reſti. in integ. cum ex literis. ⁊ hoc denotat verbum conſtare
15 ſm eum. quia † cōſtans certus ⁊ firmus debet eſſe iudex inſti.
de actio. in. §. curare. xxi. q. v. iudicantem ⁊ hoc dicit procedere
etiā ſi per paſſum dāmnū diceretur factū notoriū. qꝛ adhuc for-
te per vocanda cum multa dicuntur notoria que non ſunt ⁊ p-
16 pter hoc etiā in notorio exigitur † citatio ⁊ ſententie prolatio de
iureiur. ad noſtrā ⁊ ibi no. ⁊ idē dicit in quocūq; caſu in quo or-
dinarius habet exequi ſententiā iuris de prebē. licet eps in. vi. ⁊
de here. cum ſm eo. lib. Stepha. dicit hoc verū quando agitur
de publicatione ſienda nominatim ſeu nominando pſonas ſe-
cus ſi generaliter. quia tūc non requireretur vocatio. ⁊ poterit p-
cedere ex officio. facit de offi. or. c. ſi ſacerdos. v. q. i. quidā. Sed
quid ſi ille qui eſt grauatus vult cōqueri. an poſſit ordinarius
inquirere de talibus exactionibus illicitis. ⁊ ſic ex officio pcede
re. Rñdet glo. ꝙ ſic. Mouetur qꝛ hoc beneficiū a iure cōceſſum
ꝙ clerici nō ſoluant iſta talia reſpicit fauorem ordinis clericalis
non perſone tm̄. ⁊ ſpectat ad ius publicū. de fo. cōpe. ſi diligen-
ti. Item reſpicit periculū animarū. qđ verſatur in dicto caſu. vt
hic dicitur in tex. qđ dicit glo. pcedere maxime in facto manife
ſto ſeu notorio. alle. de vſuris cum dioceſi. ⁊ de diuor. porro. Itē
dicit Guil. qꝛ talis iniuria videtur irrogata vniuerſali eccleſie. ⁊
eius ſponſo ⁊ aduerſus rem publicā cum ius publicū ꝯſiſtat in
ſacris. l. i. ius publicū. ⁊ ideo cum eps ſit in ſua dioceſi defenſor
reipublice de offi. or. c. i. tenebitur ad hoc velut defenſor reipu-
blice. ¶ In cōtrariū alle. Guil. quia quilibet pōt iuri ſuo renun
e ciare de regula. ad apoſtolicā. ᵉ Rñdet ꝙ † inq̄tum offenſa eſt
5 ⁊ qđ no.per. Jo.an.⁊ Jnno.de exceſ.prela.c.ſi. † Jdem guil.⁊
zenze. Juxta predicta querit gl.ad quem ſpectat poteſtas cõfe
rendi doctoratũ durante ſuſpenſiõe ſcđm formã huius cle. Re
ſpondet gl.ꝙ hoc debuiſſet declarari ꝓut factũ fuit in ti.de ſta.
mo.cle.i.in ver.abbate. Quid igit̃ dicendũ ex quo hoc nõ decla
rat̃. Dicit gl. aduertendũ ꝙ aliqui habẽt poteſtatẽ cõferẽdi do
ctoratũ vel magiſteriũ ex auctoritate apoſtolica vt eſt videre in
archi.bonoñ.⁊ etiã in epõ cũ cãcellariis ſtudii pariſiẽ.⁊ etiã fer
rarie. Alii vo hñt de cõſuetudie vt erat videre in ſtudio padua
no. Alii vero de iure cõmuni. Nã dicit Hoſtiẽ.in ſum.eo.tit.§.
pen.in prin.ꝙ de iure cõmuni vbi aliud nõ apparet epiſcopus
cũ capitulo habet hãc poteſtatẽ.alle.§.e.q̃ nõnulli.v. verũ qui
tñ parũ facit.maxime põderata decre.ĩi.e.ti.⁊ ei⁹ ſuperſcriptio
ne vbi ptꝫ ꝙ loquit̃ de epõ ⁊ tamẽ dicit ꝙ habet inſtituere ma
giſtros ſi alii ſunt negligentes. Jtẽ ibi loquit̃ de iã doctoratis ⁊
magiſtris eligẽdis ad officiũ legẽdi.tamẽ de iure cõmuni ad or
dinẽ decurionũ videt̃ ſpectare.vt in.l.magiſtros.C.de profeſ.⁊
medi.li.x.hoc ꝓſuppoſito ad queſtionẽ ꝓpoſitã.dicit gl.ꝙ i ſtu
dio bonoñ.cũ arch.habeat hãc poteſtatẽ ex priuilegio apoſtoli
co cõceſſo ab honorio.iii.ꝙ durãte hac ſuſpẽſiõe deuolueṫ pote
ſtas ad papã.ar.de cõceſ.ꝑben.q̃ diuerſitatẽ.⁊ hoc de iure com
muni nõ apparẽte alio.verũ.q̃ ex priuilegio apl̃ico mortuo vel
abſẽte archieps ⁊ capitulũ ꝗ exercere habẽt officiũ archi.ſuſpẽ
ſo.archi.deuolueṫ ptãs ad epm ⁊ capitulũ.vbi aũt de cõſuetudi
ne vel de iure archi.vel ali⁹ hẽt hãc poteſtatẽ tũc eo ſuſpẽſo de
uolueṫ ptãs ad ſuperiorẽ qui habet ſupplere defectũ inferioris
fa.§.eo.ti.c.ii.primo reſpõſo. Jdẽ Pau.zẽze.⁊ Mat. Ultimo
querit glo.quid.ſi officialis archi.ſeu eius vicarius facit contra
hanc cle. Reſpondet glo.q̃ ipſe erit ſuſpenſus ⁊ non dominus
ſu⁹ hoc eſt archi.niſi ratum habuiſſet.alle.de elec.ſi compromiſ
ſarius.§.porro.in.vi. Jdem Pau.qui dicit ſecus eſſe ecõuerſo
quia ſuſpenſio archi. intelligitur ſuſpenſus vicarius.de offi.vi
ca.romana.in.ſi.vi.

a ¶ Detrahi honori fidei xpiane. Adde facere ho.tex.l.l.manicheos. C. de heretici.

¶ De iudeis ⁊ ſarracenis. Rubrica.

1 Sarraceni poſſunt licite habitare cũ chriſtianis mixtim ſeorſum in eadem ciuitate.
2 Mahometus per ſarracenos adoratur.
3 Sarraceni an ſint tolerandi ſi ritus ſuos occulte faciant.
4 Sarraceni an licite poſſint in terris chriſtianorum vti eodẽ habitu quo chriſtiani.
5 Sarracenorum ſacerdotes quo nomine vocentur ⁊ quem ordinem ſeruent ſarraceni in ſuis ſacerdotibus ſeu meſquitis.
6 Sarraceni quomodo vocent ſuas eccleſias ⁊ an mulieres eorũ intrent ſuas eccleſias ⁊ de ritu eorum.
7 Mahometus quis fuerit ⁊ vbi fuerit nutritus ⁊ inſtructus ⁊ de eius vita ⁊ morte.
8 Sarraceni vnde dicantur.
9 Judei dicuntur a tribu iuda que fuit ceteris honorabilior.
10 Terrarum ſuarum appellatione quid comprehendatur.
11 Judeorum pueros auferre ⁊ ipſos baptizare inuitis parentib⁹ an poſſint principes.
12 Sacerdotium fuit primo datum iudeis.
13 Diſputare contra ſarracenos.
14 Auxilium ſarracenorum inuocare an licitum ſit chriſtianis ad ſui defenſionem.
15 Judeos ⁊ alios infideles expellere de ciuitatibus ⁊ eorum bonis priuare an ſit licitum.

D Edit. Due ſunt par
tes principales quia in prima parte po
nit duplicem ſarracenorum exceſſum in
ſecunda illos corrigi precipit. Secunda
ibi.cum autem. ⁊ ibi ad locũ qui dicitur
mecha ſecundũ gl. ¶ No. reſecandũ id
qđ tendit in opprobriũ fidei chriſtiane ⁊
1 in offenſam diuini nominis. ¶ † Not.li
citũ eſſe ſarracenos habitare cum xpianis mixtim ⁊ ſeorſum
hoc eſt in eadẽ parte ciuitatis ⁊ in diuerſa ⁊ hoc dicit̃ eſſe in hi
2 ſpania ⁊ in aragonia. vt hic gl.dicit. ¶ † No.machometũ p ſar
racenos adorari. ¶ No.ꝙ ex honore qui impendit̃ videntibus
chriſtianis in ciuitate chriſtianorũ machometo vel alteri vt ſan
a cto eiuſdẽ [a] detrahi honori fidei chriſtiane. ¶ † No.ꝙ pricipes
3 chriſtiani nõ debẽt pati in ſuis terris inuocari publice nomen
machometi vel adorari aliquẽ ſarracenũ vt ſanctũ per ſarrace
nos tantũ. ¶ No.tales puniẽdos ſi cõtrafecerint. ¶ Op.zenz.
ꝙ iſti debẽt in ſuis ritibus tolerari. Ut̃ op.de.c.cõſuluit.⁊.c.iu
dei.§.e. Rñdet ꝙ ibi loquit̃ i iudeis qui colũt deũ veruz.hic in
ſarracenis qui colunt hominẽ ſceleratũ perfidũ machometuꝫ.
Jdẽ Mat.ſed an iſti tolerandi ſint ſi occulte faciũt ſuos ritus.
dicit zenze.ꝙ non.quia hec ſecta nullo iure eſt approbata. nec
ob.iſte tex.cũ dicit publice cõſiliunt ⁊ cetera a ſenſu cõtrario.q̃
vacat hic argumentũ a ſenſu cõtrario ſcđm eũ.alle.ſimile.C.de
4 epi.⁊ cle.conuenticulã ⁊c. ¶ † Gl.ſarraceni.querit an ſarracenis
ſit licitũ in terris xpianorũ vti eodẽ habitu quo xpiani. rñdet ꝙ
nõ per decre.in nõnullis.§.eo. ¶ Glo.zabula.op.ꝙ ſacerdotes
ſarracenorũ nõ vocant̃ zabula ſed faqui vel albages prout habe
tur ab his qui fuerũt apud ſarracenos. ¶ Gl.fatetur ꝙ hic er
ratũ eſt in nõe prout habuit a quodã dño Jo.theſaurario qui
fuit captiu⁹ ſarracenorũ per quadriẽniũ.nã vt ipſe dicebat oliꝫ
erant duo genera ſacerdotũ ipſoruꝫ.vnũ gen⁹ eſt qđ appellant̃
faqui in ſingulari numero.faquia in plurali.⁊ iſti ſunt vxorati
⁊ manẽt in meſquitis hoc eſt in templis eorũ.ſcđꝫ genus eſt qđ
appellãtur albages ⁊ iſti ſacerdotes de iſto genere communiter
non ſunt vxorati ⁊ relinquunt mũdum.⁊ ſic ſunt diuerſi a ſacer
dotib⁹ de primo genere in habitu ⁊ in aliis ſicut religioſi apud
nos a clericis ſecularibus.⁊ iſti ſemel accedunt ad ſepulturã ma
5 chometi. † Quẽ aũt ritum ſeruant ſarraceni in eiſdẽ meſquitis.
reſpondet gl.ꝙ q̃libet meſquita habet vnũ ſacerdotẽ de primis
ſeu de primo genere. Jtẽ habet vnũ miniſtrũ qui vocatur moer
den.qđ ſonat idẽ qđ preco.⁊ iſte ſupplet officiũ campanarũ qui
bus nolũt vti ſarraceni q̃ primo fuerũt inuente a xpianis licet il
las multũ laudẽt. Quale aũt ſit officiũ dicti ꝑconis dicit ꝙ offi
ciũ eius eſt ꝙ in horis de quibus infra patebit aſcendit turrim
meſquite quadratã in qualibet ſui parte ⁊ habet magnam fene
ſtrã in q̃libet pte ⁊ q̃libet iſtarũ feneſtrarũ obturatis pri⁹ auribꝰ
cũ digitis vt ſic vox forti⁹ reſonet clamat in ſua lingua verba ſo
nãtia nil aliud poſſe niſi deus ⁊ machometus eius nuncius ve
nite ad orationẽꝫ faciendã in releuatione peccatorũ.poſtea etiã
ſumit quedã alia verba.ſ.lagab.ille baſſa que importãt ꝙ nõ eſt
alius victor niſi deus ⁊ omnes milites ſarraceni portãt in eorũ
ſcutis. Deinde ſummittit deus eſt omnipotẽs. Jn quibus autẽ
horis hoc facit dictus preco.dicit glo.ꝙ in quinq; horis ⁊ que
ſint ille ⁊ quo nõe etiã vocentur ⁊ qualiter orent gl. enumerat ⁊
dicit ex quo patet cũ erroris hui⁹ nõis in tex. poſiti.vide glo.⁊ ſ

6 iacet. ¶ † Gl. meſquitis. q̄rit quid appellatur hoc meſquitum
Reſpondet ꝙ id qḋ nos vocam⁹ baſilicas vel eccleſias ſarrace-
a ni vocāt meſquitas.[a] iudei ſinagogas. ī. e. iudei. ⁊. c. conſuluit.
Idē hic pa. dicens ꝙ hic alludit vulgare ſarracenorum. ¶ Gl.
cōueniūt. querit an femine ſarracenorum cōueniūt ad meſqui-
tas. dicit ꝙ nō prout audiuit. immoueri cū intrāt. intrāt nudis
i. diſcalciatis ⁊ lotis pedibus ⁊ cum certa deuotiōe. Idē Guil.
dicens ꝙ intrāt etiā manibus lotis ⁊ pudibūdis ⁊ oībus alijs
7 mēbris. ¶ † Glo. machometū. querit quis fuit iſte machome-
tus. reſpondet ꝙ prout legit in ſcholaſtica hiſtoria. machome-
tus fuit nutrit⁹ a quodā clerico nobili romano qui tēpore Bo
nifacij quarti quedā petita impetrare nō potuit propter quod
apoſtatauit a fide ⁊ nutriuit illū cum quadā columba alba que
recipiebat grana de aure illius ⁊ in tantū fuit ſic erudita ꝙ quā
do machomet⁹ volebat dicta colūba ponebat i publico roſtrū
ad aurē machometi. ⁊ ſic dicebat ꝙ ſpiritusſanctus eū alloque
bat. ⁊ eum inſtruebat. vnde ipſe poſtea legem dedit ſarracenis
quā habent. Et hec pleni⁹ habent in hiſtoria ſcholaſtica. Guil.
hic dicit ꝙ iſte machometus fuit in arabia inſtructus per quē
dā monachū nomine Sergiū qui fuit expulſus ab alijs mona-
chis propter hereſim Sergij ⁊ de cōſilio dicti monachi dedit le
gem ſarracenis mixtā ex lege veteri ⁊ noua. diē veneris celebrāt
feſtum ſicut nos die dominica ex eo qꝛ aſſerunt venerē deū pla-
netarum. Itē qḋ aſſerunt ꝙ anteꝙ crearet celū ⁊ terra nomen
macho. erat in conſpectu dei ⁊ ſi macho. non fuiſſet futurus ce-
lū ⁊ terra nō fuiſſet creata ſcḋm gl. Qualis aūt ſit ſepultura ma
chome. dicit Paul. ꝙ ipſe ſepultus eſt in ſepultura que ſtat in
arce virtute calamite quia videri nō pōt. ⁊ quando quis fecerit
longā penitētiā vidit per quoddam foramē. ⁊ poſtea fecit ſibi
oculos eijci. quaſi nō ſit decens vt poſtea alia videat prout hec
habentur plene in hiſtoria machometi ⁊c. ¶ Glo. ſarracenuꝫ.
querit quis fuit iſte ſarracenus qui veneratur vt ſanctus. reſpon-
det ꝙ tenetur cōmuniter ꝙ ſit mach. de quo premiſit vel dic ꝙ
forte alius de quo neſcimus. ¶ Glo. principibus. querit quare
b [b] ad principes ſeculares ſpectat coercere iſtos ſarracenos. Re-
ſpondet ꝙ tales non ſunt creature eccleſie. ⁊ ideo illos non coer
cet eccleſia. de diuor. gaudemus. Idē Guil. dicens ꝙ in ſacrile-
gijs ⁊ alijs ſui natura ſpectātibus ad foruꝫ eccleſiaſticū iudices
ſeculares exercent iuriſditionē ſuaꝫ ratione qualitatis. alle. ī. c.
poſtulaſti. nā iſti tales nec quo ad corpus nec quo ad animam
ſubſunt eccleſie. qꝛ non ſunt baptizati. ideo de eis nil ad eccleſiā
qꝛ foris. ſunt. vt. d. c. gaudemus. per hoc nō ob. c. epi. xxvi. q. v.
vbi videt dici ꝙ talia ſpectant ad iudiciū eccleſie etiā cōtra lai-
cos. quia ibi loquitur de chriſtianis delinquentibus in talibus
ſecus in infidelibus ſcḋm Guil. fatet tū ꝙ in illis eccleſia poſſet
ſupplere negligētiā iudiciū ſeculariū ſidirecte puniēdo ipſos in-
8 fideles de vſuris. q̄d facit de. ſ. ī. de teſti. † Querit Guil. vnde
dicunt ſarraceni. dicit ꝙ a ſarra vxore Abrahe. ⁊ dicūtur exiſ-
ſe de Agar ancilla. ⁊ ſic deberēt potius vocari agareni ab agar
9 ancilla a qua deſcenderūt. † Iudei aūt dicunt a tribu iuda que
c fuit pre ceteris honorabilior[c] ⁊ ſeruant iudei vet⁹ teſtamētuꝫ ⁊
nō nouū. ſarraceni vero neutrū. quidā tamē ſunt qui recipiunt
quinꝙ libros. Moyſi vt. no. ī. e. ti. ⁊ ſi iudeos. ⁊ ſuper rubrica
10 dic vt ibi. † Scḋo querit ſc. ad declarationē litere ibi de terris
ſuis quid cōprehendat appellatione terrarū. ſuaruꝫ. Reſpōdet
ꝙ cōprehendit terras pricipū ſeculariū ſiue ſint ſue ratione iu-
riſditiōis ſiue ratione ſuperioritatis. alle. in ſimili quod habet.
de poſtu. prela. c. j. ⁊ de coha. cleri. ⁊ mu. c. j. all. ad hoc qꝛ attento
cōmuni vſu loquēdi taliter dicitur terra alicu⁹ talis autē vſus
debet attēdi. ff. de verbo. ſigni. l. vt alfen⁹. ⁊. l. auunculus. ⁊. l. pu-
11 pillus. §. territoriū. ⁊. l. verbuꝫ ptinere. † Tertio q̄rit hic Ste.
nūquid principes ſeculares poſſent auferre pueros iudeoruꝫ ⁊
ipſos baptizare inuitis parentibus. Io. tenet ꝙ nō qꝛ ſic in bre
ui nullus foret iudeus ⁊ ſic nō poſſet ſaluari illa pphetia q̄ dicit
ꝙ reliquie iſrael ſalue fient ita no. Ioā. xxviij. q. j. iudeorū. Alij
dicūt cōtrariū qꝛ iudei ⁊ ſarraceni ſunt veri chriſtianorū ſerui.
gene. ix. Maledictus cham: canaā ſit ſeruus fratrū ſuorū. xxiij.
q. iij. diſpar. ī. e. ti. ⁊ ſi iudeos ergo illi quorū ſerui ſunt ſicut poſ
ſent illos vēdere inuitis parentibus ⁊ ſic baptizari inuitis parē
tibus. qꝛ non habent poteſtatem in eos. xxiij. q. ij. c. vnico. ⁊ in
hoc merent ſcḋm eos dūtamen hoc faciāt animo cōpellēdi pa-
tres eorū ad fidē. Non ob. pallc. prophetia. qꝛ multi ſunt iudei
qui nō degunt ſub principibus chriſtianis in quib⁹ ſaluari pōt
12 illa pphetia. ⁊ ſic nō ob. ⁊c. † Ultimo q̄rit Mat. hic cui primo
fuit datū ſacerdotiū. Reſpondet ꝙ iudeis ⁊ poſtea nobis de cō
ſti. trāſlato. ⁊ ideo improprie hic dicunt ſacerdotes ſarracenorū
⁊ intelligas p̄dicta de ſacerdotio leuitico ⁊ ſic ceſſat obiectio de
Melchiſedech qui fuit naturalis ſacerdos ſummi dei qui ob-
tulit panē ⁊ vinū abrahe poſt debellationē quinꝙ regū qui tu-
lerūt ſpolia ⁊ Loth ⁊ vxorē ei⁹. qḋ factū fuit in figura ſacramē-
13 ti corporis ⁊ ſanguinis chriſti qḋ quottidie offert i altari. † An
14 ſit licitum contra ſarracenos † diſputare. vide Oldr. in opere
ſuo conſilio. xxiiij. alias. lxxij. an ſit licitum chriſtianis pro ſui de
fenſione inuocare brachium ⁊ auxiliuꝫ infidelium. Oldra. cōſi.
15 xxiij. alias. lxxij. † An ſit licitum expellere iudeos ⁊ alios infide-
les de ciuitatibus ⁊ eorum bonis priuare. vide Oldra. in conſi.
cxj. alias. lxxxvij.

¶ De hereticis. Rubrica.

1 Inquiſitoris officium ⁊ heretice prauitatis per quos de-
beat exerceri.
2 Carcer quādoꝙ magis eſt ad penam ꝙ̄ ad cuſtodiam ⁊ qualis
debeat eſſe carcer deputatus ad carcerandos hereticos.
3 Carcer hereticorum debet eſſe cōmunis epiſcopo ⁊ inquiſitori
4 Inquiſitor procedens cōtra cōſciētiā cōtra aliquē ex odio gr̄a
vel timore vel pretextu commodi temporalis incurrit ſententiā
ſuſpenſionis ab officio per triēniū ſi eſt epiſcopus vel ſuperior.
5 Capere ⁊ arreſtare differunt.
6 Inquiſitor an ⁊ quādo poſſit torquere teſtes pro veritate eruē
da ⁊ an poſſit indicere ieiunia hereticis ⁊ an poſſit ſine epiſco-
po tradere ipſos duro carceri magis ad cuſtodiaꝫ ꝙ̄ ad penā.
7 Carcer quandoꝙ deputatur ad cuſtodiam quandoꝙ ad penā
⁊ numero. 2.
8 Confeſſio facta extra iudicium preiudicat.
9 Viſitare an poſſit capitulum ſede vacante ⁊ conſequenter debe
at procurari.
10 Par an habeat iuriſditionem in parem. ⁊ an poſſit requirere
parem.
13 Facta non poſſunt fieri infecta.
14 Conſenſus vbi requiritur non refert an ante vel poſt interue-
niat: ſecus vbi requiritur autoritas.
15 Inquiſitor ⁊ epiſcopus an poſſint concordare in vno cuſtode
tantum ita ꝙ ſit vnus ⁊ non duo.
16 Iuramentum an caſu quo preſtandum eſt corporaliter an ſuffi
ciat iurare preſentibus euangelijs an vero requirat tactura.
17 Religioſus vel exiſtēs in ſacris an poſſit eē notarius ad officiū
notariatus inquiſitionis.
18 Hereticus omnino occultus an ſit excommunicatus.
19 Inquiſitor an poſſit dare ſubſtitutum.
20 Suſpectus de hereſi contra quem probatum eſt de hereſi per
vnum teſtem an poſſit torqueri.
21 Teſtis accuſatus de falſo ⁊ examinatus a notario ſi dicit aliter
fuiſſe ſcriptum ꝙ̄ dictum vel econtra an ſit ei credendum.
23 Heretici reuerſi bona an debeant confiſcari.

Multorum querela:

Diuiditur in ſex partes pricipales. quia
primo ponit cōſtitutionis cauſam. ſecun
do ponit cōſtitutionē tertio prouidet cir
ca muros ſeu carceres hereticoruꝫ ipſos
dans cuſtodes ⁊ cuſtodum miniſtros.
quarto ponit iuramentum cuſtodum:
miniſtrorum ſuorū notariorū ⁊ aliorum
officialium. quinto ponit ipſos inquiſitores ⁊ ipſorum ſubſtitu
tos qui delinquant in officio faciendo vel omittendo. ſexto cō-
firmat antiqua iura huic cōſtitutioni nō cōtraria. ſecūda ibi p-
pter qḋ tertia ibi. ſane. quarta ibi porro. quinta ibi. verū qꝛ. ſex
ta ibi alia. Secūda. in. v. qꝛ primo ponit cōſtitutionē de officio
inquiſitoris exercēdo per dioceſanos ⁊ inquiſitores. ſecūdo po
nit. v. que alter pōt ſine altero. tertio pōit tria que null⁹ pōt ſine
altero. quarto ponit decretū quinto ponit quomodo impedit⁹
vel intereſſe nolēs poſſit alteri cōmittere vices ſuas. ſecunda ibi
ſic qḋ quilibet. tertia ibi. durū. quarta ibi. ⁊ ſi ſecus. quinta ibi.
verū ſi epiſcopus. ¶ No. primo ꝙ inquiſitores multotiēs exce
dūt metas ſue poteſtatis in graue fideliū detrimētū. ⁊ hoc bene
docet experiētia qꝛ propter cupiditatē pecunie ſepe hoc contin
d git. ¶ No.[d] id agi cautius ⁊ ſolēnius qḋ a plurib⁹ agit. cōcor.
1 xx. diſt. de quibus de offi. dele. prudentiam. in princi. ¶ † No.
per quos habeat exerceri offiū inquiſitiōis ⁊ heretice prauita-
tis qꝛ per inquiſitores a ſede apl̄ica deputatos per dioceſanos
locorū. Et no. qualiter debet exerceri tale officiū. qꝛ remoto om
ni timore carnali amore ⁊ odio ac cupiditate lucri temporalis.
¶ No. v. q̄ poſſunt exerceri p alterū p̄dictorū ſine altero ⁊ tria
que nō poſſunt exerceri niſi ſimul que oīa ſunt hic expſſa in lite
e ra.[e] Et no. in grauioribus cautius procedēdū ⁊ hec eſt ratio di
uerſitatis inter dicta tria ex vna parte. ⁊. v. ex alia parte. ¶ No.
ꝙ capitulū ſede vacante ſuccedit in hac poteſtate inquirēdi de
2 hereſi. ¶ † No. carcerē q̄nꝙ eſſe magis ad penā ꝙ̄ ad cuſtodiā
regulariter cōtra. ff. de pen. l. aut damnū. §. ſolet. ¶ No. quid

a ¶ Iudei ſinagogas. Adde ter. in. l. in ſinagoga. C. de iud.

b ¶ Quare ad pricipes ſeculares. Adde. ter. in. l. iudei ⁊ ibi bar. ⁊ doc. C. de iude. alex. in cō ſi. xxxv. in. ſi. co. in. v. vol.

c ¶ Et ſeruant iudei. adde cal. in cōſi. xix. poſi to: ſub rubrica. de teſta. ⁊ cōſi. xj. ſub rubrica d cōſti. taſ. in. l. q ſe patris. ſ. nij. ⁊. v. col. C. vñ li. fcti. in. c. j. in. x. col. de cōſti. fel. in. c. at ſi clerici. in. vij. columna de iudi.

d ¶ No. id agi cautius. Adde bo. ter. in. l. dubiū. C. de repu. ⁊ ter. in. l. bō̄a nū. l ſi. C. d legi.

e ¶ Et not. in grauiorib⁹. ad. de bo. ter. in. c. vbi periculū. in princi. de elec. libro. vj.

ſendã ſi alter predictorũ ſit impeditus vel nolit intereſſe cũ re-
liquo qꝛ vnus requirere debet alterũ vt infra octo dies ſignifi-
cet ſibi voluntatẽ ſuã. Et no. ſcḋm zen. ꝙ hec voluntas ſicut im
potẽtia dat facultatẽ cõmittendi. ¶ Jn ver. ſane. no. qualis de-
bet eſſe carcer deputãdus ad carcerãdos hereticos ⁊ quot cuſto
des debeat habere ⁊ quot claues. ¶ Jn verſi. porro. not. de iu-
ramento preſtãdo corporaliter tactis euãgelijs per cuſtodes ta
lis carceris ⁊ eorũ miniſtros anteꝙ̃ exerceant tale officium. Et
no. formã iuramenti. Et no. inter cetera ꝙ vnus nõ debet in ſe-
creto loqui quin audiat alter cuſtos. Jtẽ qḋ integraliter cibaria
que mittantur carceratis miniſtrabunt niſi eis aliud ſit ꝓceptũ
3 per epiſcopũ ⁊ inquiſitorẽ. ¶ † No. ꝙ carcer hereticorũ debet
eſſe cõmunis ep̃o ⁊ inquiſitori. Et not. ꝙ ſi ep̃s habet carceres
proprios qꝛ reſpectu talis criminis cuſtodes ⁊ miniſtri debent
iuramentũ predictũ preſtare ep̃o ⁊ inquiſitori. ¶ Jn ver. nota-
rij. no. de iuramento notariorum ⁊ aliarũ perſonarũ neceſſaria
rũ ad officiũ inquiſitionis de hereſi ⁊c. ¶ Jn ver. verũ. not. ini
quiſſimũ eſſe imponere inſontibus eos eſſe hereticos ſeu eos
de hereſi infamare. ¶ No. ꝙ cõtrariorum eadem eſt diſciplina
de quo in cle. j. de cenſ. ¶ No. procedẽdũ de hereſi. demũ con-
4 tra ſuſpectos ⁊ diffamatos. ¶ † No. penã inquiſitoris procedẽ
tis cõtra aliquem cõtra conſciẽtiã ex odio gratia vel timore vel
pretextu cõmodi tẽporalis qꝛ incurrit ſententiã ſuſpenſiõis ab
officio per trienniũ ſi eſt ep̃s vel ſuperior. Si vero eſt inferior in
currit ſentẽtiã excõicationis a qua nõ poteſt abſolui ab alio ꝙ̃
a papa preter ꝙ̃ in mortis articulo. Et no. bene ſcḋm Lap. ſin-
gularẽ caſum in quo nõ abſoluitur excõmunicatus etiã in mor
tis articulo niſi ſatiſfactione ꝑmiſſa. Et no. quo ad hoc oĩa pri-
uilegia ſublata. Ultimo no. iura alia loquentia de hereticis per
hanc cle. eſſe confirmata. ¶ Gl. metas notãda eſt de hoc verbo
quid importet. ¶ Gl. deputatos. opp. ꝙ deputatio facta de ſpe
ciali inquiſitore per ſedẽ apoſtolicã deroget poteſtati epiſcopi
de offi. lega. ſtuduiſti. ⁊ in regula generi per ſpeciẽ derogatur.
de reg. iu. in. vj. Soluit hoc in deputatis gñaliter in aliqua pro
uincia. ſecus in deputatis ſpecialiter in certã cauſã. vt no. in. c.
per hoc. de. e. in. vj. in pria gl. Jdem hic Ste. ¶ Glo. capere de
clarat in quo differat a ſequẽtibus qꝛ poteſt quis capi ⁊ tamen
nõ incarcerari. Jdẽ Pau. dicens ꝙ non omnis detent' eſt car
ceratus ſed cõtra ſic. alle. de ſen. exco. ſi iudex ⁊. c. ſi cleric'. in. vj.
5 dicit etiã ꝙ hec duo † ſcilicet capere ⁊ arreſtare ponunt pro eo
dẽ. Ste. vero hic dicit ꝙ arreſtare eſt quãdo interdicitur alicui
ne exeat certũ locũ ſine manus iniectione. Capere aũt cũ ma-
nibus tenet. alle. de ſen. excõ. vt fame. ⁊. d. c. cleric' facit ad predi
6 cta qḋ notant legiſte in. l. v. ff. de cuſto. reo. ⁊c. ¶ † Gl. manicis
declarat qd ſũt manice ferree. ⁊ allegat auctoritatẽ pſal. ¶ † Gl.
tormentis. querit hic tex. loquitur de tormẽtis rei ſed quid de
tormentis teſtiũ qualiter ⁊ quãdo poſſint torqueri. Rñdet gl.
remittẽdo ad no. xv. q. vj. in ſumma. ⁊ ibi etiã de tormẽtis acto
ris ⁊ rei. de quo in regula. in contemplatione. de reg. iur. ⁊ hic
per Ste. facit. v. q. v. illi qui. Juxta predicta querit glo. nũquid
ep̃s ſine inquiſitore vel econtra poterit indicere ieiunia ad veri
a tatẽ eruendã. Reſpondet gl. ꝙ nõ.[a] quia talia ſunt tormẽta ꝙ
patet ex eo quia appellatiõe queſtionis intelliguntur tormẽta
corporis dolores ⁊ mala manſio. ff. de iniu. l. itẽ apud labeonem
§. queſtionis. ⁊. §. queſtionẽ. ⁊. ff. ad ſyl. in'. §. queſtionẽ pro hoc
etiã facit ethymologia vocabuli qꝛ dicit tormẽtũ quaſi torquẽs
mentẽ. Jdẽ tenet Pau. hic. addit tamen ꝙ tex. procedit in tor-
mentis rei. in tormentis autẽ teſtis dicit ꝙ quilibet inquiſitor
per ſe poterit torquere teſtem pro veritate eruenda ⁊ ipſum de
falſo punire extraordinarie ſi ex falſo teſtimonio ipſius aures
offendit iudicio durante. C. de teſti. l. nullum. de. pe. ſup his. c.
dilectus. qḋ eſt verũ ſi durante iudicio notorie falſum dicentẽ
extraordinarie punire velit. ſecus ſi nouã inſtantiam cõtra eũ
inchoare velit ſecundum eum. Sed quid ſi inquiſitor vellet tra
dere quem duro carceri ſiue arcto tamen magis ad cuſtodiã ꝙ̃
ad penã. quia forte alibi cuſtodiri nõ poſſet. Dicit Pau. ꝙ tũc
poſſet inquiſitor ſine epiſcopo ⁊ econtra. ⁊ ſic limitat hunc tex.
per ar. a ſenſu cõtrario. alle. etiam de penis ꝙuis. in. vj. lxxxj.
7 di. preſbyter. xxvj. q. j. viduas. † Ex predictis patet quod dicit
Mat. ꝙ quidã eſt carcer deputatus ad ſolã cuſtodiam. de quo
hic in prin. ⁊. C. de cuſto. reo. l. j. ⁊ ſi. ⁊ de ſenten. excõ. ſi cleric'. in
vj. xix. di. in memoria. vij. q. j. peruenit de cri. fal. ad audientiã.
Quidam vero eſt carcer deputatus ad penã principaliter ⁊ de
iſto hic in verbo duro. ⁊. de penis ꝙuis in. vj. de. eo. vt cõmiſ
ſi. l. di. ſi epiſcopus. ⁊. c. ſi ille. vij. q. j. peruenit. xvj. q. vj. de lapſis.
⁊ de penis. tue propter hoc dicimus ꝙ monaſterium eſt carcer
penitentium. xxiij. q. viij. clerici. ſecundũ Mat. fatetur tamen
qḋ ſecundum leges nemo debet deputari ad perpetuos carce-
res. ⁊ ſic ad carcerẽ in penã ſed ſolũ ad cuſtodiã. ff. de pe. l. aut
b dãnũ. §. ſolẽt. [b] ſec' ſcḋm canones vt hic ⁊ in. d. c. ꝙuis. de pe.

a ¶ Quia talia ſunt tormenta. Qḋ dicatur tor mentũ declarat alex. in cõſilio. clvij. in. j. col. in iiij. vol. ⁊ faciũt no. in. l. ò mino re. §. tormenta ff. de queſti.

b ¶ Sec' ſecũ dum canones. Adde bar. idẽ dicentẽ. d. l. aut dãnũ. §. ſolẽt. ff. de penis.

c ¶ Et cõfeſſio facta extra iudi ciũ. Adde bar. in. l. capite qn to. in. ij. col. ff. de adul. alex. in cõſ. xxiiij. in ſi. col. j ij. vol. ⁊ in cõſ. clxxx. l. ij. co. vo lu. ij. ⁊ alexã. in conſil. cxv. in. j. col. in. iiij. vo.

in. vj. ⁊c. Querit hic Ste. quid ſi alter ſolus faciat torqueri pro
hereſi ⁊ crimine ⁊ cõfitebitur nũquid tenet cõfeſſio. dicit ꝙ nõ
quia facta eſt corã nõ ſuo iudice. de iudi. at ſi clerici. dicit tamen
ꝙ ſi ꝑſeueret in cõfeſſiõe poſt tormẽta illa valet. alle. ff. de cuſto.
re. l. ſi confeſſus. ⁊. ff. de mino. l. auxilium. §. ſed nec ad leges. ad
qḋ quia ceſſat tunc metus tormẽtorũ. ⁊ ſic id qḋ eſt ſequela ad il
c lũ. pro hoc etiam facit quia ⁊ cõfeſſio [c] facta extra iudicium pre
8 iudicat. alle. de exceſ. prela. c. ꝙ̃ ſit facit qḋ no. per Jnno. de elec.
per inquiſitionẽ. cõtra hoc dictũ facit. l. pe. ⁊ qḋ ibi no. de q̃ſtio.
cogi. ¶ Gl. ad ſententiam. oppo. ꝙ alter iſtorũ ſolus poſſit fer
re ſententiã ſi alter ſolus proceſſit licet deberẽt cõicare ꝓceſſus
quãdo quilibet ꝓceſſit licet diuiſim. vt in extrauagã. Benedicti
ex eo ꝙ ſoluit gl. illud verum hodie. olim ſecus per hũc tex. fa-
tetur ſtã ꝙ ſi eſſent in diſcordia in ſententiando adeundus erit
papa prout habet in decre. ꝑ hoc. de. e. in. vj. ¶ Gl. contra eos.
querit nunqd alter iſtorũ ſine altero poterit ferre abſolutoriã
pro inquiſito. Rñdet glo. ꝙ ſic ſi alter ſolus proceſſit qꝛ ſic erat
de antiquo iure vt dixi in priori. glo. ſed hoc non reperitur hoc
caſu mutatũ qñ agitur de abſolutione ſed ſolũ qñ de cõdemna-
tione. igit ⁊ cetera arg. de elec. ſtatutum. in. vj. facit qḋ not. in ſi-
mili. xij. di. preceptũ. iij. q. vj. accuſatus. cũ gl. cõcor. Pau. Ste.
hic tenet cõtrariũ vt refert hic Jo. an. in addi. Mouet per re-
gulã illã qui põt ligare põt ⁊ abſoluere. xxj. di. inferior. ⁊ qḋ ibi
no. facit de pe. di. j. verbũ. Jtẽ quia nõ minus periculũ eſt in ab
ſolutiõe iniuſta ꝙ̃ in cõdẽnatione vt probat hic in. §. verũ quin
immo videt maius ꝓpter periculũ hui' peſtis. Nõ ob. qḋ not.
per gl. in. c. preceptũ. qꝛ nõ eſt vera. Jtẽ non ob. c. accuſatus. et
qḋ ibi no. qꝛ immo facit prout patet ex no. ⁊ ꝑ Archi. ⁊ ſic reſi-
det Jo. an. ⁊ hec pars videt verior licet forte gl. ſit verior ꝑ no.
in ſimili per gl. ff. de iudi. l. heres abſens ⁊. l. oẽm ⁊ per glo. in. c.
j. de ele. vel mo. in. vj. ⁊ in. c. licet canon. ⁊ de elec. e. li. ¶ Glo. va
cante querit quid ſi ſedes ep̃alis quaſi vacet vt in caſu decre. ſi
epiſcop'. de ſu. ne. prela. in. vj. puta; quãdo epiſcopus eſt capt'
a ſciſmaticis vel paganis. Reſpondet idẽ dicendũ qꝛ eadem eſt
ratio. Secũdo querit quid ſi promiſſum eſt de ep̃o ſed nondum
põt adminiſtrare qꝛ nõdũ habet literas. iuxta extrauagã. Bo-
nifacij iniuncte. Reſpondet idẽ dicendũ quo ad hoc vt capitu
lũ habeat iuriſdictionẽ. alle. de tranſac. c. ij. vbi paria ſunt quem
non eſſe vel inhabilẽ eſſe. ſimilẽ habes tex. in. c. fraternitatis. de
9 fri. ⁊ male. cũ ſimilibus ⁊c. ¶ † Glo. capituli. inducit tex. ad q̃-
ſtionẽ illã nũqd capitulũ ſede vacante poſſit viſitare ⁊ conſe-
quẽter debeat procurari. gl. remittit primo de materia ad not.
per Joan. mo. de ſup. neg. p̃. c. eccleſia ⁊ per Archi. eo. ti. ſi epi-
ſcopus in. vj. ſecundo alle. pro ⁊ cõtra. Deinde recitat opiniões
Ultimo cõcludit ad partẽ affirmatiuã qḋ poſſet allegat quia in
iuriſdictionalibus capitulũ ſuccedit epiſcopo ſede vacante. de
ma. ⁊ obe. cũ olim. cũ ſimilib' ſed ep̃s hꝫ hãc iuriſdictionẽ. igit
⁊c. Scḋo qꝛ alias ſequeret abſurdũ. ſ. ꝙ tẽpore vacatiõis rema
nerẽt oĩa incorrecta. Tertio pro hoc facit decre. eccleſia prealle.
vbi viſitator datus a metropolitano hoc põt. qḋ patet qꝛ cert'
caſus excipit in quo non põt id qḋ poteſt epiſcopus. facit. ff. de
fun. inſtru. l. queſitũ. §. deniqꝫ neratius. xxxj. q. iiij. dixit ergo. e.
modo dicemus in capitulo ſede vacante. tenet argumentatio ⁊
cõſequentia ſeu equiparatio quia nil habet metropolitanus ſe
de epiſcopali ſuffraganei vacante niſi de iure tranſfuſo de capi-
tulo in metropolitanum. vt ibi patet. facit qḋ no. de hereti. ad
abolendã. per Jnn. in contrariũ alle. gl. ꝙ nõ reperitur expreſ-
ſum in iure ꝙ hoc cõpetat capitulo. ergo nõ eſt ei attribuendũ
de tranſla. c. ij. ſecundo ad hoc facit quia licet capitulũ cõſeruet
iura epiſcopatus ⁊ ius reddat accuſantibus ⁊ denũciantib'. xij.
q. ij. caritatẽ. nõ tamẽ viſitat ſed ille qui dat a papa. lxj. di. obitũ.
ibi hoc videt apte probari ꝙ eccleſia vacãs deſtituit a viſitatio
ne. ⁊ ſic capitulũ nõ habet dictã poteſtatẽ. Ad illud tamen. c.
dicit Arch. reſponderi poſſe ꝙ illud verbum deſtituere nõ re-
cipit viſitationẽ ſed vacationem eccleſie. ſicut in ſimili. de elec.
eccleſia. j. ⁊. ij. an pri. Ultimo pro hac parte negatiua facit qꝛ ca
pitulũ eſt neceſſarius ⁊ nõ voluntarius adminiſtrator. ⁊ ſic per
cõſequẽs nõ debet poſſe id qḋ adminiſtrationi neceſſe nõ incũ-
bit. ⁊ per cõſequens nõ debet poſſe viſitare. Quid dicendũ eſt
glo. his allegatis dicit ꝙ Jo. mo. tenet hanc ſecundam partem
Archi. vero nõ eligit expſſe. tamẽ videt plus concordare cũ pri
ma parte ⁊ in illã inclinare ꝙ̃ in ſecũdã. ⁊ pro hac parte prima
gl. dicit ꝙ bene facit ꝙ iſte nõ eſt actus preiudicialis ep̃o ſicut
eſſet actus collationis beneficiorum vel alienatio perſonarũ ⁊
rerũ. de quibus de ma. ⁊ obe. olim. lxxj. di. fraternitatis. xij. q. ij.
ſi qua de rebus. ergo debet eſſe ꝑmiſſus. gl. finaliter dicit ꝙ hic
articul' prout ⁊ multi alij in hac materia qñ ſuccedat capitulũ
in iuriſdictione epiſcopi ſede vacante egeret deciſiõe tñ cõcorda
ri poſſunt opi. qꝛ volẽs tenere opi. Jo. mo. põt illã dicere verã
in gñali viſitatiõe ciuitatis ⁊ dioceſis. Opinio contraria habet
locum

locũ in ſpeciali viſitatione vel inquiſitione cõtra pſonas vel lo-
ca hoc idem tenet Pau. dicens ꝙ opi. Jo. mo. procedit in ge-
nerali viſitatione illa Archi. in ſpeciali. Ste vero hoc dicit ſi q̃-
ritur quãdo fiat deuolutio a prelato ad capitulũ eſt aduertẽdũ
qꝺ aliquãdo faciebat aliquid p̄latus per ſe tantũ. ⁊ tunc illo de-
functo faciat ille a quo habebat. vt eſt videre in archidiacono
qui hꝫ ab epo. nã mortuo archidiacono exerceret eps. de ma. ⁊
obe. his que. Si aũt faciebat p ſe illa q̃ ab alio nõ habebat ſed
faciebat alius ſuo iure. Exemplũ ſi archidiacon⁹ fundauit eccle
ſiã de bonis archidiaconat⁹ tũc ſucceſſor ſuccedit in iure preſen
tandi non eps. ⁊ hoc in p̄lato inferiore epo. in epiſcopo autẽ di-
cit ꝙ iuriſdictionalia de epiſcopo ad capitulũ deferunt. de ma.
⁊ obe. his que. ⁊ c. cum olim. ⁊ ſimiliter cũ beneficiorũ collatio
ſpectabat ad vtrũqꝫ ſimul. alias ſecus. alle. ne ſede vacan. c. vno
in. vi. Nunquid autẽ capitulũ ſede epiſcopali vacante poſſit p-
mutare beneficia. tãgit hic Pau. de quo vidiſtis per gl. in cle.
j. de re. permu. ⁊ cõcludit ꝙ ſic ſi ad epiſcopum ⁊ capitulũ ſimul
ſpectabat collatio vtriuſqꝫ beneficij vel ſpectabat ad tertium qꝛ
talis auctorizatio eſt iuriſdictionis. ſecus ſi ad epm tantũ ſpecta
10 ret collatio vtriuſqꝫ beneficij vel alterius tãtum. ¶ † Gl. requi-
ſierint in prin. colligit ex litera ꝙ par põt requirere parẽ intelli
go extraiudicialiter. alias ſecus. vt no. de offi. dele. cum cauſa. in
a prima gl.ᵃ Et qꝛ iuriſdictionẽ nõ habet par in parẽ. de elec. inno
tuit. ⁊ per cõſequẽs nõ poteſt citare. ⁊ hoc tenet hic Pau. Dein
de glo. querit nunquid ſufficiet vna requiſitio. an vero requirã
tur plures. Reſpondet gl. ꝙ ſufficit vnica cũ hec ſit extraiudicia
lis vt dixi faciat qꝺ no. gl. xviij. di. ſi epiſcop⁹. in vlt. gl. ⁊ qꝺ no.
Jo. an. de iureiurã. ego. n. facit qꝺ vidiſti in cle. j. de deci. ⁊ cete-
ra. An aũt in requiſitione ſit neceſſe terminum exprimi de quo
hic dicit ꝙ nõ quia a iure ſubintelligitur ⁊ ſtatim ipſo iure cur
rit. facit de exce. prela. in. vj. ⁊ ſ. de deci. cle. j. ⁊ qꝺ ibi no. cũ glo.
concor. Pau. alle. de elec. c. j. ⁊ de reſti. ſpo. frequẽs. in. vj. idẽ te
13 net zen. ¶ Gl. ipſo iure op. ꝙ † id qꝺ eſt factũ nõ poſſit ipſo iu
re fieri infectũ quia facta nõ poſſunt fieri infecta. ff. de captiui.
b l. in bello. §. facte.ᵇ Soluit hoc fieri quo ad iuris effectũ vel effi
caciam vt ſic ipſo iure nullius ſit efficacie vel valoris. ſed quo ad
ſubſtantiam facti non quia ſi quis eſt ſemel tortus de facto vel
carceratus hoc non poteſt nõ fuiſſe per hoc dicit glo. ꝙ ſi aliqd
eſt attentatum ꝙ non eſſet meri facti. puta aliqua interlocuto-
ria lata quem carcerari in duro carcere debere vel torqueri illa
eſſet nulla ipſo iure ad hoc quia ſeruuit a tali interlocutoria poſ-
ſe appellari ante ſententiam licet alias non appelletur regulari
c ter ante ſententiam diffinitiuamᶜ ⁊ hoc ideo eſt quia non poſ-
ſet reparari grauamen per appellationem a diffinitiua. facit de
appel. ſuper eo. ij. ⁊ ff. de appel. recipiẽ. l. ij. cũ ſimilibus. ¶ Gl.
conſenſum colligit ex litera paria eſſe committere vices ſuas vel
conſentire college vt procedat primũ. Cõtra qꝺ oppo. de no. de
fo. cõpe. ſignificaſti. ſuper gl. ſi. de eccle. edifi. ad audientiã. ij. ſup
glo. prima. Soluit al. hic parificantur quo ad hũc caſũ in quo
ſufficit conſenſus vel diſſenſus ſecundũ zen. Tamen reuera di-
uerſa ſunt cõmittere vices ſuas alteri ⁊ illi cõſentire vt pcedat.
quia primo caſu procedit etiã vice ⁊ nomine cõmittentis in ſe-
cundo ſecus. Hinc eſt etiã ꝙ in electione primũ eſt licitũ abſen
ti nõ ſecundũ de elec. c. ſi. in. vj. ⁊ idẽ zen. An autẽ delegat⁹ epi-
ſcopi vel capituli ſede vacãte poſſit cõmittere. ⁊ ſic delegare vi-
ces ſuas. Reſpondet ꝙ nõ facit. l. a iudice. C. de iudi. ⁊ quod ha
betur de appella. cũ cauſam ſed põt bene cõſentire vt inquiſitor
procedat ⁊ ppter hoc forte hic poſita fuit hec diſiunctiua. Ad
uertendũ tamẽ quia vt dicit gl. alterũ iſtorũ. ſ. conſentire vel cõ-
mittere vices ſuas eo caſu quo fieri poteſt debet fieri infra octo
dies poſt requiſitionẽ. eis aũt elapſis neutrũ eſt neceſſariũ. vt
14 patet ex tex. ſcdm glo. Jdẽ zenꝫe. † Sed querit hic Paul. nun-
quid ſufficit hic conſenſum preſtare ex poſtfacto intellecto quan
do infra octo dies eſt proceſſũ. videtur ꝙ ſic per no. per Jn-
d no. de cõſue. cum conſuetudinis vbiᵈ notabiliter dicit ꝙ vbi re
quiritur cõſenſus non refert an ante vel poſt interueniat. ſecus
vbi requiritur auctoritas ad hoc de iurepatro. cura. Jn cõtra-
rium eſt veritas ſcdm. Pau. mouetur qꝛ ab initio ſna talis eſt
ipſo iure nulla ⁊ ideo nõ poteſt ex poſt validari de electio. audi-
tis. de reg. iur. nõ firmat. in. vj. ſecus dicit vbi actus nõ foret nul
lus ſed penderet ex ſolo cõſenſu. ⁊ ſic debet intelligi dictũ Jnn.
in loco preallc. Juxta predicta querit nunquid indiſtincte pro-
cedit iſte tex. ſiue epiſcopus ſeparatiꝫ procedat in negocio here-
ſis ſiue inquiſitore. ſiue ſimul procedant epiſcopus ⁊ inquiſitor.
Rñdet hic Mat. ꝙ tex. procedit qñ vterqꝫ p̄dictorũ ſeparatim
procedat. ſi vero ſimul pcedãt vel alter predictorum alio nullo
mõ procedẽte tũc dicit ꝙ ſi eps põt habere copiã inquiſitoris.
vel inquiſitor de epo qñ vult pcedere ad incarcerãdũ vel ſenten
tiandũ vel tormẽtandũ ⁊ tũc deberet requirere ⁊ expectare ſpa
cio octo dierũ: elapſo aũt termino a die requiſitiõis poterit per

ſe procedere. Si autẽ nõ põt habere copiã tũc procedere poteſt
etiã nulla facta requiſitione. nec etiã requiri debet tũc capitulũ
vincẽte epiſcopo. Quid aũt ſi diſcordẽt in tormentãdo qꝛ vn⁹ di
cit tormentãdũ alter nõ tormentandũ. Dicit Mat. ꝙ ſi id acci
dit ratione proceſſus qꝛ pceſſus ſunt varij ⁊ diuerſi tũc eſt ſtan
dũ his que habenť. ſ. de teſti. in noſtra. Si aũt id accidit ppter
iuris imperitiam qꝛ ſunt iuris ignari debẽt cõſulere peritiores
ſ. de vi. ⁊ hone. cle. quoniã. ⁊ de reſcrip. ſtatutũ. §. aſſeſſorem. in
vj. facit qꝺ no. ſ. eod. p hoc. ⁊ c. vt commiſſi. in. vj. in verſi. ſane.
15 ¶ † Glo. duas querit pro intellectu litere nunquid inquiſitor
⁊ eps poſſunt cõcordare in vno cuſtode tãtum ita ꝙ ſit vnus ⁊
nõ duo. videť ꝙ ſic quaſi hic dictũ de duob⁹ cuſtodib⁹ in caſu
in quo de vno diſcordẽt facit de appella. cũ ſpeciali. gl. tenet con
trariũ vꝫ ꝙ de vno nõ poſſunt cõcordare. ſed neceſſe ſit ꝙ ſint
duo. Mouetur. qꝛ hic non eſt prouiſum de duobus ppter di-
ſcordiã; ſed vt ſecurior ſit cuſtodia que fiet ſecurior per duos q̃
per vnũ ⁊ ſic ſatis ſonãt verba huius litere pro hoc optime fa-
cit. ff. de cuſto. reo. l. ſi. in prin. vbi dicit ꝙ duobus ⁊ non vni eſt
cõmittenda cuſtodia ⁊ per eandẽ rationẽ idẽ dicit glo. de mini-
ſtris cuſtodũ. de quibus hic dicit ꝙ debẽt eſſe duo ⁊ nõ ſuffi-
ciat vnus ⁊c. ¶ Gl. prouidebit eidẽ. querit de quib⁹ bonis pro
uidebit eps cuſtodi per ſe deputato. Rñdet qꝺ de ſuis reddit-
bus ⁊ nõ de parte prouentuũ deputata officio inquiſitionis vt
habetur in extrauagã. Benedicti. ex eo ꝙ. §. verũ. Jnquiſitor
vero prouidebit de prouentibus deputatis officio cuſtodi p ſe
eligendo ſecundum glo. Mat. vero hic dicit ꝙ epiſcop⁹ debet
prouidere ſuo cuſtodi ſic ⁊ ſuo vicario. alle. xij. q. ij. charitatẽ. ſ.
ne prela. vi. ſu. c. j. de reſcri. ſtatutũ. §. aſſeſſorẽ in. vj. Ex hoc pa
tet ſcdm zenꝫe. ꝙ carcerat⁹ nõ prouidebit cuſtodibus. qꝺ dicit
nõ eſſe dubiũ in deputatis ppetuo ad carceres qꝛ tales ſunt pri
uati bonis facit. l. cũ ſede. C. de eroga. milita. anno ſcdm zenꝫe.
Jdẽ Mat. dicens hoc intelligendũ de traditis carceribus pe-
nalibus cũ tales nihil habeãt breuiter in cauſa hereſis ſeruan-
dũ eſt qꝺ hic dicitur. in alijs ſeruanda eſt cõſuetudo qua ceſſan
te habes gl. in dicta. l. cũ ſepe que eſt lex finalis. qꝛ expẽſis eius
qui facit cuſtodiri illas tamẽ poſtea reſarcit cuſtodibus ⁊ ſic ſer
c uatur ⁊ cetera.ᶜ An aũt iuriſperiti vocati ad cõſilium poſſunt
aliquid recipere ab inquiſitore. remittit Mat. ad no. ſ. c. vt cõ
miſſi ⁊c. ¶ Glo. diuerſe. querit quare exigitur ꝙ in hoc carce-
re ſint due diuerſe claues. Reſpõdet ꝙ hoc igitur exigiť ne vn⁹
cuſtos poſſit ſine alio aperire qꝺ alias fieri poſſet ſi eſſent eedẽ
claues licet plures reſpectu vnius ſere tantũ prout q̃ñdoqꝫ cõ
tingit in pluribus conſocijs. ⁊ hic eſt intentus litere. Ex hoc no
tat hic Guil. ꝙ ſi plures ſunt domini eiuſdẽ caſtri tot erunt cla
ues quot domini. ſicut hic dicit de cuſtodia carceris. ⁊ ſic ſi vn⁹
habet plures portas ſimiliter ⁊ debet plures claues habere ar.
ſ. de ſepul. dudum. §. ſtatuimus. ibi numerus autẽ perſonarũ.
⁊ cetera. Nec ob. cle. plures. de iurepa. qꝛ ibi eſt ſpecialis ratione
ibi aſſignata. An aũt hic carcer debeat eẽ cõis epo ⁊ capitulo di
cit Guil. ꝙ ſic quia ⁊ cognitio cauſarũ criminaliũ vtriqꝫ eſt cõ-
munis. xv. q. ij. per totũ. ¶ Glo. ſubdelegare. opp. ꝙ cuſtos nõ
põt ſubdelegare vices alteri quia hic demandat certũ miniſte-
riũ ſine iuriſdictione in quo videť electa induſtria perſone ⁊ per
cõſequẽs non debet poſſe ſubdelegare. de offi. dele. c. ſi. Soluit
ꝙ hoc procedet ex ſpeciali pmiſſiõe huius decre. alias procede-
ret cõtrariũ. An aũt poſſit eligi miniſter per cuſtodem ſine epi
ſcopo vel inquiſitore. reſpondet glo. ꝙ ſic per hanc literaꝫ. Sed
aduerte querit hic Mat. de quo carcere hic loquať in iſto. §. ſa
ne. reſpondet dici poſſe ꝙ iſte. §. loquiť de carcere deputato ad
penã quia talis debet eſſe cõmunis epiſcopo ⁊ inquiſitori. non
aũt loquitur de deputato ad cuſtodiã. quia talem quilibet per
ſe habere poteſt ex quo quilibet poteſt per ſe taliter carcerare ⁊
ſic cuſtodire. dicit tamen ꝙ licet carcer penalis debet eſſe cõmu-
nis epo ⁊ inquiſitori. tñ interdũ poteſt eſſe nõ cõis ſed proprius
epiſcopo ⁊ capitulo. in quo predicti epo ⁊ capitulũ habent de
putare miniſtros. vt patet hic in. §. porro. ver. ⁊ qꝛ ſepe tunc tñ
debẽt tales miniſtri iurare coraꝫ inquiſitorib⁹ prout ibi dr. ipſe
aũt inquiſitor carcerẽ penalẽ proprium habere nõ põt per hũc
16 tex. ſed cuſtodialẽ ſic vt p̄dixi ⁊c. ¶ † Gloſ. tactis querit an eo
caſu quo de preſtandũ corporaliter iuramẽtũ ſufficiat iurare p-
ſentibus euãgelijs. an vero requiratur tactura put no. de elec.
vt circa. in gl. ij. li. vj. pro qua bene facit iſte tex. quidã tenẽt con
tra dicẽtes ꝙ in corporali iuramẽto ſufficit ꝙ interueniat ſen-
ſus corporalis puta viſus alle. xxv. q. vi. eps. Jtem dicit ſimili-
ter in poſſeſſione in qua transferẽda dicimus ꝙ requiriť actus
corporalis ⁊ tamẽ ſufficit ſenſus viſus. ff. de acqui. poſ. l. ꝙ in eo
§. ſi per venditorẽ. ⁊ l. j. §. pe. ⁊ no. in. c. ij. de conſue. Qꝛ glo. hoc
nõ obſtante tenet qꝺ dixi. ſ. ꝙ requiratur tactura nec ob. ſimile
de poſſeſſione. qꝛ ibi ideo illud cõtingit qꝛ tradẽs ⁊ accipiens il-
lud intẽdũt ⁊ ſic propter cõcurſuꝫ voluntatis duorũ. ſecus ſi poſ-

a ¶ Et qꝛ iuriſ
dictionẽ. addꝺ eſt
no p doc. i. l. eſt
receptũ. ff. ꝺ iu-
riſ. om. iud.

b ¶ Soluit h
fieri. adde glo.
no. in cle. j. i ỽ.
pro infectis. ſ.
de immu. ec. ⁊ ibi
dixi.

c ¶ Et hoc iꝺ
eſt qꝛ. Adde di
cta p bart. i. l. ij.
C. de epi. iudi.

d ¶ Vbi nota
biliter dicit ꝙ.
addꝺ bar. i. l. ſi
gs mihi bona
§. iuſſu. ff. de ac
qui. here. alex. i
cõſi. cvj. i. ij. vo.
alex. i cõſi. xxix.
in pe. col. in ſi. l
iij. vo. fel. i. c. cũ
dilecta in. xiiij.
col. in pri. extra
de reſcrip. frãc.
cur. in cõ. xiiij. i
cip. viſo paulu
gno. ad finẽ. bar
ba. in cõſi. lviij.
lapi. pſalmiſta
in. xij. col. in. ij.
vol. ⁊ in cõſ. xij.
in. xxij. col. in. j.
vol. alex. in cõſi.
xv. in. v. vol.

e ¶ An aũt iu
riſpériti. Addꝺ
pano. in. c. cũ
ab omni de vi.
⁊ ho. cle.

a ℂ Ex hoc igi-tur patz. Adde bar.⁊ doc. in.l. ſi alterius'. C. ſi mi. ma.ſe eſſe dixe.

ſeſſio eſſet vacua prout no.in iuribus preall. Jn iuramento an-tē in quo ſolus iurantis intētus verſatur ceſſat hec ratio.[a] Ex hoc igitur patet ꝙ in iuramento requirit̄ tactura vbi hoc in iu-re exprimitur vt hic vel vbi dicit̄ ꝙ corporaliter pſtetur. Mat. dicit eſſe verū vbi dicit̄ expſſe de tactura vt hic.⁊.ij.q.v.pſbyter ⁊ de iureiur.de.j.§.ceteri.alias tenet ꝙ ſufficit iurare nō tactis euangeliis.ar.huius tex.a cōtrario.nec ob.de iura.calū.ca.ſi.xj. q.j.nō flagitetur qꝛ dicit ſpeciale in epiſcopo ꝙ non teneat̄ tan-gere licet alias requiratur tactura.ſed tutius eſt tenere glo.cuꝫ qua concor.hic Pau.ſed quid in dubio.reſpondet gl.poſt Jn-no.de iureiur.⁊ ſi chriſtus.ver.ꝙ aūt ꝙ ſi eſt iuramentū qđ pre-ſtatur ex pcepto iuris ſicut eſt videre in multis in iuramento ca-lumnie veritatis teſtium ⁊ ſimiliū ſiue deferant̄ a iudice ſiue a parte dummodo ex neceſſitate pcepti iuris. Jdē eſt dicendū.ſ. ꝙ preſtari debeant tactis ſcripturis alias aūt ſi ex volūtate pre-ſtetur poſſunt preſtari ſine tactura.facit qđ no.xxij.q.j.in ſum-ma.videtur.tamē ꝙ ſi tūc preſtetur corporaliter magis obliget vt patet in.l.iij.C.ſi mi.ma.ſe dixe.facit.ij.q.v.quāto.patet igi-tur ex predictis iura varie loqui in hac materia qꝛ quedaꝫ iura dicūt ſimpliciter debere iurari quedā dicunt iurandum ſup ſan-cta dei euāgelia.quedā vero addūt etiaꝫ tacturā de hac vltima ſpecie patet hic.⁊.j.q.vij.quotiens.⁊ de.romani de iureiuran. in ver.porro.⁊ de frigi.laudabilem.de prima ſpecie patet de in-reiurā.per totum.⁊.eo.ti.in.vj.de teſti.preſentium.⁊.c.pe.cum aliiſ ſi.alle.in glo.de ſecūda ſpecie patet de hereti.ad abolendā §.ſtatuimus.cum concor.alle.in gl.de tertia ſpecie patet.de pur-ga.cano.quotiens. An autē in omnibus predictis ſpeciebꝰ re-quiratur tactura patet ex predictis qꝛ certū eſt ꝙ ſic in ſecunda ⁊ quarta ſpecie ⁊ ſimiliter in tertia. Jn prima vero idem dicen-dū ſi ex precepto iuris ſeu ex neceſſitate preſtetur.ſed an eo caſu quo requiritur tactura requirat̄ etiā ꝙ tangātur ſacra euange-lia.reſpondet gl.ꝙ cōſuetudo apud italicos interpretat̄ ꝙ non ſed ſufficit tāgere quēlibet librū vel quālibet ſcripturā.qđ glo.ſa-tis credit procedere quādo non fit mētio de tactura euāgeliorū licet fiat mētio de corporali iuramēto.ſecus vbi fieret mētio de tactura euāgeliorum vt eſt in caſu iſto. ℂ No.bene iſtā gl.ſingu-larē in materia preſtationis iuramenti.cū qua concor. Pau. ⁊ adde aliā gl.que eſt in.ij.c.vt circa ⁊ in aūt.iuſiurādū qđ preſta-tur ab his in prin. ℂ Glo.ponendorū.op.ꝙ iuramentum non trahit ad futura.ſ.de iureiur.c.pe. Sol.gl.ideo hoc qꝛ ſi expri-mitur.alias ſecus vt ibi ⁊c. ℂ Glo.ſecreto.alle.cōcor. deinde li-mitat tex.procedere niſi aliter cuſtos vellet loqui de non ſecre-tis in abſentia alterius cuſtodis qꝛ tunc poſſet.nec ſic amare in-telligenda eſt hec litera.vt in hoc contrariū velit.facit qđ habe-tur in ſimili.in.l.ſi id qđ.§.ſi quis.ff.de dona.inter viruꝫ ⁊ vxo. tutius tamē puto ꝙ nullo caſu loquat̄ ſine altero ne detur mate-ria fraudes excogitandi. ℂ Glo.diminutionē.notanda eſt con-tra miniſtros infideles qui ſemp certā parteꝫ de his que obue-niūt ad eoꝝ manꝰ ſubtrahunt facit qđ no.gl.j.q.j.chriſtus.xiij. q.j.§.ij.⁊.§.ad hec ver.ſed videte.⁊ quod no.glo.in.l.iulianus ff.de actio.emp.⁊.C.qui.ad liber.procla.non li.l.ſi. ℂ Glo.pre-dicto crimine.colligit a cōtrario ꝙ cuſtodes carceris epiſcopa-lis nō iurāt inquiſitoribꝰ de incarcerandis pro alio crimine ꝙ̄ hereſis. Glo. deputādi querit̄ quid ſi epſ habet carceres epales ⁊ capitulū etiā habet ſuos carceres.an ſede vacāte poterit incar-carerare in propriis captos pro hereſi.reſpondet ꝙ nō p hunc tex.⁊c. ℂ †. Glo.notarij.querit an exiſtens in ſacris vel religio-ſus poſſit eſſe notarius ad hoc officiū notariatus inquiſitōis Reſpondet ꝙ ſic.alle.qđ habet̄.ſ.c.vt cōmiſſi.§.ad ſcribēdas in.vj.ſecus videt̄ in alio negocio per ibi no.⁊ne cle.vel mo.in.c. ſicut te.licet poſſint perficere tūc ante ſtipulata ⁊ rogata. ℂ Gl. iurabūt opp.[b] ꝙ ſufficere debet iuramentū pſtitū in principio creationis notarij cū ſepius nō ſit iurandū.de iureiur.⁊ ſi chri-ſtus. Soluit hic ſpeciale propter magnitudinē criminis ⁊ fauo-rem fidei.de preſcrip.ad audientiā.de forma aūt iuramenti qđ preſtatur in creatiōe notarij habet̄.ſ.ne cler.vel mo.ſicut te ⁊c. ℂ Jn ver.verū quia glo.obtenta.querit quid ſi timore vel pro-pter vitare ſcandalum omittit inquiſitor facere que hic dicun-tur.reſpondet ꝙ nō incurrit penā de qua hic ſed demū quādo amore vel odio vel cauſa lucri vt hic dicit̄ facit de preſum.nōne Et no.bene vt dicit gl.ſequēs ꝙ vt locū habeat hec pena vltra predicta requirit copulatiue ꝙ faciant cōtra iuſtitiā ⁊ cōtra cō-ſcientiā.ſimile habetur de reg.iu.cū eterni.in.vj.⁊c. ℂ Glo.eo ipſo querit nunquid cōſtitutio. eccleſie militantis poſſit ligare crimē occultum ad penam ſuſpenſionis ⁊ excommunicationis. rñdet gl.ꝙ ſic per hūc tex.ad idē alle.de ſta.mo.cle.j.§.qꝛ vero. ⁊.j.de pe.cupientes.§.qꝛ vero.nec de hoc eſt mirandū quia di-cit glo.ꝙ etiaꝫ hec reprobantur p multa iura ſcti.⁊ per multa iura antiqua decretaliū que gl.alle.vnde nō inſiſto ex hoc gl.di-cit forte indubitatū illud qđ alibi Archi.habet pro dubio.⁊ diſ-

18 putationi relinquit † nunquid enim hereticus oīno occultus eſt excōmunicatus.videt̄ ꝙ ſic per predicta.⁊ hoc tꝫ Jo.xxiij. q.j.in ſumma.⁊ in gl.ſe.⁊ de pe.di.j.cogitationes.⁊ hoc placet etiā Hoſ.⁊ Ray.in ſuis ſummis.in cōtrariū tamē alle.xxxij.di. erubeſcant.⁊ qđ ibi no.cū multis aliis ſimilibus alle.in gl. Jteꝫ qꝛ eccleſia nō ſcandalizatur ex volūtate que nō procedit in actū xxiij.q.ij.deus propter hoc quidā dicere voluerunt ꝙ per cla-uē eccleſie nō poſſunt ligare omnino occulta niſi ſint lege diui-na damnata vt eſt vſura in qua dānatur etiā ſpecies occulta. de vſu.cōſuluit. Alij vero dixerunt ꝙ ſi factū eſt publicuꝫ ⁊ noto-riū.ſed occultū eſt quis fecerit bene pōt tunc eccleſia ligare.ſecꝰ ſi etiā factū ſit occultū.allegāt iſti.v.q.j.quidā de offi.ordi.ſi ſa-cerdos. Qꝛ quicquid dicatur vtraqꝫ iſtarū opinionū eſt cōtra iura ſuperius alle.in prin.⁊ ideo gl.concludit de plano fore fatē-dū ꝙ cōſtitutio eccleſie militantis ligat omnino occulta.fatetur tamen ꝙ tribunal eccleſie nominatim de talibus nō iudicat ſed demū quādo iudicat per hominē iudicat hoīem noīatim.⁊ idō eccleſia prout eſt collectio fideliū tales oīno occultos ligatos ꝑ eccleſiā militantē habet pro ſolutis ſeu nō ligatis alle.de ſen. ex-com.a nobis.ij.⁊ ſic loquuntur ea que ſunt circa hoc in contra-riū alle.ſed quo ad deū tales ſunt ligati ⁊ etiam reſpectu eccleſie militantis.cū glo.cōcor. Pau.⁊ Ste. ℂ. Glo. excōmunicatio-nis ſnia.querit de ſuſpenſiōe de qua hic ꝓmiſit an ab illa poſſit inferior a papa abſoluere. videt̄ ꝙ ſic nihil enim dicit de ea ſed ſolū de excōmunicatiōe.ergo ⁊ cetera ar.de ſen.excō.nuper.glo. tenet cōtrariū.nec ob.ꝙ nihil dicit hic de ea qꝛ non fuit expedi-ens ex eo qꝛ cum haberet tpſ determinatū nō pōt ſuperiorē in-ferior a papa abſoluere.de electio.cupientes.§.certuꝫ.⁊ ibi no. in glo.eſt igit̄ in.vj. Si aūt tpſ hic nō fuiſſet determinatū in ſu-ſpenſione tunc dicit gl.ꝙ fatendum eſſet contrariū.ſ.ꝙ ſuperio-rē inferior a papa poſſit abſoluere.ex quo hoc nō reſeruat̄ pa-pe abſolutio a ſuſpenſione.ar.c.nuper preal.ij.⁊.j.de priui.cle. j.facit qđ no.de regu.non ſolum.in.vj.⁊ de ſolu.in.c.ij.in ſi.per Jo.an.ſecus ſi reſeruatur pape abſolutio qꝛ tūc indiſtincte infe-rior a papa nō abſoluet.de teſti.tam literis.in fin. ℂ Not.bene glo.iſtā cū remiſſionibus ſuis pro limitatione glo.§.ceterū.de

c ele.cupientes ⁊ declaratione.c.nuper.[c] Quid autē hic cōtinea-tur appellatione romani pontificis.dicit Lap.ꝙ perſona non dignitas.alleg.no.per Arch.de reſcrip.ſi gratioſe.in.vj.per qđ infert ꝙ hec abſolutio ab excōmunicatiōe poterit fieri a papa viuente vel ab eo cui cōmiſerit.non aūt a collegio cardinaliū ſe-de vacante in cle.ne romani.de elect.ſecus dicit in alio collegio quia ſuccedit plato in poteſtate abſoluendi ſede vacante.de ma.

19 ⁊ obe.c.vno.in.vj.⁊c. ℂ Gl.articulo.querit quare in mortis ar-ticulo pōt inferior a papa abſoluere. Rñdet ꝙ iſte caſus ſemp excipitur de abſolutiōe reſeruata pape.⁊ hoc ꝓpter periculum mortis.facit.j.c.prox.⁊ de offi.or.paſtoralis.⁊ ibi no.an laicus in tali caſu poſſit abſoluere.dic vt ibi ⁊c. ℂ Glo.⁊ tunc op.ꝙ ex

d quo eſt in mortis articulo ꝙ non ſit neceſſaria ſatiſfactio[d] ſed ſufficit cautio qua pſtita poteſt abſolui.j.c.prox.ſ. de ſen.excō. a nobis.⁊ de ſepul.c.ſi. Soluit glo.hoc intelligendū qñ adeſt fa-cultas ſatiſfaciendi ⁊ tpſ patit̄.alias ſecus vt in cōtrario. Tra-ctat hic Pau.an inquiſitor poſſit ſubſtitutum dare de quo per glo.j.c.prox.⁊.j.dicet̄. Nam dicit Pau.primo per hunc tex.§. porro.ver.qꝛ hic patere ꝙ inquiſitor poteſt dare ſubſtitutū. di-cit tamē ꝙ ſi tenemuſ inquiſitores fore delegatos prout probat̄ ſ.eo.per hoc in.vj.quia tales ſubſtituti nō ſunt vicarij nec ha-bent ordinariam ſed ſunt delegati ⁊ habent delegatam. Cōtra primū dictum opp.de.c.vt commiſſi.ſ.e.in.vj.vbi permittitur ꝙ inquiſitores committant citationes ⁊ ſententiarū denuncia-tiones.⁊ ſic per cōſequens a cōtrario videt̄ ꝙ alia cōmittere nō poſſunt.arg.C.de pcur.l.maritus.⁊.ſ.de preſump.nōne.⁊.ſ. de tranſla.prela.c.ij. Soluit ꝙ in decretali vt cōmiſſi.non debet ſumi ar.a cōtrario ſenſu qꝛ eſſet peiorꝰ ⁊ cōtra hāc cle. Jdeo au-tē affirmatiue ibi loquitur cōcedendo ꝙ illa duo poſſit commit-tere quia tantū de illis duobus fuit queſitum ⁊ quia magis du-bitabat̄ maxime de citatione cū ante illam non ſit fundata iuriſdi-tio. Nunquid autē vicarius generalis epiſcopi vel capituli ſede vacante habeat hāc poteſtatē procedēdi ſuper crimine hereſis. dicit Lap.ꝙ non quia requiritur ſpeciale mādatū ⁊ in hoc erit tūc delegatus licet in aliis ſit ordinarius.⁊ ideo ſi in hoc crimi-ne appelletur a vicario habēte ſpeciale mandatum appellabit̄ ad delegantem epm vel capitulū ſede vacante ſcđm Lap. facit qđ no.in.c.ij.de offi.vica.in.vj.per Joā.de ſancto geor.⁊ Lap. ℂ Jn.§.veruꝫ.querit Guil.quid debeāt in dubio facere inqui-ſitores ⁊ epſ.reſpondet ꝙ licet in aliis criminibus in dubio tu-tius ſit nocentem abſoluere ꝙ̄ innocentē condēnare.ff.de pe.l. abſentem.tamen in hoc crimine in dubio pſumendū eſt pro he-reſi propter penitentiā imponendā ſeu quo ad effectū peniten-tie imponēde.de preſump.literas.ſicut ⁊ in ſimili regulariter ⁊ in omnibus

b ℂ Qđ ſuffice-re dꝫ iuramētū qđ aūt notariꝰ iurare debeat i creatione. hēs tex.in.c.ad au-dientiā circa ſi.ex-tra de preſcri. ⁊ gl.in.c.qñ cō-tra in glo.iij.ex-tra de proba.

c ℂ Quid aūt. Adde que dicū-tur p imo.l.de. qꝛ cōtingit.l.iij. co.ſ.de reli.do.

d ℂ Sꝫ ſufficit Adde notata i cap.ꝙꝙ.6 vſu. in.vj.

in omnibus caſibus tangentibus periculū anime. de homi. ſignificaſti. Mat. vero hic dicit qd quo ad procedendū cōtra diffamatum ſufficit leuis probatio. nam quo ad probandā ſuſpitionē vel infamiā ſufficit leuis pbatio. C. de here. l. ij. de pſump. literas. ſed quo ad effectū condēnationis ferende ſecus quinimmo plus dixerunt quidā q quo ad talē effectū nō ſufficiūt duo teſtes in cauſa hereſis. alle. ſ. eo. excommunicamus. §. adijcimus & hoc no. Hoſt. in ſumma eo. ti. §. qualiter. vbi dicit q iniquū videbatur q de tanto crimine dānaretur ex dicto duorū teſtiū. Sed in contrarium facit. ſ. e. vt officium in. vj. breuiter Jo. de lig. dicit q non eſt dubium q per vnū teſtē & famam quis non pōt dānari de tāto crimine. vt no. de teſti. tā literis. vidē Mat.
a j. c. prori. alleg. no. de teſti. veniens. per gl.[a] & ſimiliter nec ex preſumptione de preſum. literas. tamen videt q poſſit dānari per dicta duorum teſtium. ad hoc qd no. Inn. de ſimo. ſicut vbi dicit q licet in alijs criminibus requirant probationes luce meridiana clariores. tamē in crimine hereſis ſufficiunt minores. C. de hereti. l. ij. & q ſcdm eū leuia ſigna ſufficiunt ad pſumendū quē hereticū. de preſum. literas. certe hoc dictū Inn. intelligo ſe
20 cundū no. in. d. l. ij. & ſcdm dictū Guil. † Iuxta predicta querit an ſuſpectus de hereſi cōtra quē probatum eſt de hereſi per vnum teſtē poſſet tormētari. dicit Mat. q ſic alleg. no. in. l. iij. C. ad legem iul. ma. ad hoc q hoc crimen equiparatur crimini
21 leſe maieſtatis. ſ. e. vergentes. xv. q. vj. in ſumma. † Quid ſi teſtis accuſatus de falſo examinatus a notario dicit aliter dixiſſe q ſit ſcriptum. an crederet cōtra eū ſcripture tabelliōis. Spe. tꝫ q nō in ti. de inſtru. edi. §. reſtat ver. ſed quid. & hoc ideo q in criminalibus probationes debēt eſſe luce clariores. ij. q. viij. ſciant cuncti. ſecundum Mat. no. bene hoc dictū ſcdm Mat. per qd habes limitationē ad no. per Cy. C. de fal. l. ſi quis decurio. & per Inno. de proba. quoniā contra falſam. vbi dicunt in dubio ſtandū ſcripture tabellionis quia id videt habere locū in ciuilibus. ſecus in criminalibus quod bene no. ¶ Ultimo qd hoc qd dicit de hereticis. dicit Mat. pcedere in credentibus hereticis receptatoribus ac defenſoribus ac fautoribus. per. c. ij. ſ.
23 eo. in. vj. vbi q̄tum ad hoc pro eodē habent. † Querit Pau. hic an bona reuerſi ad fidem debeant confiſcari. Videtur quod ſic q talia ſunt cōfiſcata a die commiſſi criminis licet occupatio fieri non poſſet ante latā ſententiam ſuper crimine. ſ. eo. cū ſecundū. in. vj. Jo. xxiij. q. vij. in ſumma tenet q ſunt ei reſtituenda etiā ſi ſunt occupata & hoc de miſericordia & ſic ſi nō ſunt occupata nō erūt occupāda ſcdm Pau. qd dictū eſt de occupatis intelligo verū niſi ſint in aliū trāſlata & alienata. ar. autē. idē de neſtorianis. C. de hereti. & no. in. l. ſi. C. de ſen. paſ. per Cy. & bar. & per gl. in. l. gallus. §. & quid ſi tantū. ff. de libe. & poſth.

☞ Inqſitor heretice prauitatis qualis etatis eſſe debeat & an
1 poſſit committere vices ſuas & nu. 6.
2 Extunc dictio quid importet.
3 Conſtitutio noua poteſt ligare ignorantes quo ad penā agitati licet non liget quo ad culpam & penam facientis.
4 Etas maior quare requiratur in inquiſitore q̄ in epo.
5 Inquiſitoris officium quis debet committere.
6 Inquiſitor an poſſit imponere penas pecuniarias applicandas officio.
7 Confiſcari non debent eccleſie bona propter delictū hereſis clerici ſed ſolū clericorum & quare.
8 Dictio etiam quid implicet.
9 Eccleſia habet fiſcum qui dicitur theſaurarius.
10 Armorum vſus eſt regulariter prohibitus clericis & laicis.

Nolentes ſplen. Quat-

tuor ſunt partes principales. q primo ponit cōſtitutionis cām & determinat etatē inquiſitoris. In ſcda ponit inquiſitores qui ꝓtextu officij extorquēt pecunias modis illicitis vel confiſcant bona eccleſiarū ob delictū clericorū. In tertia parte precipit notarijs officialibus & ſocijs vt hoc facientes reprehēdāt & ſuperioribus denunciēt ſi probare poſſunt. In quarta prohibet inquiſitoribus abuſū armorū & abuſū circa q̄titatē & qualitatē officialiū. ſcda ibi. inqſitoribus. tertia ibi notarij. q̄rta ibi porro. ¶ No. iuſtitiā obfuſcari per actus iprobos & indiſcretos
1 ¶ † No. qualis etatis debeat eſſe inquiſitor heretice prauitatis quia debet ſaltem attigiſſe. xl. annos. ¶ No. inquiſitores poſſe committere alteri vices ſuas. ¶ Nota q pretextu officij inquiſitionis non debet pecunia indebite extorqueri. ¶ Item no. q propter delictum clericorum. etiam hereſis non ſunt publicanda bona eccleſiarum. ¶ No. penam inquirentis de hereſi ꝓtextu officij indebite pecuniam extorquentis vel publicantis bona ipſa eccleſiarum propter delictum clericorum. Et not. caſum in quo tolluntur priuilegia. ¶ Item in verſi. notarij. not. q notarij & officiales officij inquiſitores & fratres & ſocij ſuorum commiſſariorum debent grauiter arguere & corrigere peccantes in predictis. in ſecreto tamen ſi ſecrete peccetur & ſi probatiōes habent debent etiam prelatis ſeu ſuperioribus ipſorum taliter in officio delinquentium ſolicite denunciare. Et no. quid ſiendū prelatis inquiſitoribus negligentibus punire taliter delinquentes. ¶ No. in. §. ſi. q inquiſitores non debent habere officiales
2 portantes arma niſi ſibi neceſſaria. ¶ † Glo.[b] extunc. alias ex
b tunc. querit de intellectu huius litere. Reſpondet q duplex poteſt eſſe ſenſus. vnus. q exponatur extunc. i. deinceps. & ſic noluit cōprehendere ꝓteritos inquiſitores ſed futuros. & hoc etiā eſt regulare conſtitutionis noue. vt in cap. fin. de conſti. Alius poteſt eſſe ſenſus q illa dictio extūc denotet extremitatē tpis vt ſic ſit intentio litere q ſtatim hec conſtitutio ligauerit ex tempore editionis eius non expectato termino duorū menſiū ab eius publicatione qd alias non eſſet. iuxta no. de conſti. c. ij. & in data. vj. libri: tenendo tamen hunc intellectum intellige quod liget ex tempore editionis ſeu promulgationis etiam ignorantes non quo ad penā culpe. ſed vt actus non valeat. facit de con
3 ſti. c. ij. ¶ † No. bene ex gl. q conſtitutio noua poteſt ligare etiā ignorantes quo ad penā agitati. licet non liget quo ad culpā & penā facientis. facit qd no. Paul. in prohemio huius volumi
c nis in. §. ſane. vbi idē tenet[c] in qualibet cōſtitutione poſt duos mēſes lapſos a publicatione ſi deſ iuſta & probabilis ignorātia vt q forte fuit apud ſarracenos. & hunc ſcdm intellectum ſequitur zenze. & Ste. ſequit etiā hic Pau. nō facta mētiōe de prima vnde exponit extūc. i. ab iſta hora i antea. & dicit q hic eſt moſtariū antiquorum non nouorum. credo q dici debeat econtra.
4 ¶ † Glo. quadrageſimū querit quare requirit maior etas in inquiſitore. quia. xl. annorū q̄ exigatur in epiſcopo in quo ſufficit etas. xxx. annorum. de ele. cum in cunctis. cū tamē eps etiā ſit inquiſitor. Reſpondet gl. q hoc eſt de arbitrarijs de quibus nō cogimur reddere ratiōē. de reſcri. ſi qñ. cū ibi no. Pau. hic dicit q ratio eſt q magis eſt iuri exoſū q inquiſitor ſit minoris etatis. alle. ſimile de dolo. c. j. melius facit. c. ſi. de tranſla. pla. & de. j. de re. eccle. non alie. vbi licet qd maius eſt & nō id qd eſt minus. q minus eſt magis iuri exoſum certe hoc nihil eſt quia nō declarat quare ſit magis exoſum iuri zenze. hic dicit q ratio potuit eſſe q etas epi erat iā ſtatuta tēpore huius conſtitutionis. ideo noluit illā mutare ſed etas inquiſitoris nō erat ſpecialiter ſtatuta. ideo propter arduitatē negocij limitata fuit prout hic dicit q in tali etate preſumit maior maturitas Uel dic ſecūdo ſcdm eum q maior etas ideo requiritur in inquiſitore q̄ in epo. q maior perfectio preſumit in epiſcopo q̄ in iquiſitore ex eo q eps eſt verus & paſtor perpetuus ſuarū ouiū. de offi. ordi. irrefragabili. non ſic autē preſumit in alijs. q ſunt tranſitorij tēporales & reuocabiles. v. q. iij. qui eps. & hec ratio ſatis bona eſt vel dic tertio ſecūdū eū q ideo in epiſcopo ſtatuta eſt etas. xxx. annorum. q xps in illa etate fuit baptizatus & predicare cepit lxxviij. diſtin. preſbyter. chriſti autē legatione fungitur epiſcopus xcj. di. in nono. ideo & cetera que ratio ceſſat in inquiſitore. Potestis dicere q ratio neceſſaria dari nō poteſt ſic intelligatis gl. ſed perſuaſiua. ſic intelligantur rationes zen. qui dicit q de iure antiquo hec etas. xl. an. requirebatur in eligenda in diaconiſſā xx. q. j. ſanctimoniales. Qualis autē etas olim requirebat in inquiſitore. dicit Pan. q olim exigebat & ſufficiebat etas q̄ requi
5 ritur in alijs iudicibus. de qua de offi. dele. cū viceſimū. ¶ † Gl. committi. querit quis habet cōmittere officium inquiſitionis. Reſpondet q prelati prouinciales vel miniſtri eorum ordinū quibus a ſede apoſtolica conceſſa eſt deputatio taliū inquiſitorum. Iuxta hoc querit glo. quid ſi eps vel capitulū ſede vacante committit alicui hoc officiū an exigatur q ſit etas. xl. an. talis cui cōmittitur. reſpondet q ſic per hāc literam que indiſtincte loquitur. ſed quid ſi ſiat cōtra hanc cōſtitutionem in hoc q cōmittitur hoc officium minori. xl. annis. reſpondet glo. q certū eſt q puniri debent cōmittentes quia tranſgrediūtur hanc cōſtitutionē que eſt precepti. facit qd no. de elec. in generali. in. vj.
d §. illos. in vit. glo.[d] Sed dubiū eſſe poteſt an teneat cōmiſſio q hic non apponitur decretū. glo. dicit q videtur dicendū hoc nō obſtante q nō tenet commiſſio. alleg. pro & contra qd not. de de. licet canon. in. vj. & quod ibi no. in gl. ij. Pan. hic aperte dicit q non tenet cōmiſſio vt pote facta contra legem. x. di. vides. C. de legi. non dubium. & nihilominus puniri dꝫ cōmittens &c.
6 ¶ † Gl. ipſorū cōmiſſarijs reuocat in dubiū. nūquid inquiſitores poſſint alteri cōmittere vices ſuas. vr q nō duplici ratione prima per tex. ſ. e. vt cōmiſſi. vbi ſolū permittit cōmittere citationes & ſitarum denūciationes. & ſic alias vr negare. arg. C. de procur. l. maritus. & de preſump. nōne. & de tranſla. prela. c. ij. facit de offi. dele. c. ſi. in. vj. vbi conſeruatori ſolū duo dicta ꝑmittunt cōmittere. Scdo q electa vr induſtria pſone. ergo & cetera de of-

a ¶ Et ſic nec ex pſumptione. An aūt in crimine falſi debeat qs cōdēnari ex pſumptione ponit alexā. in cōſ. lxxvij. in. ij. co. ver. corroboratur in. j. vol.

b ¶ Ex nūc de iſtis vbis vide bar. i. l. ſi ita ſtipulatus. ff. de vb. ob. in prin. bal. in. ca. j. de mili. vaſ. q cōtu. eſt in vſi. feu. ale. in cōſ. lxxxij. in. ij. col. in fin. in. ij. vol. tex. & ibi gl. & imo. in de. j. de cōceſ. ꝓbend.

c ¶ In qualibꝫ cōſtōne. ad iſta gl. Addē pano. in. c. ij. in. ij. col. extra de cōſti.

d ¶ Sꝫ dubiū eſt. Adde bene facere que dicit fel. in. c. cū dilecta in. xvj. co. extra de reſcrip.

ſi.de leg.c.ſi.⁊.c.is cui.e.ti.in.vi. In cõtrariũ facit q: ſi dicimus
ꝙ inquiſitor habet ordinariã poteſtatẽ debet poſſe delegare. l.
imperium in ſi.ff.de iuriſ.om.iu.⁊ ſimiliter ſi dicimus ꝙ habe-
at delegatam.qđ dicit glo.verius per decre.per hoc.ꝫ.eo.ti. in
vi.licet pro ⁊ contra faciat decre.nec aliqui.e.ti.tamẽ adhuc po
terit delegare q: eſt delegatus principis ⁊ in actu iuriſditionali
⁊ ſic nõ ad nudũ miniſteriũ tantũ.⁊ q: per cõſequẽs debet poſ-
ſe committere vices ſuas.C.de iudi.l.a iudice.⁊.ꝫ.de offi.dele.
paſtoralis.in prin.⁊ quicquid diceret olim.de hoc eſt hic caſus
expreſſus.⁊.ꝫ.c.preſi.⁊ ita ſeruatur ſcđm gl.q: inquiſitores dãt
cõmiſſarios quos vocamus vicarios vel ſubſtitutos .facit.ꝫ.c.
preſi.§.porro.⁊.§.notarij.nec ob.decre.vt cõmiſſi.quia illa nõ
loquitur negatiue dicendo ꝙ non poſſit niſi illa duo cõmittere
prout loquitur in cõſeruatore decre.vlt.de offi.dele.in.vi.ſed lo-
quitur affirmatiue dicendo ꝙ illa duo poteſt.⁊ ſic non debet ſu-
a mi cõtrarius ſenſus ibi ꝙ alia nõ poſſet [a] q: reſultat prauus in-
tellectus cõtra hãc cõſtitutionẽ ⁊ precedẽtem.ideo aũt forte fuit
de illis duobus expreſſum.q: magis dubitabat q: ante citatio-
nẽ non eſt fundata iuriſditio ⁊ q: poſt diffinitiuã eſt funct⁹ offi
cio.⁊ ſic ante citationez nil videbatur poſſe ⁊ ſimiliter nec poſt
ſententiã.facit de offi.dele.paſtoralis.§.j.⁊.e.ti.in literis. ⁊ idez
tenet Pan.ꝫ.c.preſi.dicit tamẽ ibi ꝙ ſi tenemus inquiſitores
delegatos prout probatur in decre.preal.per hoc.ꝫ.eo.in.vi.ꝙ
tales ſubſtituti ab inquiſitoribus nõ ſunt vicarij proprie nec ha
bent ordinariã iuriſditionẽ. ſed delegati ⁊ habent delegatam.
¶ No.hinc ꝙ inquiſitores habent delegatã iuriſditionẽ ⁊ non
ordinariã. ⁊ quid de eorũ cõmiſſarijs ⁊c. ¶ Glo.commiſſarijs.
querit quid ſi epũs delinqueret in his que hic dicuntur.an hanc
penã incurreret dicit ꝙ nõ.quia de eo non exprimit hic.nec in
§.notarij.forte vt in hoc deferret dignitati epiſcopali.ar.de offi.
dele.c.ij.in.vi.fatetur tamẽ ꝙ etiã epiſcopi debent a talib⁹ abſti
nere ⁊c. ¶ Glo.pretextu ponderat literam per quã a contrario
dicit ꝙ exigens aliquid non pretextu officij licet male faciat nõ
incurrit tamen hanc penam ⁊c. ¶ Glo.officij querit an hoc ca
ſu incidentit talis exigens indebite aliquid pretextu officij in crimi
ne cõcuſſionis. Reſpondet ꝙ ſic.alle.j.q.j. ad ſi.q.xxiij.q.j.c.ij.
in ſi.⁊.c.militare.⁊ de imu.eccle.q: plerique. Sed nũquid hoc ca-
ſu poterit abſolui ſi nõ reſtituit quadruplũ cõſiderato ꝙ cõmit-
tens crimen cõcuſſionis tenetur ad quadruplũ. xviij.di.qm̃ in
ſi.reſpondet gl.ꝙ ſic q: hic exprimitur ꝙ ſufficiat reſtituere ſim
pliciter tãtum quo ad hoc vt poſſit abſolui a ſententia excõmu
nicationis de qua hic.vnde credo ꝙ etiã hoc caſu poterit exigi
quadruplũ licet non poterit impediri ex hoc abſolutio iſta. Ex
predictis patet ſecundũ Guil.ꝙ licet aliquis modus de ſe illici-
tus ſit ⁊ damnatus potius ex cõſtitutione iuris poſitiui quam ex le-
ge veteris vel noui teſtamenti tamen poterit adhuc magis dã-
nari ⁊ hoc propter enormitatẽ criminis vel ipſius alterationez.
nã alias nemo deberet pro eodez crimine multipliciter puniri.
de iudi.at ſi clerici in ſi.qđ non ob.vt patet ex predictis ⁊ ex ibi
6 no. ¶ † Gl.illicite.querit an inquiſitor poſſit imponere penas
pecuniarias applicandas officio reſpondet ꝙ ſic q: hic illas nõ
prohibet ſed ſolũ illicitas exactiones.alle.de offi.preſi.l.illicitas
in prin.de ſymo.in tantum.⁊.c.audiuimus.⁊.c.ſequẽs ſecundũ
gl. Mat.vero hic dicit ꝙ inquiſitores pro crimine hereſis nul-
lã penã pecuniariam poſſunt imponere.⁊ eſt ratio ſecundũ eũ.
q: aut inquiſiti cõuincunt de hereſi.⁊ tunc omnia eorum bona
ſunt cõfiſcata.ꝫ.eo.cũ ſecũdũ leges.aut nõ cõuincunt.⁊ tũc nul-
la eſt pena imponenda.vnde nõ eſt tale crimẽ ex quo poſſit im-
b poni pena pecuniaria [b] ſed perſonalis ⁊ bonorũ confiſcatio.ꝫ.
e.excõmunicamus.⁊.e.ad abolendã.⁊ quaſi per totum. ⁊ ſimili
ter non eſt tale crimẽ in quo cũ vero heretico volente redire ⁊ re
lapſo poſſit diſpenſari.ꝫ.e.accuſatus.in.vi.⁊.c.excõmunicam⁹.
⁊ ideo non poteſt fieri cõmutatio in penã pecuniariã.ꝫ.de pe.li
cet hoc dicit vera in hereticis.ſecus dicit in defenſoribus ⁊ fau-
toribus hereticorum nõ tamen hereticis quia poſſunt talibus
imponere penitẽtias vt pauperibus de bonis eorũ aliquid da-
rent vel aliud opus pietatis. Itẽ qđ dictuz eſt de pena pecunia
ria pro crimine hereſis non imponenda dicit procedere regula
riter.fallit tamẽ regula hec aliqñ quia interdũ aliqui proferunt
verba heretica que nullã habent excuſationẽ ⁊ proferũt luden-
do vel iracũde vel ex fatua ſimplicitate.⁊ tunc talibus taliter de
linquentibus poſſunt imponere penas pecuniarias.nã has pe-
nas imponit eccleſia.xxiij.diſt.§.ꝗ.de iude.ad liberandã.de ra
pto.in archiepiſcopatu cũ ſimilibus.ad hoc quia inquiſitores
tales ſunt iudices ꝙ poſſunt hereticis cõuerſis penas mitiga-
re ⁊ cõmutare.ꝫ.e.vt cõmiſſi.in.vi.in.§.illorũ.ergo ⁊ cetera hoc
etiã cõfirmat q: ſi fautores poſſunt ſic puniri.ꝫ.e. accuſatus.§.
ſi vero.ergo ⁊ offendẽtes fidẽ.fatet tñ ꝙ hãc penã non imbur-
ſabunt ſed dabitur pauperibus vel applicabit officio.facit qđ
no.per Jo.an.de offi.ordi.irrefragabili.§.ſi.c.dilectus.nec ob.

a ¶ Q: reſultat prau⁹ adde qđ no.bal. in.§. cõueñtculã. C.de epi.⁊ cle.⁊ iaſo. in.l.j.in prin.in ix.col.ff.de offi. ei⁹ cui mã. eſt iuriſdi.

b ¶ Sz pſonalis. Addo tex.in l.licẽtiam. C.de here.victa.l.vltima.ff.de pe.⁊ d.ab.in.d.c. ad abolendam. in iij.col.

c ¶ Limitat hãc regulã. adde q̃ dicit bar.i d.l.iubem⁹. C. de ſa.ſan. eccle. alex.in cõſ.cxv. circa prin.in.v. volu.

d ¶ Dictio et. de iſta dictione vide alex.in cõſ. xxiij. in.iij. col. circa prin.in.v. volu.

e ¶ Qđ eccleſia. Adde no.p illu tex.p. d. ab.ĩ c.vergentis extra de hereti.

f ¶ Q: corrigere. Adde hũſ etre tex. in.l.j.ĩ prin.C.de emẽ. pro.

predictis iſte tex.quia hic vtitur verbo extorqueri qđ ſonat in
viciũ.⁊ ſic nõ impedit auferri per viã licite cõdẽnationis. ¶ Gl.
pecuniã querit quid ſi extorqueret aliam quam pecuniam numera
tam. Reſpondet ꝙ idẽ q: hic latiſſime accipit pecunia prout cõ
prehendit omnẽ rem.j.q.iij.per totũ.nam omnis res deducibi
lis eſt ad pecuniam.l.ſi ita fideiuſſorem.ff.de fideiuſ.late vero ac
cipitur pro rebus cõſiſtentibus in pondere numero vel menſu-
ra.l.ij.C.de cõſti.pec.ſtricte vero pro pecunia numerata.vt no.
in.d.l.ij. ¶ Glo.ſcienter ponderat literam per quã a contrario
concludit ignoranter rapientem bona eccleſiarũ pro delicto cle
rici non incurrere hanc penam.alle.de conſan.⁊ affi. cle.vna ⁊c.
7 ¶ † Glo.eccleſiarũ querit an propter delictũ hereſis poſſint capi
bona propria clericorũ reſpondet ꝙ ſic.quia hic non prohibet
de eis ſed ſolũ de bonis eccleſiarum. Ex hoc infert glo.ꝙ ſi mo
nachus preſit alicui eccleſie ⁊ aliqua acquiſiuit etiã intuitu pſo-
ne ꝙ de talibus bonis nõ poſſit fieri occupatio propter delictũ
monachi cũ talia bona ſunt queſita eccleſie in qua intitulat⁹ eſt
ex eo q: impediente profeſſione nil poteſt monachus ſibi acqui
rere ⁊ ſic ſi aliquid queſiuit ſtatim adepta poſſeſſione fuerũt ec-
cleſie.xviij.q.j.c.vno.de prim.cũ olim.ij.⁊ per conſequens quo
ad talia etiã locus eſt huic conſtitutioni tanquam de bonis eccleſie.
cũ glo.cõcor. Pan.dicit tamen glo.ꝙ ante hãc cõſtitutionem
cũ hãc queſtionẽ haberet de facto non potuit tantum clamare
ꝙ obtineret. ¶ Gl.delictũ voluit querere de ratione quare pro
pter delictum clericorũ nõ confiſcant bona eccleſiarũ. voluit re-
ſpondere per regulã delictũ de re.iu.in.vj.vbi dicit ꝙ delictũ per
ſone nõ debet in damnũ eccleſie redũdare. Idẽ hic Guil. all. de
c excep.cũ venerabilis.limitat [c] hãc regulã procedere in cõmitten
do ſecus in omittendo all.ꝫ.de preſcri.placuit. Itẽ primũ dicit fal
lere in feudalibus q: ſi platus cõmittit felloniã cõtra dñm feu-
di nocet eccle tale delictũ licet in cõmittẽdo cõmiſſuz ſit ſaltẽ vi
uẽte prelato vt pbat in lib.feu.de.c.corradi.c.ſi clericus.de ma
teria plenius in regula delicti.⁊ de dolo.c.j.maxime p do. An.
Pa.hic dicit regulã procedere in extraiudicialib⁹. In iudicijs
autẽ aliquãdo punit eccleſia ex facto plati.de in inte. reſti.audi
tis.de cen.cum olim.dic vt in locis pall.⁊ per legiſtas in.l.iube
mus nullã.C.de ſa.ſan.ec.⁊ vide omnino gl.xj.q.iij.priuilegiũ. xvj.
di.vj.ſi epm.⁊.q.iij.placuit.⁊ Arch.ibi ⁊c. ¶ Glo.etiaz eccleſie
d querit qđ implicet iſta [d] dictio etiã. Rñdet ꝙ implicat ꝙ mul
tominus poterũt inquiſitores applicare bona eccleſiarũ ppter
delicta clericorũ ſibi vel officio inquiſitionis vel fiſco ſeculari in
quẽ alias ipſo iure publicãtur bona laycorũ dãnatorũ de here-
ſi vt probatur.ꝫ.e.cum ſcđm.in.vj.facit qđ no.de conceſ.prebẽ.
quia diuerſitatem ⁊ qđ ibi no.ſuper glo.antepe. Mat.hic dicit
qđ bona laicorum propter hereſim applicantur fiſco ſeculari in
terris imperij.in terris eccleſie applicantur fiſco eccleſie.⁊ idem
videtur ſi ſint clerici videlicet ꝙ applicentur fiſco eccleſie cuiꝫ de
illius foro ſint etiã in terris imperij.facit qđ no.in. d.c.quia di-
9 uerſitatem ſuper glo.prealle.†.Ex hoc notat Guil.[e] ꝙ eccleſia
e habet fiſcuz qui vocatur theſauraria ſiue burſa eccleſie cui ap-
plicantur bona alicuius prelati inteligo delinquẽtis.ſic in ſimi-
li bona reſ imperij dicuntur fiſcus non autez bona propria im-
peratoris. ad hoc quia eccleſia habet loculos qui proceſſerunt
ex loculis quos habuit dominus.xij. q.ij. exemplum.⁊.c.habe-
bat hec vera pprie loquẽdo.fatet tamẽ ꝙ in hoc fiſco eccle oẽs
res eccleſie appellate ſunt oblationes fideliũ eo ꝙ a fidelib⁹ offe
runt hodie etiã cõtinent.xij.q.j.videtes.⁊ in tãtum amphatus
eſt fiſcus eccleſie ꝙ nulla perſona eccleſiaſtica maxime gerẽs vi
tã cõmunẽ põt inueniri egẽs vel pauper ꝙ eſt veruz ſi bene fie-
ret diuiſio.ſed plati noſtri tẽporis male diuidunt.⁊ totũ ſibi ap
propriãt. ¶ Glo.applicare alle.cõcor. ⁊ precipue decre.ex com-
municamus in prin.ꝫ.e.vbi hoc probat olim. ¶ Gl.in his.de-
clarat literã nõ referri ad principium duz loquitur de etate.ſed
ad alios duos caſus ſubſequẽtes. ¶ Gl.abſoluit.querit an po-
terit hec abſolutio fieri per ordinariuz. Reſpondet glo.ꝙ fideli
hoc ſibi non reſeruat papa.alle.de ſen.excom. nuper ⁊ hoc dicit
Mat.veruz poſt ſatiſfactionẽ.in articulo autez mortis dicit ꝙ
abſolui poterit per ſacerdotẽ. ¶ Glo.ſatiſfecerit querit quid ſi
nõ habent vnde ſatiſfaciant iſti inquiſiti. Reſpondet ꝙ ſi pau-
peres ſunt notorie talis pauptas eos excuſat ⁊ ideo abſolui po-
terunt etiaz non facta ſatiſfactione.de ver.ſig.ex parte.j. ¶ Gl.
f corrigere.oppo.quia [f] corrigere eſt mutare animum alterius di
ſpoſiti ad malum probatur.xlv.diſtin.§.neceſſe.ſed nullus po
teſt alterius animum mutare cum animo vis inferri non poſſit
l.iri.C.de here.iuſti.xxiij. queſt. v.capitulo primo ergo iſti non
poſſunt iſtos inquiſitores corrigere. Soluit glo.corrigere poſ-
ſunt quantum in eis eſt poſſibile.ita hic non intitum animuz
mutare vt in contrario nota.de iſto verbo corrigere ⁊c. ¶ Glo.
cõmutare querit an prelatus ſit ſuperior inquiſitore hoc eſt pro
uincialis poſſit alterare vel mutare vel corrigere facta p inqui-
ſitorem

ſitorem virtute officij. videt ꝙ ſic q2 pōt illū totaliter ab officio
amouere. cōtrariū tenet glo. veſtra q2 ꝫ poſſet amouere. ex con
ceſſiōe huius decre. tamen reuera inqſitor hꝫ immediate iuriſdi
ctionē a papa cū eius ſit delegatus vt. ſ. dixi nō a prelato eligēte
⁊ ſic ſolus actus cōmittendi ⁊ remouendi eſt ꝯceſſus prelatis in
quiſitor nō aūt poteſtas mutādi geſta per eos. Idē tenet hic
Step. Idē ſentit hic guil. dicit enim ꝙ iſti inquiſitores quātan
cūqꝫ habeant poteſtatē in requirēdo recipiunt ptātem a puin
ciali ſui ordinis. dicunt tñ delegati apoſtolici in hoc. vt in. c. per
hoc. eo. ti. in. vj. ⁊ hoc quo ad officiū inquiſitionis. In hiis vero
q̄ ſunt regule dicit ꝙ ſemper ſubſunt ſuperioribus ſui ordinis ſi
cut ⁊ iudices delegati ſubſunt ſuis ordinarijs in alijs q̄ in offō
delegatiōis ſm eū. ¶ Gl. tenetur. querit an ſit in poteſtate iſto
rum prelatorū. an remoueāt inquiſitores delinquētes. dicit qō
non. ſed neceſſitātur. q2 hic ponitur verbū neceſſitatis. ſ. tenea
tur. Quare aūt hic ordinarij locoꝝ ſuccedunt plātis inquiſito
ris in denūciādo ſedi apoſtolice ⁊ nō in puniendo. dicit Mat.
hic ꝙ ideo q2 ordinarij in hoc ſunt pares inquiſitorib9. par au
tē in parē nō habet imperiū. de elec. innotuit. nec ob. xxiij. q. ij
c. j. q2 ibi loquit qñ papa eſt heretic9. quo caſu p inferiores pōt
deponi. hic aūt inqſitor nō erat hītic9 ſꝫ alr̄ delinq̄bat i officio
¶ Glo. ꝯceſſiōe. q̄rit de q̄ ꝯceſſiōe hic loquit. r̄ndet de cōceſſiōe
facta officio inquiſitoris per priuilegia apoſtolica. vt inquiſito
res poſſint habere officiales armatos. qō intelligo q̄diu deſer
10 uiunt in officio ſcdm Pau. † Sed querit hic Pau. quare fuit
hic expediens tale priuilegium. reſpondet quia vſus armorum
regulariter de iure communi eſt prohibitus pro clericis ⁊ lay
cis. alle. C. vt armorum vſus inſcio principe interdictus. l. j. li. xj.
xxiij. q. ſi. c. clerici. ⁊. c. quicunqꝫ. ⁊ de vi. ⁊ ho. cle. ca. j. Guil. vero
hic dicit ꝙ iſto vſu armorum aliquando vtitur prelatus vice
ſue eccleſie. alle. ſ. ne cle. vel mo. capi. fin. in. vj. ⁊ de ſenten. excom
muni. dilecto. aliquando vtuntur prelati vice principuꝫ de rap.
in archiepiſcopatu. iſto autem caſu vtuntur auctoritate ſe. apo
ſto. cui maxime in facto fidei omnes habent obedire. alle. ſ. eo.
excommunicamus. ij. ⁊. c. inquiſitionis. in. vj.

1 Beghinorum ⁊ beghinarum ſecta eſt reprobata.
2 Perfectionis gradum proprium non poteſt homo in hac vita
terreſtri adipiſci.
3 Ad ieiunia ⁊ precepta eccleſie tenetur homo q̄tūcunqꝫ bonus.
4 Beatitudinem que eſt in patria non poteſt quis in hac vita cō
ſequi.
5 Copula carnalis contra traditiones eccleſie eſt peccatum morta
le. ⁊ nume. 19.
6 Hereſes an debeant extirpari.
7 Secta quid ſit ⁊ vnde dicatur ⁊ quomodo debeat ſcribi.
8 Charitas poteſt in infinitum extendi.
9 Impeccabilis an poſſit quis eſſe.
10 Ieiunare qui teneantur.
11 Orare tenetur homo q̄tumcunqꝫ perfectus.
12 Senſualitas quid ſit.
13 Obedientie ſubiacet homo perfectus.
15 Gratie clemantis ad deū indiget anima.
16 Uirtutum moralium duo ſunt genera.
17 Peccatum poteſt eſſe mortale dupliciter.
18 Oſculum an ſit peccatum mortale.
20 Peccati appellatione an intelligatur mortale.
21 Reuerentiam exhibere debemus in eleuatione corporis chriſti
22 Corpus chriſti ſumere tenetur quilibet ex precepto chriſti ⁊ ec
cleſie etiam ſi ſit ſumme perfectus.
23 Heretici ſi poſt abiuratam hereſim non implent penitentiam
iniunctam habentur pro lapſis.
24 Fornicatio an ſit maius peccatum q̄ mēdacium: qō ſit ex libidi
ne vel alias qualitercunqꝫ dummodo ſit mortale.
25 Occidere matrem an ſit maius peccatum q̄ occidere vxorem.
26 Sacerdos in cognoſcendo ſolutam an committat ſimplicē for
nicationem an adulterium.

In noſtrū quideſi: Pri
mo ponit quādam ſectam hereticorum. Et ſe
cundo eius errores dānat. Tertio excitat offi
cium dioceſanorum. ſecunda ibi cum autē ter
tia ibi porro. ¶ No. prelatum potiſſime papaꝫ
debere attendere circa augmentuꝫ fidei catho. ⁊ extirpationē
1 hereticorum. ¶ †a No. reprobatam ſectam beghinorum ⁊ be
ij ghinarum. ¶ No. hic octo errores damnatos ⁊ contra fidem.
2 ¶ † Et primo nota ꝙ homo in hac vita terreſtri nō poteſt adi
piſci perfectum gradum perfectionis. ¶ Not. ex ſecundo ⁊ ter
3 tio ꝙ † homo quantūcūqꝫ bonus tenetur ad ieiunia precepta
b per eccleſiā ⁊ ſimiliter b eſt aſtrict9 p̄ceptis alijs eccleſie. ¶ No.
vlterius ex quarto quod quis in hac vita non poteſt conſequi
4 beatitudinem que eſt in patria. ¶ † Not. ex quinto ꝙ quilibet
in hoc mundo indiget lumine ⁊ gratia dei. ¶ Nota ex ſexto ꝙ
5 homo quantumcunque bonus non debet nec dicitur a ſe licen
tiare virtutes. ¶ † Not. ex ſeptimo qō carnalis copula contra
traditiones eccleſie eſt peccatum mortale. ¶ Nota ex octauo ꝙ
quilibet in eleuatione corporis chriſti debet ei facere reuerentiā
¶ No. vltimo dioceſanos debere ſolicitos eſſe in partibus illis
in q̄bus vigēt heretici potiſſime beghini ⁊ beghine ⁊c. ¶ Op.
6 Ste. contra principiuꝫ decre. q2 videt ꝙ nō † debeat extirpari
hereſis duplici ratione. Primo q2 id qō eſt neceſſariuꝫ non de
bet extirpari. ſed hereſis eſt neceſſaria. prime ad cor. xj. vbi dici
tur neceſſe eſt hereſes eſſe vt qui probati ſunt manifeſti fiant fa
cit. xxiij. q. vlti. c. fin. Secūda ratio q2 nemo debet obligari ad
impoſſibile nec inuitari. ſꝫ impoſſibile eſt hereſes extirpare. q2
dicit glo. clē. vij. q̄diu ſtabit mundus ſecularis ⁊ hereticus ſer
mo dominabitur. ſic ergo fruſtra laborat papa in extirpando.
Soluit primo primā rationem quia hereſis per ſe nō eſt neceſ
ſaria. ſed per accidēs quātumvꝫ vt ex quodā malo deus eliciat
aliquod bonum. q2 ſm Aug. eccleſia vtitur hereticis ad proba
tionē ſue doctrine dum eorū falſa dogmata impugnat. xxxvij.
diſtin. qui de menſa. ⁊. c. ſi quid verum. ¶ Non obſtat ſecunda
ratio quia fatendum eſt ꝙ eccleſia nō poſſit facere quin ſint he
reſes. poteſt tamen ⁊ debet inquantum poteſt illos extirpare et
7 impugnare. alle. xxiij. q. vij. per totum ⁊c. † Gloſ. ſecta. declarat
vnde dicatur ſecta ⁊ quid ſit ⁊ quomodo debet ſcribi. ⁊ in quo
differt a ſepta ſcripta per. p. glo. primo p̄mittit ꝙ hec materia
cle. eſt theologica. tñ q2 expedit in facultate quacunqꝫ declarari
text. per glo. declaratur clarius loquendo q̄ poterit propter ca
noniſtas ex doctrina quā preceperat a magiſtro Jo. de perma
ordinis predicatorum ſub quo ꝫ modicum ſtuduit in ſacra pa
8 gina. ¶ † Gl. gradatum voluit querere an aliquis intūi poſſit
creſcere in malicia quantum in bonitate. ⁊ videt ꝙ ſic per illud
ca. omnes in ſi. xlvij. di. contrariū ibi tenet glo. q2 charitas in in
finitum poteſt extendi. ſed quis non poteſt eſſe ſumme malus.
de pe. diſt. ij. §. e. cōtra. de quo plen9 in. §. hec que de charitate
in glo. ij. ⁊c. ¶ Glo. impeccabilis voluit opponere ꝙ quis poſ
ſit eſſe impeccabilis in hac vita. nam dicitur in prima epiſtola
Jo. c. iij. omnis qui natus eſt ex deo non peccat. Soluit gloſ. q2
hec auctoritas poterit facere pro iſta tamen nō. ob. quia aduer
tendum eſt quia ſi queritur an quis poſſit eſſe impeccabilis ex
dei potentia abſoluta. ⁊ dicendum ꝙ ſic. nam creditur hoc pri
uilegium conceſſum diuinitus beate ⁊ glorioſe virgini marie.
9 Si vero queritur † an q̄s poſſit eſſe impeccabilis ſecunduꝫ cō
munem curſum vel gratiam per quam diſpenſat dona gratie
ſue ſuis ſanctis ⁊ dicendum quod non ita hic ratio quia nullus
poteſt eſſe impeccabilis niſi per beatificationem dei que in hac
vita haberi non poteſt vt plene proſequitur Tho. prima par
te ſui operis. q. centeſima cap. ij. Ad predicta facit de pe. di. ij. ſi
enim inquit vbi Hiero. plene reſpondet auctoritati premiſſe in
principio probans multis auctoritatibus ⁊ exemplis hominēꝫ
in hac vita non poſſe eſſe ita perfectū quin peccet. ⁊ probat ma
xime exemplo Dauid Salomonis ⁊ alioruꝫ qui habuerūt ma
gnam perfectionem vltra communem curſum. ⁊ tamen pecca
uerunt cū glo. cōcor. Pau. Ste. ⁊ Mat. Guil. vero cōtrariū. ⁊
contra iſtū primū erroreꝫ. alle. qō legit in prima dominica qua
drageſime. ꝫenꝫe. alle. dictum Aug. de peni. di. ij. charitas. vbi
dicit ꝙ quis nō poteſt habere perfectā charitatē in vita iſta. ⁊
hoc ēt alle. gl. ſe. q̄ ēt ad hoc alle. alr̄ auctoritates. ¶ Gl. pfectio
q̄rit quare hoc ſit hereticū ꝙ quis poſſit eſſe pfectior xp̄o. R̄n
det aſſignando rationē phyſicam quia in his que habēt q̄tita
tē diuerſe rationis minus nō poteſt per augmentuꝫ venire ad
quātitatē maioris. ſicut patet in virtute ignis que nō poteſt ad
equari virtuti ſolis. faciēdo ignē magnū q̄tū fieri poteſt ⁊ hoc
q2 ſunt q̄titates diuerſe rationis. ſed gratia xp̄i ſe habet ad gra
tiā alterius hoīs ſicut virtus ſingularis ad vniuerſalē. ⁊ ſic ſecū
dū diuerſam rationē. igit ⁊ cetera. Ad hoc q2 finiti ad infinitū
nō eſt facienda adequatio. fa. de ſum. tri. dānam9. verſi. cū ergo
in ſi. ad hoc ſcdm Ste. q2 creatura nō poſſit aſſimilari creatori
q2 nūq̄ peccatū fecit nec eſt inuentus dolus in ore eius. ⁊ eſt rex
regū ⁊ dn̄s dominantiū. ¶ Gl. in ver. ij. in verbo ieiunare. que
rit quare hoc ſit hereticū dicere ꝙ poſſit reperiri homo cui nō
expedit ieiunare. Reſpondet gl. ꝙ qualiſcūqꝫ pfectio in hac vi
ta nō ſubuertit ordinē eccleſie immo perficit ſed q̄diu manet or
do eccleſie manet obediētia inferioris ad ſuperiorē. vt ſic tenen
10 tur eoꝝ p̄ceptis obedire. xciij. di. per totū ⁊c. †c Qui autē te
c neantur ad ieiunia plene no. in rubrica de obſerua. ieiu. ⁊ in. c.
ij. in fin. de quo tractat hic Mat. ad predicta fa. quia Paul. li
cet gratia dei plenus caſtigabat corpus ſuuꝫ per ieiunia. ſed pre
dictus obuiare videt Luc. v. vbi videt ꝙ filij ſponſi non habēt
ieiunare q̄diu ſponſus eſt cū ipſis. ſed ſponſus eſt cū perfectis

a ¶ No. repro
batā. Adō tex.
gl. ⁊ imo. in cle.
j. ſ. de reli. do.

b ¶ Eſt aſtri
ct9 ad hoc not.
Adde q̄ dicun
tur p ſcli. in. ca.
qui cōtra falſuꝫ
in. v. col. ver. vi
tio no. de pbi.

c ¶ Qui aūt te
neant vide. d.
Ant. i. d. c. ij. in
ſi. col. de obſer.
ieiu. ⁊ archi. i. c.
pnūciandū. de
conſe. d. iij.

ſpiritualiter in illis habitās. iuxta illud Mat. vlti. Ego vobi-
ſcū ſu᷒ vſq; ad cōſummationē ſeculi. vt in cle. ſi dn̄s. de reli. ⁊ ve.
ſan. ⁊ cetera. Reſpōdet gl. tripliciter. primo ſcdm Chriſo. ꝙ au
ctoritas Luce. v. intelligi debeat de diſcipulis qui adhuc erant
imbecilles in corporali penitētia. ⁊ ideo magis debebant foue
ri dulcedine ꝙ auſteritate ieiunij. facit de pe. ⁊ re. deus qui. vel
ſecūdo ſcdm Hiero. pōt dici ꝙ predicta auctoritas pōt intelli-
gi de ieiu. veterū obſeruātiarum antique legis. vel tertio ſcdm
Aug. illud poteſt intelligi de ieiunio qḋ pertinet ad humilitatē
tribulatiōis. q2 nō debet ieiunari cū tribulatione ſed cū gaudio
mētis ſuſpenſe ad ſpiritualia de materia remittit gl. ad beatū
Thomā. ad predicta alle. hic zen. q2 quis nō ieiunādo diebus
preceptis peccat mortaliter. de obſer. ieiu. c. ij. ⁊ ſic cadit ad pfe-
ctionē q2 qui delinquit in vno factus eſt reus omniū. de re. iur.
11 deſſeat. ¶ † Gl. orare. querit quare hoc ſit hereticum dicere ꝙ
a homo perfectus nō tenet̄ orare. Rn̄det gl. ꝙ ratio eſt a q2 ho-
mo quantūcunq; pfectus in ſtatu vite ſemp in hac vita dꝫ ora-
re vt ex virtute diuina pſeueret in virtute ad quā pſeuerādū nō
ſufficit propria virtus. Hinc eſt ꝙ quilibet viator ex ꝑcepto dei
tenet̄ dicere. Et ne nos inducas in tētationē. ⁊ alia que haben-
tur in oratione dominica. ſ. Pater noſter. Jtē ſecundo pro hoc
alle. auctoritatē beati Aug. in li. de perſeuerātia per quā patet
ꝙ datur multa gratia ⁊ nō perſeuerātia in gratia ideo vt etiā
perſeuerātia habeat̄ eſt orandū. Tertio pro hoc alle. quia cui
cunq; viatori licitū orare pro eterna beatitudine quā nōdū hꝫ.
iuxta illud pſal. vnā petij a dn̄o hanc requirā ⁊ cetera. Ultimo
hoc cōfirmat exēplo chriſti. Qui licet pfectus orabat pro corpo-
ris gloria. iuxta illud pater glorifica filiū tuū. quomō tamen ta
lis oratio cōueniret chriſto remittit ad Tho. de materia etiam
12 remittit ad no. in cle. j. de reli. ⁊ ve. ſan. ¶ † Gl. ſenſualitas decla
rat quid ſit ſenſualitas. q2 eſt aīa ſenſitiua. q2 eſt etiā vis aīe ap-
petēs deſiderabilia corpori ⁊ nociua refutās. de qua in cle. j. de
ſum. tri. ¶ Gl. placet. probat ꝙ nō ſit licitū dare corpori omne
id qḋ placet per tex. c. denique. iiij. di. ⁊ per auctoritatē Ale. ad
didimū. ⁊ per autoritatē Ouidij dicētis. Eſt virt᷒ placitis ab
ſtinuiſſe bonis. ad hec facit ſcdm Gail. ꝙ caro cōtinua eſt in hac
vita pugnat cōtra ſpiritū. de cōſti. nā cōcupiſcentiā. ⁊ vi. di. ſed
penſandū. ideo nō omnia placita corpori ſunt danda ei concor.
13 Mat. in ver. iiij. ¶ † Gl. obedientie. querit quare hoc ſit here
ticū dicere ꝙ perfectus nō ſubiaceat obediētie. Reſpondet ꝙ
peccatū paganitatis incurrit qui ſe aſſerit xpianū ⁊ cōtēnit ſedi
apo. obedire. xix. di. nulli fas. qḋ itelligo vt ibi. xxj. di. q ſunt. Jtē
vt dicit gl. ſeqnēs hoc eſt cōtra illum articulū fidei. Et in vnam
ſanctā eccleſiā ⁊ cetera. Hoc etiā confirmat gl. per rationē quia
eccleſia militās eſt ad exemplā eccleſie triumphātis iuxta illud
qḋ dicit Jo. i Apoc. Uidi hieruſalē nouā ſctā; deſcendētem de
celo ⁊ cetera facit Exo. xxv. alī. xxj. vbi dictū eſt ꝙ oīa faceret ſe
cundū exemplar ſibi monſtratum in monte. ideo ſicut in eccleſia
triumphante eſt vnum caput. ſ. deus cui oīa obediūt. ⁊ ſic in ec-
cleſia militāte debet eſſe princeps. ſ. papa cuius ꝑceptis oēs tenē
tur obedire. quinimo hoc eſt de neceſſitate ſalutis vt in extraua
gā. Bonifacij. vnā ſanctā. Ad hoc etiā glo. adducit auctorita-
tē. Jo. i. ⁊ Jo. x. fiat vnū ouile ⁊ vnus paſtor. Hoc vltimo cōfir-
mat ratione naturali. q2 ſicut operatiōes rerū procedunt ex na-
turalibus potentijs ⁊ ſuperiora mouent inferiora ad ſuas actio
nes per excellētiā naturalis virtutis collate diuinitus. ſic in hu-
manis operationib᷒ que procedunt ex humana volūtate opor
tet ꝙ inferiores moueant̄ per ſuā volūtatē ex vi auctoritatis di
uinitus ordinate. Jſtorū autē mouētiū pri᷒ eſt ſumm᷒. ſ. de᷒ in
celis. ⁊ papa eius vicari᷒ in terra. ergo ⁊ cetera. Nec ob. ꝑdictis
auctoritas alle. per iſtos q2 reſpondet gl. ſeqnēs ꝙ illa auctori-
tas vbi ſpiritus dei ibi libertas ⁊ cetera intelligit̄ de libertate a
ſeruitute peccati. non autē de libertate a ſeruitute qua quilibet
exiſtens in via tenetur obedire prelatis eccleſie vel ſecularibus
principibus. nā virtus qua homo ſubijcitur homini pertinet
ad corpus non ad animā que eſt libera quia licet quandoq; in
via ab effectibus anime liberemur nō tamen ab effectibus cor-
poris. alle. qḋ habetur ad Roma. ij. vij. ⁊ glo. ſuper illo ad Ti.
vi. c. ad predicta. alle. hic Gail. dictū in epiſtola Petri. ⁊ Pau.
populi eſtote ſubiecti hūane creature ꝑpter deū. de ma. ⁊ obe.
14 ſolite cum glo. cōcor. Mat. Jn verſi. iiij. ¶ † Glo. beata querit
de ratione quare hoc eſt hereticum ꝙ homo in hac vita poſſet
cōſequi finalem beatitudinem. Reſpondet gl. ꝙ perfecta cari-
tas non pōt haberi in via. ſed ſolū in patria vt dictum fuit. ſ. cū
alia glo. Ad hoc etiā all. auctoritatē apoſtoli. j. ad cor. c. xiij. vbi
dicit̄. Nunc videmus in enigmate quaſi per ſpeculū. tunc autē
facie ad faciem. alle. etiam alias auctoritates que probant ꝙ nō
de facili habetur perſeuerātia vt legit̄. ⁊ no. de pe. di. j. in ſum. ⁊
di. iiij. ſi ex homo circa mediū in gl. vnde illi allegant verſū. Oui
dij. Sed vltima ſemper expectanda dies hominis eſt dicique bea
tus. Ante obitum nemo ſupremaq; funera debet. Et hoc clarū
eſt ex dei potentia ordinata. ſed ⁊ ſecundū legē communem qua
deus beatificat homines q2 nullus ſecundū talē poteſt leuari a
deo ad beatificā viſionē ſue excellentie niſi totaliter moriat̄ ſicut
cōmuniter eſt videre in animab᷒ nunc beatis. Ad hoc exo. xxx-
iij. nō videbit me homo ⁊ viuet. vel niſi ſit abſtractus a ſenſib᷒
corporis ꝙ neſciat an ſit in corpore an extra corpus vt contigit
in Paulo. Si vero queritur an ex dei potentia abſoluta poſſit
quis gradū perfectiōis beatifice in hac vita habere. dicit gl. ꝙ
ſi queritur de beatitudine actuali. hoc eſſe nō poteſt. ratio q2 ad
perfectionē talis beatitudinis pertinet eſſe impaſſibile ſed im-
paſſibilitas non poteſt adeſſe alicui ducenti vitā in humanis.
igitur ⁊ cetera. Si vero loquimur de beatitudine eſſentiali que
conſiſtit in perfecta viſione diuine eſſentie. ⁊ etiā ſecundū quoſ-
dā in perfecta dei dilectione ⁊ fruitiōe. ⁊ tūc hoc bene poteſt eſ-
ſe ⁊ eſt catholicū non hereticum. ad hoc inducit Jo. an. dictum
Aug. ſuper gene. xij. ⁊ in li. de videndo deum ad Paulinā. vbi
dicit ꝙ Moyſes ex priuilegio ſpeciali mortalē vitā agens deū
per eſſentiā vidit tanq̄ futurus doctor iudeorum vnde ⁊ Nu-
me. xij. dicitur de ipſo palā ⁊ non per enigmata vidit deum ⁊ fa
cie ad faciē allocutus eſt deū. Exo. xxxiij. viij. q. j. Moyſes. ibi
de hoc ⁊ idē priuilegiū dicit̄ habuiſſe pau. tāq̄ futurus doctor
gentiū. Ad hoc. ij. ad cor. xij. vbi dicit ſe fuiſſe raptū in paradi
ſum dei ad hoc etiā q2 certū eſt ꝙ de᷒ potuiſſet cōferre predictū
omnē gradum viſionis beatifice poſſibilē pure creature. ⁊ eis
cōmunicare per potētiā abſolutā prout dicit tho. iiij. ſententia
15 rū ⁊ ſic hoc tenere non eſt hereticū qḋ tene menti. ¶ † Jn ver.
v. gl. nō indiget in prin. alle. auctoritates per quas patet hereti-
cū eſſe qḋ hic dicit̄. vꝫ ꝙ anima nō indiget lumine gratie eleuā
tis eā ad deū. Deinde in ver. huius ratio eſt. Cōfirmat hoc ra-
tione q2 illud qḋ eſt propriū nature ſuperioris inferior natura
non poteſt aſſequi niſi per actionē ſuperioris nature. cuius id
eſt proprium. ſicut videmus naturaliter ꝙ aqua nō poteſt fieri
calida niſi per actionē ignis. ſed ſoli deo eſt propriū habere per
fectam beatitudinē que cōſiſtit in viſione eſſentie dei. ergo nul-
la creatura vel natura intellectualiter poteſt videre deū per eſſen
tiā niſi deo faciente hoc nec cōſequēter habere pfectā beatitudi
nē. Ad hoc Jo. xiiij. qui diligit me diliget̄ a patre meo ⁊ cetera
facit qḋ vidiſtis in. c. j. de magiſtris in prin. vbi patet gratiam
dei neceſſariā ⁊ eius lumen ad beate deo fruendum. Cōtra iſtū
errorē. alle. etiā Stc. hic auctoritatē pſal. dicentis. Ecce enim in
iniquitatibus cōcept᷒ ſum. Ex quo patet ꝙ natura intellectua
lis non poteſt eſſe beata. facit qḋ no. de conſe. diſt. iiij. c. vlti. vbi
etiā tangitur de libertate arbitrij. ¶ Jn ver. vi. gl. imperfecti re
uocat in dubium vtrum indiſtincte hoc ſit hereticum dicere ꝙ
hominis imperfecti eſt exercere ſe in actibus virtutum ⁊ ꝙ per
fecti licentiant a ſe virtutes. Reſpondet glo. ꝙ non ſed demum
cum diſtinctione. vnde dicit aduertendū ꝙ prout ſcribit Ma-
16 crobius ſuper ſomnio Scipionis ꝙ duo ſunt genera † virtutū
moralium. ⁊ hoc ſequuntur etiā theologi. Primum genus eſt
quia quedam ſunt virtutes animi nondum purgati ab inſultu
paſſionum. ⁊ ſic non ſumme perfecti ſed ad id toto conatu ten-
dentis. vt ſunt virtutes modificatiue paſſionum inſurgentium
in ſenſualitate hominis vel actionū occurrentiū. homini ſicut
eſt videre in temperantia. que modificat delectatiōes corporis
in cibis ⁊ alijs actibus. ⁊ in fortitudine que temperat timorem
⁊ audaciam circa pericula mortis. ⁊ iſte dicuntur virtutes pur
gatorie. que ſunt nondū purgatorū vt predixi. ſecundū eſt ge-
nus virtutum animi purgati que ſunt tantūmodo hoīm totali
ter purgatorū a moleſtijs paſſionū. ⁊ hoc cōtingit ſolū beatis
vel paucis in his perfectis in hac vita. ⁊ iſte ſunt virtutes nō re
gulantes paſſiones ſenſualitatis. ſed ſolū tenētes animā homi
nis in deo ⁊ in ſumma perfectione. Exemplū ſi detur in homi
ne temperantia qui ignorat cōcupiſcentias terrenas. fortitudo
in eo qui neſcit paſſiones. Prudentia in eo qui intendat ſolū
diuinis ⁊ iuſtitia tenet mentē cum deo perpetuo federe. Ad ꝑ-
dicta all. gl. auctoritatē Aug. xij. de ciuitate dei ad literā quā vi-
dete per vos. hoc ſuppoſito dicit glo. ꝙ ſi querit̄ an ſit hereticū
dicere ꝙ perfecta aīa licētiat a ſe virtutes. ⁊ ſic cōſequent̄ an hoc
ſit poſſibile ⁊ dicendum eſt ꝙ ſi quidem queritur an hoc ſit poſ-
ſibile q̄tū ad actū dicendum eſt ꝙ ſic. vt eſt videre in anima ꝑ-
fecta perfectione patrie vel ſumma perfectione quā habent pau
ci in hac vita. q2 tales habentes talē animā habent alios actus
in ſe differentes ab alijs. Si vero querit̄ quo ad habitū ⁊ dicen
dū ꝙ nō. q2 habet charitatē in ſummo gaudio. ⁊ per cōſequens
oēs habit᷒ virtutū moraliū iuxta illud apoſto. Charitas eſt pa-
tiens benigna ⁊ cetera facit de pe. di. ij. charitas. ij. Ex his iſert
aliud vꝫ nunquid ſit hereticū dicere imperfecti hoīs eſt ſe exerce
re in actibus virtutū moraliū. q2 ſi quidē exercet ſe reprimēdo
impetū paſſionum per iudiciū rōnis. ⁊ imperium voluntatis
tunc hoc

a ¶ Qr hꝫ ꝙ ꝑ-
tūcunq; perfe-
ctus. Adde be-
nefacere tex. in
ca. qḋ predeceſ-
ſor xj. q. iij.

tunc hoc eſt bene dictū ⁊ nō hereticū. Si ſumamus imperfectū
pro nō habēte ſummā pfectionē qualē habēt beati in patria. ⁊
qualez habuerūt pauci in hac vita. vt chriſtus beata virgo. ⁊ pri
mi parētes in ſtatu inocētie. alij. etiā forſan ex priuilegio ſpecia
li. Si vero ſumamus imperfectum pro vicioſo ⁊ carente perfe
ctione neceſſaria ad ſalutem tunc hoc eſt hereticū dicere. qḋ gl.
probat per exemplū Pau. Hieremie. ⁊ Joā. bapt. iſte qui duo
fuerūt in vtero ſanctificati ſecundum theologos. ⁊ per exēplū
beati Martini. ⁊ beati Benedicti naz de apoſtolo pꝫ qui fuit
perfectiſſimus in via. ⁊ tamē reprimebat inſultus carnaliū paſ
ſionū iuxta illud ad cor. ix. pugno nō quaſi aerem verberās ſed
caſtigo corp⁹ meū. Ad hoc etiā ꝙ gl. allegat alias duas aucto
ritates vnā ad roma. vi. aliā. ij. ad corin. xij. de Hiere. ⁊ Jo. ba
ptiſta patet quia tales habuerūt fomitem inclinantē ad venia
lia nō ad mortalia. ⁊ cōtra tales inſultus bellauerunt. ad qḋ alle
gat id qḋ ſancta mater canit eccleſia de ipſo Jo. baptiſta. per qḋ
patet ꝙ fugit in deſerto ne vitā ſuā in aliquo etiam leui macula
ret. de beato Martino patet qḋ legit̄ de ipſo ꝙ carnē ſpiritui
ſeruire cogebat. ⁊ ſimiliter de beato benedi. qui ſe proiciebat in
ter ſpinas. vt ſic per vlcera corporis ſanaret vlcera mētis cōtra
inſultus libidinis. Ex quibus omnibus cōcludit glo. ꝙ perfecti
perfectione neceſſaria ad ſalutē nō licentiant a ſe virtutes etiā
quo ad actū. immo in illis ſe exercēt. qḋ etiam affirmat aucto
ritate apoſtoli ad philip. iiij. Unde ſic intelligēdo hāc opinionē
eſt aperte heretica. Eſt etiā inſana hec opinio. qꝛ quis reperi
retur qui ſciret ſe adeo pfectū qḋ poſſet licentiare actualiter vir
tutes a ſe. certe nullus niſi inſanus. de pe. diſt. iij. alias. ſecūda ſi
cuiz quid ver. nos aūt iuxta. de pur. ca. c. vlt. ver. ſi hoc ⁊ qḋ ibi
no. per Joā. an. Concor. Sec. cum gl. ⁊ ſimiliter Pau. guil. ⁊c.
17 ¶ † In ver. vij. glo. oſculum. querit gl. ⁊ reuocat in dubiū nun
quid ſit oſculum. indiſtincte peccatū mortale. Reſpondet gl. ad
uertendum ꝙ quid pōt dupliciter eſſe peccatū mortale. vno mo
do ſecundum ſuam ſpeciem. Alio modo quia illud procedit ex
inordinata ⁊ mala cā licet alias de ſe non ſit malū. Sumēdo pri
mo modo peccatū mortale. ⁊ ſimiliter nec amplexus vel tactus
quia poſſunt fieri ſine libidine ex cōſuetudine regionis vel pro
pter pacē vel aliā rationabilē cauſam. ſed in hac ſpecie eſt adul
teriū furtū ⁊ ſimilia. de iureiu. ⁊ ſi chriſtus ver. quedā. Si vero
ſumatur ſecundo modo peccatū tūc dicēdū eſt ꝙ oſculū tactus
⁊ amplex⁹ ſi fiāt propter libidinē ſunt peccatū mortale. ⁊ ſic pec
cat mortaliter dās elemoſynam pauperi vt euz inducat ad here
ſim. licet alias in ſe ſit bona elemoſyna. Ad hoc facit qꝛ nō ſoluz
eſt peccatuz mortale cōſenſus deliberatus in actum peccati. ſed
etiā in delectatione ei annexa ſecunduz Aug. ⁊ theologos. ergo
⁊ per cōſequens necdū cōſenſus deliberat⁹ in actum luxurie. ſed
a etiā delectatiōes ei annexe eſt peccatuz mortale.ᵃ Nam oſcula ta
ctus ⁊ ſimilia ſunt propter delectamēta huiuſmodi. ⁊ ideo ſunt
peccatum mortale de quo etiā gl. remittit ad Tho. in prima ſe
cunde. Ex illo etiā habes ꝙ quotiēs aliquis oſculat̄ meretrices
ſiue ppter libidinē ſiue nō ſemꝑ peccat mortaliter. de quo etiaz
gl. remittit ad Tho. in prima ſcde. Ad hoc etiā qꝛ libidinoſus
aſpect⁹ eſt peccatū mortale. xxxij. q. v. nec ſolo. nec ob. pdictis ra
tio quā faciūt ip̄i. ⁊ que ponit̄ hic in tex. qꝛ nō pcedit duplici
de cauſa primo qꝛ non eſt vera de falſa. ſcdo qꝛ dato ꝙ eſſet vera
nō tamen ſequeretur cōſequētia quā faciunt ꝙ ſit falſa patet qꝛ
litera pſupponit ꝙ natura nō inclinat ad oſcula qḋ eſt falſuz qꝛ
ſicut natura inclinat aliquid in proprium finē ſic etiam inclinat
ad omnia ordinate de ſe in illū finē ſicut eſt videre in grauitate
que ſicut naturaliter tēdit ad eſſe deorſuz. ita etiā cōſequēter ad
deſcenſuz qui ordinatur in illū finē. Ex hoc ſequitur ꝙ natura
inclinat ad oſcula cū illa ordinentur ad actuz carnalē ſicut ad fi
nē. Qḋ autē ratio non cōcludat dato ꝙ ſit vera patet qꝛ ſi talis
ratio cōcluderet ſequeretur ꝙ ieiunare peregrinari credere in
deum triniū ⁊ vnum. ⁊ alia que pertinēt ad fidē eſſent mortalia
16 cū ad talia nō inclinet nā qḋ eſt falſum ⁊ inſanuz ⁊c. ¶ † Gl. nō
eſt querit ⁊ reuocat in dubiū nunquid actus carnalis ſit pecca
b tum mortale indiſtincte. dicit ꝙ ſic. ſi fiat cum alia ꝙᵇ cū vxore
etiā ſi cadat in ſimplicē fornicationē licet alias nō cadat in ince
ſtum vel adulteriū. alle. §. alias. xxv. d. hoc etiā probat auctorita
te apoſtoli ad gal. v. ibi permiſſa fornicatiōe. ⁊ aliis dicit ꝙ qui
talia agunt regnum dei nō poſſidebunt. ſed ſolū ppter peccatū
mortale quis excludit̄ a regno dei igitur ⁊ cetera ex quo not. ꝙ
ſolum mortale peccatuz excludit a regno dei. Itē probatur per
auctoritatē Thobie. iiij. vbi dicit̄. Attēde fili ab omni fornica
tiōe. ⁊ preter vxorē tuā ne patiare crimē ſcire. Criminis autē ap
20 pellatione cōtinet̄ mortale. lxxxj. di. c. j. † Ex quo habes modo
ꝙ appellatione criminis intelligit̄ crimē mortale hoc etiā cōfir
mat. qꝛ hoc eſt vnū de pceptis decalogi. xxxij. q. vij. Nō mecha
beris. alle. etiā alias auctoritates pro hoc etiā facit rō quaz vidi
ſtis. ſ. in gl. precedēti de quo etiā remittit gl. ad Tho. dū tamē

quis teneatur reſiſtendū eſt in actu virtutis ⁊ nō ferro vt dicit
gl. ſequens. alle. de corpo. viciatis ſignificauit. An autē indiſtin
cte actus carnalis copule. cum vxore ſit ſine peccato. clarum eſt
ꝙ nō eſt peccatuz qꝛ ſi ſit cauſa ſobolis procreande vt no. xxxiij.
q. iiij. in ſumma. ⁊ dic vt ibi. Circa iſtā partē querit hic Mat.
de duabus queſtionib⁹ de quibus dicā. ſ. vez qḋ ſit maius pec
catum vz an fornicatio an mēdaciuz qḋ ſit ex libidine vel alias
qualitercunqꝫ dummodo ſit mortale. Itē an ſacerdos cognoſcē
do ſolutam committat fornicationē vel adulteriuz. dicā poſt gl.
21 ¶ † In ver. viij. gl. exhibere querit de ratione quare ſit hoc he
reticuz tenere ꝙ in eleuatione corporis chriſti non teneat̄ quis
exhibere reuerentiā ſaltē ſicut perfectus. Reſpondet glo. qꝛ ſcri
ptum in nomine Jeſu omne genu flectat̄. ⁊ qꝛ hoc aperte repro
bat̄. in c. ſane de cele. miſ. pꝫ etiā inſania ⁊ hereſis huius opinio
nis. quia cōtradicit doctrine vtriuſqꝫ teſtamenti. ſ. veteris ⁊ no
ui. de veteri patet pſal. xcvij. ibi adorate ſcabellum pedum eius
quoniā ſanctuz eſt. qḋ intelligit̄ de chriſti humanitate. ⁊ ſpecia
liter de carne chriſti prout ibi exponit Aug. de nouo teſtamen
to pꝫ per plures auctoritates quas hic alle. gl. ⁊ ſpecialiter apo
22 ſtolus ad hebre. j. ⁊ ad hoc qꝛ cōſtat † ꝙ quilibet tenet̄ ad ſumē
duz corpus xp̄i ex precepto eccleſie ⁊ etiā ex pcepto chriſti etiaz
ſi ſit ſumme pfectus. cum dixit apoſtolis. Hoc facite in meā cō
memorationē ⁊ niſi mādūcaueritis carnē filij hominis ⁊ cetera
ſed qua rōne quis tenet̄ corp⁹ xp̄i ſumere. ⁊ euz ſpiritualiter mā
ducare. eadē ratione ipſe tenet̄ ipſum adorare adoratiōe latrie
vt probat Aug. ſup pſal. palle. ⁊ Tho. in loco alle. gl. de iſta ado
ratione latrie habuiſtis in cle. ſi dūm de re. ⁊ vene. ſanctorum.
Nec ob. pdictis ratio iſtoruz qꝛ eſt falſa ⁊ inſana. qꝛ ſcdm illaz ſe
queret̄ ꝙ beata virgo ⁊ apoſtoli ⁊ alij qui iugiter ſeu quotidie
cogitabant circa humanitatē chriſti fuiſſent ſumme imperfecti
⁊ plus etiā ſequeretur. ſ. ꝙ ſimiliter omnes beati qui in diuina
eſſentia vident quotidie omnia ſacramēta humanitatis xp̄i. ⁊
illā limpidiſſime. cōtemplant̄ eſſent imperfecti. qḋ eſt abſurdū
dicere ⁊c. ¶ Glo. ſanctitatis allegat auctoritatē Tullij cōtra hy
pocritas. quas no. ¶ Gl. propagine. declarat quid ſit propago
⁊ vnde deriuet̄. Querit hic zenze. qualis pena erit imponenda
iſtis proſequentib⁹ iſtos errores cuz litera hoc nō declarat. Re
ſpondet ꝙ erunt puniēdi tanqꝫ heretici ⁊ ſic pena hereticoruz.
⁊ hoc ideo qꝛ iſti errores ſunt per eccleſiā dānati. Idē tenet hic
Matt. qḋ dicit eſſe veruz ⁊ procedere niſi ſe corrigant audita ve
ritate. qꝛ tunc non debent haberi pro hereticis nec aliqua pena
imponi. xxj. di. nunc autē. c. vij. diſt. nō licuit. xxiiij. q. j. hec eſt de
ſum. tri. c. ij. fatetur tamen ꝙ aliqua poteſt eſſe pena illis impo
nenda. de here. accuſatus in. vj. Sz iuxta hoc querit Mat. vſqꝫ
ad quātum tēpus poterūt ſe corrigere. dicit ꝙ quouſqꝫ fuerint
11 hanc † glo.nunquid dꝫ ſuſpenſus ab officio ab hoīe vel a iure eoipſo videtur ſuſpenſus a beneficio:videtur dicendū ꝙ non: qr diuerſa eſt ſpēs ſuſpenſionis a beneficio vt ptꝫ ex iuribus.§. alle.in glo.⁊ potiſſime ex decre.qr in omnibus.de vſuris.et de offi.deleg.c.ij.⁊ de clan.deſpon.c.fi.⁊ de offi.dele.c.j.§.vt autē.in.vj.⁊ de elect.nihil.⁊ de elec.cum in cunctis.Jn quibus iuribus ptꝫ ꝙ qñqꝫ quis ſuſpendit̄ ſimplr̄ ab officio.qñqꝫ ad tp̄s: ⁊ ſilr̄ qñqꝫ quis ſuſpenditur a beneficio ſimplr̄ habito quādoqꝫ ad tempus:ad hoc qr interdū quis ſuſpenditur ab officio ⁊ beneficio.vt ptꝫ in decre.tam literis.in fi.§.de teſti.de ſecū.in.c.j.de priuil.tuarum.cum ſi.ergo bene patet ꝙ data ſuſpenſiōe ab officio non ſequitur per hoc ſuſpenſio a beneficio niſi exprimatur.Nam aſs ſuperflue adderetur in dictis iuribus de bñficio ſi ſufficiat ſuſpenſio ab officio contra decre.ſi papa.de priuil.in.vj.qr verba non debent eſſe ſuperflua vt ibi.Jn contrarium hic glo.nil alle.Sed Pan.in cle.j.§.de priuile.vbi hoc tangit alle.qr beneficium datur ꝑpter officiū.de ꝓben.cum ſctꝫ.de reſcri.c.ſi.in.vj.ergo ſuſpenſus eſt a beneficio:ergo ſuſpenſus ab officio dꝫ intelligi cōiter ſuſpenſus a beneficio.Ad hoc qr ille q priuatur officio priuatur etiam beneficio.lxxxj.diſt.ſi qui ſacerdotum.⁊.c.j.de conſe.cum dilectus.⁊.xxxij.di.ꝑter hec.Ergo eodē modo in ſuſpenſione etiā idem eſt dicendum vt ſuſpenſus ab officio etiam ſit ſuſpenſus a beneficio:qr eadem videtur eſſe ratio q̄ in priuatione:⁊ p ꝯñs idem dꝫ eſſe ius.de conſti.tranſla.cum concor.℄ Quid dicendū glo.hic recitat qnqꝫ opiniones. vna fuit Hoſt.quā ſecutus fuit Archi.j.de re iud.cū eterni.in vj.qr aut loquitur in ſuſpenſione iuris aut in ſuſpenſione hoīs Primo caſu ſuſpenſus ab officio non intelligitur ſuſpenſus a beneficio ad hoc vt ſtatutum iuris penale reſtringatur.de cle.ſtatutum.in.vj.cum concor.facit decre.ad audientiam.de deci. Scđo caſu.ſ.in ſuſpenſione hoīs dicit ſecus:qr ſuſpenſus ab homine ab officio eoipſo intelligitur ſuſpenſus a beneficio.alleg. de cle.coniu.diuerſis fallacijs ⁊c.Jo.de preben.cum ſecundum. de eta.⁊ qual.cū bone.de app.paſtoralis.⁊ de app.apoſtolice. Et ſm ꝑdicta dicebat Hoſt.intelligendū qđ ipſe no.in ſum.de ver.ſig.§.pe.aſs vlti.ver.ſi in fi.no.⁊ ſe.Pro ꝑdicta opi.adducit rōnem qr mitius agitur cum lege q̄ cum miniſtro legis.ff. de arbi.l.celſus.nec iudex dꝫ eſſe clementior lege in auten.de iudi.§.opꝫ.co.vj.quaſi aſperior eſſe poſſit.Contra iſtam opinio. Hoſt.⁊ Archi.facit qđ indiſtincte videtur etiā in ſuſpenſiōe iuris ſuſpenſum ab officio intelligi ſuſpenſum a beneficio:qr bñficium vt dixi.§.datur ꝑpter officium.de reſcri.c.ij.⁊ ſi.in.vj.ergo ſuſpēſus ab officio intelligi dꝫ ſuſpenſus a beneficio.ad hoc lxxxj.di.ſi quis ſacerdotum.⁊ qđ ibi no.de conſue.cū dilectus.in glo.ſuſpenſus.⁊ de cle.excom.mi.latores.Preterea hoc videtur expreſſum in.c.ꝑter hec.xxxij.di.quapropter.glo.hic recitat aliā opi.que fuit Jo.an.d.c.preter hec.vꝫ vt diſtinguamus econtra ad opi.Hoſt.qr aut quis eſt ſuſpenſus ab officio a iure:⁊ tunc eo ipſo intelligitur ſuſpenſus ab officio ⁊ a beneficio:aut eſt ſuſpenſus ab hoīe ab officio:⁊ tunc non intelligitur ſuſpenſus a beneficio niſi in ſnia exprimatur contra iſtā opi.eodē modo faciunt rōnes ⁊ iura allegata ꝯtra ꝑcedentē opi.ideo glo.recitat tertiā opi.q̄ fuit Lancre.⁊ Uin.in decre.cum bone.de eta.⁊ qua.ꝑut ibi no.p Jo.an.ſup glo.ij.qr aut ſuſpenſus ab officio eſt i mora petendi abſolutionem:⁊ tunc ei ſubtrahitur beneficium:⁊ ſic etiā ſuſpenditur a bñficio.alleg.de dec.c.ſi.ij.q.v.ſup eā.facit.c. verum.§.cū vero.ne ſede va.in.vj.aut non eſt in mora:⁊ tunc ſecus illa opi.eodē morbo laborat quo ⁊ ꝑcedentes:ideo glo.recitat quartā opi.q̄ fuit eiuſdem.Lancre.⁊ Abb.in decre.a crapula.de vita ⁊ hone.cle.vt ibi no.ſuper glo.ij.qr aut quis eſt ſuſpenſus ab officio p crimine qđ conſtat eſſe mortale:aut p infamia que orta eſt ex eo qr dubitatur an crimen cōmiſerit an non vel p facto de quo dubitatur an ſit mortale.Primo caſu ſuſpēſus ab officio erit ſuſpenſus a beneficio.Jn ſcđo caſu ſecus alle. ij.q.v.ꝑſbyter.de pur.ca.c.j.⁊.c.inter.Quinta fuit opi.Gof.in decre.paſtoralis.de app.in vltima glo.que forte voluit idē qđ prior opi.ſꝫ per verba alia:qr aut quis eſt ſuſpenſus ex leui cauſa vel ꝑpter infamiam vel ſcandalum.vt.d.c.preſbyter.nec contēnit ſuſpenſionem:⁊ tunc ſꝫ quis ſuſpenſus ſit ab officio:non p hoc ſubtraheretur ſibi beneficium:⁊ per ꝯñs non intelligetur ex hoc ſuſpenſus a beneficio qđ non dꝫ ſubtrahi ſine magna cā xvj.q.vij.inuentum.nec quādiu alijs remedijs eſt loc⁹ ſeu alijs rationibus ſanſieri poteſt.C.de execu.rei iudi.l.ſtipendia.Jnterdum quis eſt ſuſpenſus ex magna cā vel etiā ex alia ſꝫ cōtēnit ſuſpenſionē

ſuſpenſionem: ⁊ tunc ſubtrahetur beneficium ſuſpenſo ab officio. alle. de eta. ⁊ qua. cũ bonę. q̄ ergo dictaꝝ opinionum erit verior. Glo. dicit ꝙ tres vltime opiniones videntur coniungende niſi aliud in ſnia iuris vel hoīs exprimatur: quaſi velit glo. ꝙ diſtinguere debeamus: qꝛ aut ex verbis ſnię iuris vel hoīs apparet an ius vel homo velit ſuſpenſum ab officio intelligi vel non intelligi ſuſpenſum a beneficio ⁊ tunc illud eſt ſeruandũ: ⁊ hoc claꝝ: qꝛ vbi verba ſunt clara ⁊ aperta nõ eſt opꝰ interpretatione l. ille aut ille. §. cum verbis. ff. de leg. iij. aut hoc non apparet: et tunc quis eſt ſuſpenſus ab officio ꝑ crimine ⁊ ex cã magna: ⁊ tūc etiam intelligetur ſuſpenſus a beneficio. Aut eſt ſuſpenſus pro infamia vel facto de quo dubitatur an ſit mortale: vel ꝓpter ſcādalum vel alſ ex leui cauſa ⁊ tunc contēnit ſuſpenſionem ab officio nec eſt in mora petendi abſolutionem ab illa: ⁊ tunc ſubtrahetur beneficium: aut non contēnit ſuſpenſionem ab officio nec eſt in mora petendi abſolutionem ab illa: ⁊ tunc ſuſpēſo ab officio non debet ſubtrahi beneficium: ⁊ hec fuit mens gloſ. ⁊ ſcōm iſtam diſtinctionem ſunt intelligenda iura ſuperiꝰ ꝓ ⁊ cōtra. al leg. Pan. in. d. cle. j. de priui. aliter dicit diſtinguendo principaliter tres caſus: qꝛ aut loquimur de ſuſpenſo ab officio ⁊ perpetuo aut ad tēpꝰ aut ſimpl̄r. Primo caſu ſuſpēſus ab officio indiſtincte intelligitur ſuſpenſus a beneficio: qꝛ talis ſuſpenſio hꝫ vim priuationis. vt no. per cū in cle. j. de reb. eccle. non alie. ſcōo caſu qñ ad tempus ⁊ tunc aut loquimur de beneficio qð ſolum datur intereſſentibus diuinis officijs ⁊ a tali beneficio eſt ſuſpēſus: qꝛ non intereſt diuinis nec intereſſe poteſt. Si vero loquimur de alio beneficio qð datur etiam non intereſſentibus diuinis: ⁊ tunc ab illo non intelligitur ſuſpenſus niſi aliud ſit expreſſuꝫ. alle. de ſymo. c. pe. ⁊ de temp. ordi. c. vel non eſt cōpos. tertio caſu qñ quis eſt ſimpliciter ſuſpenſus ab officio: ⁊ tunc ex vi vocabuli non eſt ſuſpenſus a beneficio ſed an poſſit ſubtrahi per ſniaꝫ ⁊ tunc dicit ꝙ ſi eſt ſuſpenſus ꝑ graui culpa poteſt ſubtrahi. Si vero eſt ſuſpenſus pro leui culpa ⁊ tunc non dꝫ ſubtrahi ſm eū hoc intellige qñ non contempſit ſuſpenſionem nec eſt in mora petendi abſolutionem. ar. eoꝝ q̄ ſuperiꝰ dicta ſunt. fac. de cōceſ. preben. qꝛ diuerſitatem. ⁊ c. ſi. de dec. ⁊ de dec. c. j. in. vj. Itē hoc intelligo de alio beneficio q̄ de illo qð datur intereſſentibus diuinis: qꝛ de illis non eſt dubium vt pꝫ ex predictis circa ſcōm caſum. Et hec diſtinctio Pan. rōnabilioꝛ videtur q̄ illa glo. et mihi plus placet ⁊ videtur mihi ꝙ etiā plus placet dño Gaſpari de calde. in. c. cum dilectus. de cōſue. vbi materia reuoluitur.

12 ¶ † Glo. dicendi.[a] colligit ex no. ex litera ꝙ contraria ꝯtrarijs

a purgantur. ⁊ alle. concoꝛ. facit. l. j. de cadu. tol. C. per hoc ēt colligitur ꝙ pctīn tacendi purgatur. dicendo. xliij. diſt. ſic rector. ⁊c. ¶ Glo. exinde exponit ⁊ declarat literam. ¶ Glo. percipiēdū. q̄rit quare pena hic poſita non hꝫ locum in religioſis pcipiētibus decimas. Reſpondet glo. ꝙ ſoli non pcipientes conſueuerunt in talibꝰ delinq̄re: ⁊ ideo de his dixit qꝛ ad ea q̄ frequenter accidunt ⁊ non ad ea q̄ raro debent iura adaptari. l. nā ⁊ ad ea. ff. de legi. Quare aūt hic non excepit religioſos retinentes vel non ſoluentes decimas. dicit Pan. ꝙ ideo qꝛ fruſtratoria fuiſſet ꝯſtitutio iſta: qꝛ aut loqtur de mēdicātibus ⁊ iſti nõ ſoluunt decimas qꝛ nil hñt aut de alijs: ⁊ illi ēt nõ ſoluunt ſaltē de nouālibꝰ quas ꝓprijs manibus ⁊ ſumptibus coluerunt: nec de nutrimētis aīalium. de deci. ex parte. ⁊ p ꝯñs nulli religioſi includerent in mandato huius conſtōnis ⁊ ſic fuiſſet fruſtratoria. ¶ Gloſ. hoc extendi. q̄rit an iſta exceptio reſpiciat nedū prima de omittentibus ſcienter facere conſciam conſitentibus ſed etiam verſiculus illos etiam vtꝫ ſic religioſi percipientes decimas ſi dicant aliqua que retrahant audientes a ſolutione decimaꝝ nõ ſint excōicati. Reſpondet glo. ꝙ ſic qꝛ in originali litera q̄ fuit primo miſſa eſt dictio hec in plurali ⁊ nõ dictio hec in ſingulari. ¶ In §. ſane. glo. ſimilem ſniam querit que eſt ſimilis ſentētia de qua hic loquitur. Reſpondet ꝙ loquitur de ſnia excōicationis quā etiam. ṡ. notauit. non autem loquitur de alijs que ſunt pene: et ſic hic non loquitur de ſnia ſuſpenſionis ab officio predicandi ⁊ hoc tenet hic Pan. per rationem glo. qð no. bene. ⁊ per hoc habes ꝙ ſnia excōicationis proprie non eſt pena. Sed q̄rit hic La. an hanc ſententiam excōicationis incurrant etiam inducti nedum inducentes. dicit ꝙ ſic: ſi inducentibus conſentiat lꝫ videatur contra. ṡ. de priui. ibi illis penam incurſuris eandeꝫ. ad hoc de ſen. excō. contingat. ⁊ qð ibi no. in nouel. ⁊ per Hoſti. de loca. c. j. An aūt inducentes indiſtincte incurrant dictum penaꝫ ex ſola inductione: dicit ꝙ non niſi inductio haberet effectum. vt qꝛ induxerunt ⁊ inductus fecit illud ad qð induxerunt. Mouetur qꝛ verba debent intelligi cum effectu. vt in decre. relatum de cle. non reſi. maxime in iſto caſu vbi agitur de pena ſpiritualī imponenda per conſtitutionem. ad quod alle. quod no. arch. xvij. q. j. ſi quis. in magna glo. ⁊ penul. col. in ver. in penis autēꝫ ſpūalibus. ⁊ qð no. Joan. an. in nouel. de iudi. mulieres. in. vj.

¶ Glo. contenta. querit q̄ ſit pena contenta in decre. j. de ſepul. in. vj. de qua loquitur. Reſpondet clare ponendo illam ad literam. ¶ Glo. abſoluendos. q̄rit an ab excōicationibꝰ alijs huiꝰ cle. q̄ huius. §. poſſit inferioꝛ a papa abſoluere: videtur ꝙ non per hunc tex. contrariū tenet glo. qꝛ hic. §. eſt ſeparatus p ſe ab alijs dictis huius cōſtitutiōis: ⁊ ideo de eo qð hic dr̄ ad alia nõ infertur. ar. no. de poſtu. prela. c. j. in. vj. fa. l. j. ff. de calū. ⁊ qui ſi. ſint legi. per venerabilem. per hoc concludit Guil. ꝙ ab alijs excōicationibus huius ꝯſtōnis q̄ huius. §. ordinarii poterūt abſoluere cū abſolutio in eis non reſeruetur pape. ar. de ſen. excō.

13 nuper. ¶ † No. bene glo. ꝙ dictum in vno. c. legis vel ſtatuti ſeparato non debet trahi ad aliud. c. ſeparatum. de quo p Bart.

b in. l. ꝓxie.[b] §. docere. ff. vi bo. rap. ⁊ l. talis ſcriptura. ff. de lega. j. facit quod no. de app. qðm. ⁊ c. ij. requiris. ⁊ per do. Ant. in clemen. qꝛ regulares. de ſup. negli. prela. per hunc tex. ibi: ⁊ qꝛ niſi fiat quod bonum eſt ⁊c. dicit enim Guil. hic ꝙ lꝫ baptizato de nouo ſine gemitu ⁊ planctu remittantur peccata. de conſe. diſt. iiij. ſine penitentia. ſaluari tñ non poterit niſi faciat bonum cū poſſit: licet abſtineat a malo qꝛ peccatum negligentie ⁊ omiſſio

14 nis eſt grauiſſimum. alle. ṡ. de celebꝛ. miſ. cle. grauis. † Ultimo Pan. per tex. hic ibi de nouo ⁊c. tractat quomodo multis modis dr̄ aliquid nouum qꝛ q̄nqꝫ dr̄ aliquid nouum reſpectu principij vt qꝛ nunq̄ fuit. vij. q. j. non aūt. viij. q. j. nec nouū. de verb. ſig. quid per nouale. ⁊ xxiij. q. j. acacius. ⁊ ſic ſumitur hic. Quandoqꝫ dr̄ nouum id qð fuit ⁊ poſtea deſijt ⁊ iterum renouatur. xviij. q. ij. de monachis. ⁊ ſic non intelligitur hic nam ſi domus religioſorum corruit ⁊ ſuper eodem ſolo reedificatur non eſt locus huic prohibitioni ſed ſolum qñ de nouo locum q̄runt: ſecꝰ ſi locꝰ deſineret eſſe ſuus ⁊ ipſum q̄rerent nouo titulo: qꝛ tūc locus eſſet huic conſtitutioni. de conſti. cum acceſſiſſent. Quandoqꝫ dr̄ nouum etiam qð aliqñ fuit. facit qð no. xij. di. preceptis. ⁊ ṡ. de reſcrip. cle. literas. dicitur etiam nouū reſpectu finis id quod nouiter habuit terminum. xxxv. q. vij. de gradibus. facit quod no. de dec. generali. in. vj. per glo.

¶ De penitentijs ⁊ remiſſionibus. Rubrica.

1 ☞ Damnatis ad vltimum ſupplicium non debet denegari ſacramentum penitentie.
2 Iudex eccleſiaſticus poteſt compellere iudicem ſecularē ad obſeruantiam iuris canonici in foro ſuo.
3 Abſolui inuitus an poſſit quis.
4 Penitentie ſacrm̄ non dꝫ dari niſi petenti: ſed an poſſit dari a quocunqꝫ ſacerdote etiam non proprio.
5 Sacramentum eucharıſtie ⁊ extreme vnctionis an debeat dari damnatis ad mortem. ⁊ nu. 7.
6 Sepulture eccleſiaſtice tradi an debeat corpꝰ dānati ad mortē.
7 Suſpenſus ad furcam non dꝫ de furcis deponi ſine licentia iudicis: quam de facili debet iudex concedere.
8 Immunitatem dare criminoſis ⁊ dānatis quis locus poſſit.
9 Corpus chriſti an liberabit fugiētē ad eū.
10 Et an fugiens ad corpus chriſti dum forte preſbyter portat ad aliquem infirmum an gaudeat immunitate.
11 Immunitatis priuilegio quis gaudere debeat.
12 Immunitas que ſeu qualis datur fugienti ⁊ qua pena puniantur frangentes hanc immunitatem.
13 Et an ep̄s poſſit talem fugientem extrahere de eccleſia ⁊ ponere ad monaſterium ad penitentiam peragendam.
14 Irregulares ſunt officiales deputātes clericos nimis arcto carceri vbi aqua anguſtie ⁊ panis doloris vix dari poſſet.

Cum ſecundū ſtatuta. Primo ponit conſtitutioneꝫ ſuam. ſcōo ad illam exequendam excitat ſuos ordinarios. ſcōa ibi loco-

1 rum. ¶ † No. primo ꝙ dānatis ad vltimum ſupplicium non debet denegari ſacramentuꝫ penitentie nec in hoc ſeruari debet abuſus contra

2 rius. ¶ † No. ſm Pan. ꝙ iudex eccleſiaſticus poteſt compellere iudicem ſecularem ad obſeruātiā

c iuris canonici in foro ſuo. facit de fo. cōpe. c. ij. in. vj.[c] de re. iur. lꝫ. eo. li. xxiij. q. v. adminiſtratores ibi cogit ēt ad iuſtitiā ſeruandam. ¶ Glo. ſi petāt. alle. ꝓ ꝯtrariū decr. ſignificaſti. ⁊ qð ibi no. ð eo q dixit in matrimonio. vbi dr̄ in fiñ ꝙ excōicato dꝫ munꝰ ab

3 ſolutionis impēdi ſi petat: † an aūt qs inuitus poſſit abſolui tāgit ibi glo. ⁊ cōiter tenet ꝙ a vinculo cēſure pōt inuitus abſolui lꝫ nõ a peccato vel culpa ꝓpter quā eſt excōicatꝰ: per hoc pꝫ ꝙ

4 ſacrm̄ pnīe nõ dꝫ dari inuito. ⁊ hoc tenet Pan. hic. dicit enī † ꝙ

d hoc ſacrm̄ pnīe[d] dari debet petenti alſ non dꝫ dari. alleg. xxiij.

a ¶ Colligit ex not. ex lra. Adde tex. in. l. affectuꝫ. in fi. xxvj. q. vij. ⁊ tex. i. c. ſi quis ſemel. de peni. diſt. ij.

b ¶. §. docere. adde quod noluit allegarē bartol. in. d. l. ꝓxie. §. erit. q̄ dr̄ia. ð qua materia vide ēt Panoꝛ. i c. cũ. in. ij. co. de reſcri. alle. in conſi. xxiiij. i vj. col. in. ij. vo. Imo. in cle. j. in pe. col. ad fi. de ſup. negl. prela.

c ¶ De re. iur. c. lꝫ. Adde qð noluit allegare tex. in. c. lꝫ. de iniur. lib. vj.

d ¶ Dari dꝫ petenti. adð imo. in cle. j. in. iij. co. ver. item nõ dꝫ dari. ṡ. de ꝓuileg.

q.v.penit.xxiij.q.ſ.legatur.fatetur q̄ quicq̄ quis cōpellitur ad pniam. ⁊ alle. de ſpon. ad audientiam. ⁊ qđ no. xxiij. q. iiij. quam q̄s. facit. xxxv. q. viij. inceſtuoſi. an aūt poſſit recipi hoc ſacramē tum pnīe a quocunq̄ ſacerdote etiam non proprio: dicit q̄ ſic: cum mortis periculum immineat. alleg. de offi. ord. paſtoralis. Quid de ſacramento eucbariſtie. dixi in clem. j. de priuile. ⁊c.

5 ℂ Gl. penitentie. querit † quid de ſacramento eucbariſtie: an ſibi debebit dari ſi petat: dicit q̄ ſic. alle. ẜ. e. ti. qđ in te. de quo

6 de cele. miſ. ſane. † Sed q̄rit de ſepultura vez an corpus damna ti ad mortem tradi debeat eccleſiaſtice ſepulture. dicit q̄ ſic per

7 c. vlti. xiij. q. vlti. hoc in decapitato vel ſimili. † Quid aūt de ſu ſpenſo ad furcam dicit glo. poſt Hoſtien. qui de hoc not. in de cre. ex parte. ij. de ſepul. q̄ talis non dz deponi de furcis ſine li centia iudicis: ipſa aūt petita ⁊ obtenta quam de facili dz iudex concedere. ff. de cadaueribus punitoꝝ. l. j. ẜ. ⁊. iiij. ⁊ tunc ſi peni tens fuerit tradi poteſt ſepulture. vt. d. c. vlti. Idem Pan. idez etiam Steph. limitat tñ hec verba ſi ſuſpenſus fuit in patibulo conſtructo ⁊ deputato: ſecus ſi alibi q̄ tunc ſine licentia tolli poſ ſet: q̄ hoc a iure intelligitur conceſſum. l. obnoxios. C. de relig. ⁊ ſump. fune. ⁊. ff. de condi. inſti. l. que ſub conditione. §. ſi. Itez qđ hic dr̄ ſacramentum penitentie non denegandū dicit ꝓce dere niſi negauerit male ablata reſtituere vel preſtare ſecurita tem cum poterit alle. de rap. in. c. ſuper eo. vidiſtis multa ſacra menta conceſſa ipſis dānatis ad mortem. vidi de facto dubita ri quid de ſacramento vnctionis extreme an debeat dari talib⁹ ſi petant: videtur q̄ non: q̄ hoc non reperitur iure cautum: er go ⁊c. ar. de tranſla. epi. c. ij. idem q̄ ſit in pedibus cū quib⁹ dz

a itinerari ad locum iuſtitie. [a] Item dz dari tñ infirmis de ſacra vnct. c. vno. ibi infirmatur quis ex vobis ⁊c. In contrariū q̄ iura dicunt tale ſacr̄m dandū cuilibet exiſtenti in periculo mor tis cū de eius morte deſperetur. facit qđ no. per La. ẜ. de priuil.

8 in. c. j. cogita. ℂ † Glo. ſequentes ſunt literales. q̄rit hic Guil. quis locus tribuat immunitatē talibus dānatis vel aliis crimi noſis: dicit q̄ locus eccleſie ad diuinum cultum de conſenſu epi vel ſupioris edificate q̄uis nondum conſecrate: ⁊ lz nondū in

b ea ſint diuina officia celebrata. Itē cimiteriū eccleſie alle. [b] C. de his qui ad eccl. confu. l. j. ẜ. de immu. ecc. inter alia. ⁊. c. pe. ad ſi. qđ dicit ꝓcedere etiam ſi p̄dicta loca ſint interdicta: q̄ deus in cuius honore data eſt libertas eccleſie non deliquit: ⁊ ſic non dz ex delicto miniſtroꝝ perdi tale priuilegium. alle. de his q̄ fiunt a ma. par. ca. q̄ſiuit. Ita etiam no. Inn. in. d. c. pe. ſm̄ enim lz gl. teneat q̄ vt locus ſit dicto priuilegio ſit neceſſe q̄ in loco predi cto ſint diuina officia celebrata: ſecus dicit in ſimplicibus ⁊ pri uatis oratoriis: q̄ lz ibi ſint celebrata diuina q̄ illa non habent dictum priuilegium: ⁊ ſic no. Hoſ. ſm̄ eum de cen. c. ſi. De pala tio epi lz non ſit. ſ. ſepta eccleſie dicunt q̄dam idē q̄ in eccl̄ia al leg. xvij. q. iiij. ſtatuimus. Idem dicunt de ſtatua ꝑfecti vrbis alle. inſti. de his q̄ ſunt ſui vel alie. iu. §. ſi. ſed dicit ipſe q̄ in hoc attendi dz conſuetudo ꝓut no. Inno. in. c. inter alia. de immu.

9 eccl. † Nunquid aūt corpus xp̄i liberabit. Hoſti. q̄ ſic in. c. ſi. de cele. miſ. Aliȷ contra alle. de inſti. c. ſi. dicere potes q̄ lumōs cor

10 pus xp̄i non liberatur. vt pz in his q̄ dicta ſunt ex glo. † ſed an fugiens ad illud dum forte p̄ſbyter portat ad aliquem infirmū dici poteſt q̄ ſic. de quo in. d. c. ſane. dic vt ibi no. ⁊. xiij. q. vlti. c.

11 ſi. p Jo. vbi tenet q̄ etiam hoc caſu non ꝓdeſt. † Scdo princi paliter querit quis gaudeat hoc priuilegio. Reſpondet q̄ qui libet cuiuſcunq̄ conditionis exiſtat qui velit gaudere ſi aūt no lit: ſed ſponte ſe iuſtitie offert nulla ſit violentia eccleſie vt in re gula ſcienti. de reg. iur. in. vj. per hoc dicit q̄ etiam quilibet ſer uus gaudeat hoc priuilegio iuxta diſtinctionem. c. ſi. ſuperi⁹ al le. quinimmo ⁊ iudeus qui non ficte vel ſimulate confugiat: q̄n immo etiam excōicatus. Ratio q̄ non inſpicitur delictum ſed potius fauor eccleſie. Ab iſto aūt priuilegio excipiuntur tres p ſone q̄ illo non gaudent ſcȝ publicus latro depopulator agroꝝ ⁊ delictum cōmittens in eccleſia: ⁊ in hoc ſtatur canoni qui cor rigit legez q̄ eſt in auten. de man. prin. §. qđ ſi delinquentē. Jo. de lig. hic dicit q̄ ille. §. non contradicit canonibus immo ꝯcor dat: q̄ omnes caſus poſiti in. d. §. exceptis duobus primis intel liguntur qñ delictum fuit commiſſum vel intra eccleſiam vel in cimiterio vel de ꝓpoſito inſidioſo: vnde ſi aliquis occidit hoīez in eccleſia ⁊ illud non fecerit inſidioſe: eccleſia enim dz ipſuȝ de fendere maxime ſi ſit conſuetudo. ſic iuxta no. p Inn. in. c. inter alia. Si aūt committitur furtum in eccleſia nō tuebitur nec di ſtinguitur de intentione furantis. q̄ furtum nunq̄ ſit bona in tentione niſi in caſu. c. j. de fur. ſm̄ Hoſ. in. c. ſi. de immu. eccl. lz

12 Hoſt. ibi cōtra. † Tertio querit que ſeu qualis immunitas cō cedatur fugienti ad eccleſiam: dic q̄ fugientibus victualia ⁊ ve ſtes non vetantur. l. ſi. C. de his qui ad eccle. confu. Quarto qua pena puniantur frāgentes hanc immunitatem. puta victum ⁊ veſtitum vel quietem talibus ſubtrahendo: vel eos totaliter ex trahendo: dic q̄ puniantur ſicut ꝓ crimine leſe maieſtatis vt. d.

13 l. ſi. † Quinto nunquid epūs vel officialis poterit talem fugiētez extrahere de eccleſia ⁊ ponere ad monaſterium ad pniam pera gendam. Inn. q̄ ſic. alle. l. ſi epūs. C. de adul. auten. ſed nouo iure Idem videtur vt pz. xvij. q. iiij. vez. q̄ a ſola ſanguinis pena defendit eccleſia ⁊ aliis eos cōpellit. de immu. eccle. inter alia. qđ dicit eſſe vez niſi monaſterium eſſet nimis arctum ſicut carcer qui poſſet reputari ꝑpetuus: vbi panis anguſtie ⁊ aqua dolo ris dari poſſit. de ver. ſig. nouimus. ⁊ ſpāliter in aliquibus locis in quibus tales incarcerati non viuunt vltra. vj. dies ꝓpter ar

14 ctationem carceris. An aūt officiales † deputātes clericos tali carceri ſint irregulares: dicit q̄ ſic. quia eſt magis afflictiua illa mors q̄ longiori languore affligat. ⁊ hoc not. bene rogo ⁊c: ⁊ ſic videtur mihi q̄ aliis audiuerim a dño Gal. de cal. in decre. in ar chiepatu de rap. ſed aduerte q̄ ꝯtrā hic in vno qđ dixi poſt In no. ⁊ Guil. epm̄ poſſe extrahere dānatum fugientem ad eccl̄iā lz de illa ⁊ illum ponere in monaſterium ad pniam peragendam tamen contrarium q̄ nullo iure hoc cauetur ſm̄ eū. Item q̄ epūs hz fugientes ad eccleſiam intra eccleſiam defendere: ergo nō po terit extrahere. Jo. de lig. dicit q̄ opi. Inn. eſt verior q̄ eccleſia ſolum defendit a pena ſanguinis vt ſuperius eſt dictū. fa. xxiij. q. v. reos ſanguinum. Vltimo q̄rit Guil. quid fiat principibus tota die violantibus hanc immunitatē: dicit q̄ conciliū bn̄ feciſ ſet imponere penas grauiores. alle. no. per Inn. ẜ. e. inter alia.

1 ℂ ſ Queſtores ſeu elemoſynarii plerūq̄ decipiunt ſimplices in ſuis p̄dicationibus vt pecuniam fallaci ⁊ ſubtili ingenio ab eis extorqueant: ⁊ male faciunt q̄ non eſt licitum per falſam p̄ dicationem aliquid extorquere. ⁊ nu. 2.

3 Queſtores non debent admitti niſi oſtendant literas apoſtoli cas vel dyoceſanorum.

4 Queſtores ex forma cōi literarū apoſtolicaꝝ non conceditur eis niſi vt poſſint indulgentias in literis conceſſas inſinuare: ⁊ cha ritatiua ſubſidia ſimpliciter poſtulare: nō aūt lz eis ꝓpter illas populo p̄dicare nec aliud exponere q̄ qđ in literis continetur.

5 Queſtorum litere quas dicunt apoſtolicas ſunt prius examinā de per dyoceſanum anteq̄ admittantur ne aliqua fraus ſit cō miſſa in eis.

6 Queſtores in q̄bus delinquant ⁊ quibus priuilegiis gaudeant.

7 Queſtores delinquentes in predictis debent puniri per epz nō obſtante quocunq̄ priuilegio.

8 Queſtores elemoſynaꝝ dicuntur a queſtu: queſtores iudicioꝝ dicuntur a querendo: q̄ tales ſunt iudices.

9 Queſtores non poſſunt proprio motu concedere indulgentiaz ⁊ quare.

10 Indulgentias dare ſpectat ad papam.

11 Et ad hoc vt valeant quot requirantur.

12 Indulgentia legitime conceſſa quid operetur.

31 Diſpenſare nō poſſunt queſtores ſuper votis q̄ hoc ſpectat ad epiſcopos ⁊ ſuperiores.

14 Super voto continentie diſpenſare an poſſit papa.

15 Diſtributio male ablatoꝝ ad quez ſpectet an ad epm̄ an ad exe cutorem teſtamento datū.

16 Alias extrahendi de purgatorio poteſtatē non habent q̄ſtores.

17 Suffragia an poſſint prodeſſe exiſtentibus in purgatorio.

18 Indulgentia an poſſit concedi exiſtentibus in purgatorio.

19 Animas extrahere de purgatorio ad ſolum deum ſpectat.

20 Indulgentia que conceditur a pena ⁊ culpa qualis ſit.

21 Et quis poſſit hanc indulgentiam concedere.

22 Simplicitas eſt multiplex.

23 Queſtoribus non eſt permiſſuȝ predicare ſed ſolū indulgētias populo inſinuare ⁊ ab eo petere charitatiuum ſubſidium.

24 Litere queſtorum priuſq̄ admittantur debent examinari per epm̄ ⁊ an poterit de eis iudicare.

25 Cognoſcere poteſt quis interdū de re de qua nō pōt iudicare.

26 Diſpenſare non poteſt epūs in his in quibus eſt peccatum mor tale ſm̄ legem diuinam vt in furto ⁊ rapina nec etiam papa. in his vero in quibus eſt peccatum mortale ſm̄ ius poſitiuū tūc ſi epiſcopis ſiue inferioribus eſt interdicta diſpenſatio ſolus pa pa poteſt diſpenſare ſiue penitentiam imponere: ſed ſi nō eſt in terdicta tunc diſpenſare poterit epūs.

27 Penitentiam relaxandi: commutandi vel remittendi quis ha beat poteſtatem.

28 Queſtores a quibus poſſint accipere literas queſtionandi.

Abuſiōibus quas nō.

Tres ſunt partes principales decre. quia in prima parte reperis diſpoſitionez concilii ge neralis de queſtoribus non admittendis ſi ne literis apoſtolicis vel dyoceſanorū vel adū cit per dyoceſanos prebere priuſq̄ admittantur literas apoſto licas

a ℂ Itē dz da ri. Adde imol. in clem. j. in. iij. co. ẜ. de priuil.

b ℂ C. de his q ad ecc. confug. ad hanc mate riā vide pulchre prati. pap. i for. inq̄ſitio. in glo. j. iu. viij. col.

licas ⁊ examinari. In ſcda parte ponit. viij. reprehēſibiles act⁹
queſtorū quos fieri prohibet ⁊ cōtraria priuilegia reuocat. In
tertia delinquentes precipit puniri p epm nō ob. priuilegiis ſe
cunda ibi. ad hoc. tertia ibi. queſtores. Tex. ibi examinent hoc
1 adijcitur cōcilio generali ſcdm Ste. ¶ † Not. primo q queſto-
res plerūq in ſuis pdicatōibus decipiūt ſimplices vt pecuniā
fallaci ⁊ ſubtili ingenio ab eis extorqueāt. ⁊ putabāt iſti ſibi lice
re ſcdm Guil. forte ex eo q lex dicit q aurū ſubtili ingenio eſt a
barbaris extorquēdum. C. de cōme. ⁊ merca. l. ij. reputabāt eſſe
forte quoſdā diuites barbaros vel forte putabant ſibi licere ex
precepto dñi qui iuſſit iſrael furtum recedere cū auro egyptiorū
2 Exo. c. iiij. fa. xiiij. q. v. dixit dñs. ¶ † No. ſcdo q nō eſt licitum
per falſaz pdicationē aliquid extorquere vide qd habeſ in. c. j.
a v. q. iij. per Pan. ſ. de ſepul. de. dudū a ¶ † No. q nō debent
3 admitti queſtores ſeu elemoſynarij niſi oſtēdāt literas apoſtoli
4 cas vel dioceſanorū. ¶ † No. q ex forma cōmuni literarū apo-
ſtolicarū nō conceditur eis niſi vt poſſint indulgētias in litera
cōceſſas inſinuare ⁊ charitatiua ſubſidia ſimpliciter poſtulare
nō aūt licet eis pp̄ter illas populo pdicare. nec aliud exponere
q̄ illud qd in literis continet. vnde dicebat Hoſti. in decre. cum
ex eo. ſ. eo. q ad literā vidit alphabetum habēt exponere. qd in
5 eorū literis cōtinetur ⁊ nō vltra. ¶ † No. literas quas queſto-
res dicūt apoſtolicas prius fore per dioceſanum examinādas
anteq̄ ipſi queſtores admittāt ⁊ hoc ne aliqua fraus ſit cōmiſ-
6 ſa in eiſdem. ¶ † In ver. ad hec. No. octo exceſſus in quib⁹ de-
linquunt iſti queſtores. Et no. priuilegia conceſſa perſonis vel
ordini ipſorum quo ad hoc reuocata. et ſic no. ſecundum Step.
q propter abuſum perditur priuilegium. Item q abuſus cla-
7 uium eſt dānatus fa. xj. q. iij. priuilegium ⁊ c. plerūq. ¶ † No.
tales queſtores delinquentes in predictis debere per epiſcopū
b puniri non obſtante quocunq priuilegio b ¶ Not. q formidi
ne pene quis a delinquendo retrahitur. vide glo. de preben. cū
qui in. vj. ¶ Glo. queſtores. querit de quibus queſtoribus loq-
tur hec littera inhibet ne queſtores aliqui ſine litteris apoſtoli-
cis vel dioceſanorum recipiantur. rñ. q de queſtoribus elemo-
ſynarum de quibus loquitur principium huius decre. et de pri-
uile. tuarū. ⁊ ſ. eo. cū ex eo. eſt aūt alia ſpecies queſtorū. ſ. iudi-
8 ciorum et de hoc nō loquiť hic ſed. ſ. de ver. ſigni. forus. † Idez
pan. dicēs q queſtores elemoſynarum dñr a queſtu. queſtores
vero iudiciorum a querendo. ⁊ tales ſunt iudices. alleg. d. c. for⁹
ver. iudicium. ⁊ q iudex debet cūcta rimari. xxx. q. vj. iudicātez
Alij aūt ſcdm pan. ſunt queſtores a gñe querendi de quibus in. l.
vnica. ff. de offi. queſto. ⁊ ibi de queſtoribus pecuniarū ⁊ erario-
9 rum ſcdm glo. ¶ † In ver. ad hoc gl. de facto q̄rit q̄re iſti queſto
res non poſſunt motu proprio cōcedere indulgētias. Rñdet q
hoc eſt epōrum ⁊ ſuperiorum. nō aūt inferiorū vt pz in. c. accedē
tibus de exceſ. prela. quinimo nec tales pñt cōcedere niſi pp̄ris
ſubditis ⁊ nō extraneis. ſ. eo. q aūt. ⁊. ſ. certas metas. ſ. eo. cū
c ex eo. § j. c † Ex predictis pz q indulgētias dare ſpectat ad pa
10 pam et eius legatos archiepiſcopos et epiſcopos pbatur in. d.
c. accedentibus ⁊. ſ. eo. cū ex eo. ⁊. c. noſtro. ⁊ eo. ti. romana. ⁊. c.
fi. in. vj. de legato pz de offi. lega. c. nemini. ſcdm Lap. ⁊ hoc eſt ve
rum ſcdm eum de publicis et generalibus indulgētijs. q ille ſunt
dignitatis epiſcopalis. ⁊ ſic inferiores prelati illas cōcedere nō
pñt. An aūt electi confirmati in epiſcopos poſſunt cōcedere in
dulgentias vel ap. ſe. va. dicit. Ste. q nō ⁊ ſic dicit not. Archi.
ſ. eo. c. fi. in. vj. Fatetur tñ q q̄tum ad electum. confirmatū. he.
Thomas ſuper. iiij. ſniarum tenet cōtra dic per Jo. an. in. c. ac
d cedentibus. Lap. hic dicit Hoſt. tenere d qd electus cōfirmatus
ſi nō eſt ſacerdos nō pōt idulgētias cōcedere. pur no. ipſe Hoſt.
in. c. accedentibus hec vera in publicis ⁊ generalibus indulgen
tijs vt predixi. In priuato aūt ⁊ in foro penitentie dicit Lap. q
quilibet ſacerdos ſibi legitime cōfitenti pōt eas concedere. et ſic
dicit tenere Hoſtien. in ſumma de remiſ. §. quis poſſit archi. ſ.
11 eo. ti. c. fi. in. vj. Eſt tñ aduertendū ſcdm eū q prout † dicit magi
ſter Guil. altiſiodorēſis ad hoc vt iſte indulgētie valeāt requirū
tur ſeptem. Primum eſt ptās ligādi ⁊ ſoluēdi que eſt apud p-
latum ⁊ nō apud aliū. Scdm neceſſitas loci et penitentis. q lo
co indiget penitens nō pōt ieiunare vel aliā penitentiam face-
re. Tertium eſt deuotio fidei q credit apud eccleſiam eſſe tan-
tam ptātem. Quartū feruor penitentis. i. q ſit cōtritus. Quin-
tum diſcretio eiuſdem. ſed q pro tanto ſe redimat pro quanto
nollet ſibi iniunctam penitentiam ſuſtinere. Sextum iuſta ei⁹
eſtimatio ſcz. vt ſcdm q ei dimittitur recōpenſet. Septimum q
ſit ſubditus illius qui indulgentias facit alle. ſ. eo. q aūt. ⁊ Ho
12 ſti. ſ. eo. cū ex eo. † Quid operet indulgētia legitime cōceſſa ha
betur in. c. q aute. ſ. eo. ⁊. c. cū ex eo. ⁊ tertio de reli. ⁊ ve. ſanc. cle.
vnica ad fi. Sed an ſi quis pluries vadat ad locū pro quo eſt cō
ceſſa indulgentia totiens habebit indulgentiam dicit Matth.
13 q ſic. ¶ † Glo. votis querit quare non pñt iſti queſtores diſpē
ſare ſuper votis. Rñdet q hoc eſt epiſcoporū ⁊ ſuperiorū vt ⁊
precedēs de quo plene. in. c. j. de voto. Pan. dicit hic q regula-
riter hoc ſpectat ad epiſcopos ⁊ ſuperiores. ⁊ cū cauſa demū. vt
e in. c. j. e fallit in voto vltramarino in quo ſolus papa diſpenſat.
14 vt probaſ in decre. ex multa de vo. † Quid autē de voto cōtinē
tie an in illo poſſit papa diſpenſare remittit ad no. in. c. cū ad
monaſteriū de ſta. re. vbi per Inn. qui ibi dicit q papa contra
tale votū nō dz diſpenſare niſi ex maxima cauſa fa. de ele. conu.
cū olim. ⁊ qui ele. vel vo. in. c. rurſus. Mat. vero hic dicit ſpecia
le eſſe in voto continētie in quo nullus diſpēſat. alle. preal. c. cū
ad monaſteriū. xxxij. q. j. nuptie ⁊. q. v. ille. xxx. q. vin. c. j. ī omni
aūt alio voto etiam ſolēt ſiue cōſiſtat in faciēdo ſiue in nō faciē
do dicit diſpenſare poſſe de auctoritate ſuperioris dūmodo cō-
penſatio ſit melior alle. no. per Inn. ſ. de voto ſcripture. Et te-
ne qd proxime dixi. An aūt papa peccet ſine cā diſpenſando di
cit q nō ſi diſpenſet contra ius poſitiuū alias peccat. alle. ſ. de
15 voto nō eſt. ⁊ qd ibi no. per Inn. ⁊c. ¶ † Gl. incerta voluit que
rere ad quē ſpectat diſtributio male ablatorū incertorū an ad
epm an ad executorez datū in teſtamēto. de quo remittit ad no.
in cle. j. de priui. in ver. nec legata. Lap. hic recitat opin. q Ho-
ſti. in decre. cū ſit de iudeis tenuit q ſpectaret ad epm. Idez te
net in decre. cū tu. de vſuris. ⁊ in ſumma de pe. ⁊ re. §. cui cōfi-
tendū ſit ver. tu dic. ⁊. §. vult ſub. §. ſed que forma verſi. vbi ve
ro. Idez Jo. an. ſcdm eū in. c. ij. ſ. e. ti. ⁊ de reg. iur. peccatū alle.
predicti ad hoc. c. cū ſit. Archi. vero tenuit cōtrariū in. c. non ſa
ne. xiiij. q. v. ⁊ in. c. religioſus de teſta. in. vj. Nec ob. c. cū ſit ſecū
dū eū q ibi loquiť in iudeo cuius bona erāt diſtribuenda qui
eſt ſuſpectus circa diſtributionē faciendā pauperibus chriſti.
Aliud aūt eſt quādo xpianus eſt qui tenetur ad male ablata re
ſtituēda. q ſi executorē dimiſit ille qui poterit diſtributionē fa-
cere inter pauperes xpi. q ceſſat pdicta ratio ſuſpitiōis. Si ve-
ro nullū executorē dedit in teſtamēto tūc ad epm pertinebit. ad
hoc alle. preal. c. cū tu. de vſuris ⁊ de teſta. in. c. tua. cū. Archi. te
nuit Pan. ī cle. dudū. §. ſtatuim⁹ ad fi. de ſepul. ⁊ in cle. j. de pri
ui. Idē tenuit Jo. cal. conſulēdo prout reperiſſe ſe dicit La. hic
aūt ipſe La. cōcordare nitiť opi. ⁊ eligit mediā viā. q in his ma
le ablatis incertis in quib⁹ eſt trāſlatū dñiū. nec cōpetit repeti-
tio. Exēplum pz. xiiij. q. v. nō ſane habeat locū dictū Archi. ⁊
ei⁹ opi. ⁊ ſequaciū. In his aūt ī quib⁹ dñiū nō trāſferť vel cōpe
tit repetitio. Exemplū in. c. trāſmiſſa. de deci. locum habet opi.
Hoſt. ⁊ Jo. an. facit qd no. archi. j. q. j. nō eſt putāda. Ratio di
uerſitatis poteſt eſſe ſcdm eū. q in primo caſu ille qui habet ma
le ablata poteſt ex eis facere elemoſynaz ⁊ dat ius dominij licet
illicite. ⁊ ideo vt de ſuo debet poſſe per ſe vel per aliū facere di-
ſtribuendo pauperibus pſertim ſicut pz. vt in. d. c. nō ſane. In
ſcdo vero nō poteſt exinde facere elemoſynā. nec habet ius do-
minij. vel ſi habet nō perfecte q de eis cōpetit repetitio vel eius
heredibus. cuius fuerint male ablata. in cuius locū ſi non ſunt
alij heredes volunt iura in fauorem anime illi⁹ cui faciēda erat
reſtitutio fieri diſtributionē ⁊ erogationē ipſorū male ablato-
rū pauperibus tanq̄ heredibus illius nō per illū qui tenetur
ad reſtitutionē cū ſit ſuſpectus. ⁊ q in hoc eſt extraneus ab eo
cui facienda eſt reſtitutio pauperibus quibus etiā eſt fienda. ⁊
etiā ab ipſis male ablatis in quib⁹ miniſterio habet. ſed voluerūt
iura dictā diſtributionē fieri per epm qui eſt pater pauperum
ſue dioceſis. ⁊ ordinarius iudex in illa. de exceptio. cū venerabi
lis de re. domi. c. nunc aūt. ⁊. c. de xenodochijs. Sed aduerte q
predicte defenſioni ⁊ concordie videť obſtare dictum. c. cum ſit.
q ibi loquitur in caſu in quo trāſfertur dominiū. hic ī officiali.
⁊ tamē ibi epiſcopo diſpēſatio ſeu diſtributio pmittitur. dicit
La. q ſolutio poteſt eſſe duplex ad dictū cōtrariū. vna q ibi lo
quatur de ſuſpecto. ſ. infideli. ſ. dicta autez loquātur de fideli ⁊
non de ſuſpecto ideo ſecus. Scda ſolutio poteſt eſſe q in caſu. c.
cū ſit. nō fuit tranſlatū dñiū. ſecus ſi trāſlatum fuiſſet. vt ſupe
rius dixi. Ad predicta facit qd notat Joā. an. in. d. c. religioſus
de teſt. in. vj. Et pan. in. d. cle. dudū. dic vt dixi ī. d. c. religioſus.
16 ¶ † Glo. mendaciter. querit quare iſti nō habēt poteſtatē ex
trahēdi animas de purgatorio. Reſpōdet q anime ex quo eſt
ſeparata a corpore eſt reſeruata dei iudicio. xxv. di. q̄lis. Guil.
hic dicit q iſti volebāt eorū poteſtatē extēdere vltra q̄ ſe extē-
dāt claues Petri cui dictū fuit. Quodcunq ligaueris ſuper ter
rā ⁊ cetera Nō aūt dictū fuit ſub terra. ſz forte pp̄ter hoc ſcdm eū
iſti queſtores nō permittebant corpora ſubterrari. ſed faciebāt
poni ſuper terram in feretro vel archa. l. diui. ff. de reli. ⁊ ⁊ ſūp.
17 fu. fa. qd no. xiiij. q. ij. §. fi. ī fi. † Sed an aliq̄ ſuffragia poſſunt
prodeſſe talibus exiſtentibus in purgatorio. dicit gl. q ſic quia
ſuffragia de quibus habeť ⁊ not. xiij. q. ij. anime defunctorum
ſenze. hic dicit q quatuor modis poteſt quis liberari a purga-
torio vel a pena purgatorij. de quibus in. d. c. anime. quos hic
explicat Mat. Et primo poteſt quis liberari abſolutionibus.

a ¶ Not. q nō debēt admitti. adde tex. l. c. cū ex eo extra de pe. ⁊ re. ⁊ ibi vide ho l. ⁊ do. Abba

b ¶ No. q formidine. Adde gl. in. l. j. in pri. in ver. metu. ff. de iuſti. ⁊ iur. tex. in cle. cupiē tes. in princi. ⁊ ibi imo. in. j. no. ſ. tit. j.

c ¶ Ex pdictis pz. adde Panor. in. d. c. cum ex eo extra de pe. ⁊ re.

d ¶ Qd elect⁹. Adde panor. ī c. ad liberādam extra de iude. ⁊ in cap. ſuffraga neis ad fin. de elec.

e ¶ Fallit in voto. Quid aūt ī voto de viſitando ſepulcro vel ſancto Jacobo vide panor. in d. c. ex multa de voto.

ſacerdotum vel oblationibus ſeu ſacrificiis ſacerdotum. Scdo orationibus ſanctorū virorū. Tertio elemoſynis amicorum. Quarto ieiuniis cognatorū vt.d.c.animę pro talibus autē exiſtētibus in purgatorio eſt orandū q: ibi ſcdm zenze. habent cōplere penitētiā in hoc ſeculo nō cōpletā per cōtritionē de mortalibus peccatis. ſecus ſi deceſſiſſent non contriti de mortalibus q: tales damnati ſunt eternali pena ⁊ infernali. de pen.di.vii. nullus expectet. ⁊.i.di. ſi peccatum. ⁊ ideo pro tali nō eſt orandum .xiii.q.ii. ęps. Et ſimiliter nec pro beatis ſeu ſanctis de celo. miſſa. cū marte. ſcdm zenze. ⁊ Mat. Ex pdictis patet q ꝓut dicit Pau. piū eſt pro defunctis orare vt a peccatis ſoluant ſcdm

18 zenze. † An autē poſſit indulgentia cōcedi in purgatorio exiſtenti. gl. remittit ad no. ſ. e. q autē. p Hoſt. in ſum. de remiſ. §. quibus prout. ⁊ §. vlti. videt q nō. q: claues Petri ad tales videntur ſe nō extēdere q: ei dictū eſt quodcūq; ligaueris ſup terrā ⁊ cetera nō autē fuit dictū quodcūq; ligaueris ſub terra. vt proxime tetigi. de hoc tangit gl. xxiiii.q.ii. legat. ⁊ de ſen. ex. a nobis ii. xxxiii.q.ii. quos deus. Guil. h. d. q quidā dicunt q nō. q: tales ſunt vocati ad maius tribunal ⁊ relicti ſunt diuino iudicio alle. xxiii. di. quorumdā. Alii vero dicūt contra inter quos eſt ſanctus Thomas dicens q ſi hoc intendit ille qui poteſt dare indulgentias vz indulgentia dūmodo expreſſe cōcedat etiā pro mortuis niſi adiiciatur aliquid nedū q fieri nō poſſit per mortuū. ⁊ hoc no. Inn. ſ. eo. q autē. Hoſti. tamen hic tenet contra rui. La. dicit hic q licet elemoſyna quā viuēs facit pſit defuncto per modū elemoſyne. tamen nō prodeſt per modū indulgētie que poteſt fieri ſeu cōcedi mortuis etiā poſtq̄ ſunt mortui licet profuerit mortuis quibus dū viuerent facta fuit remiſſio.

19 † Extrahere aūt ⁊ liberare aīam de purgatorio ſpectat ad ſolū deū de cui⁹ foro ē: ⁊ cui⁹ eſt relicta iudicio de quo dicit dicēdū ꝓut no. Hoſt. i ſum. de remiſ. §. qb⁹ ꝓſunt. ⁊ §. ſe. vſq; ad fi. ⁊c.

20 ¶ † Glo. a pena ⁊ culpa. querit qualis ſit indulgentia iſta que

a conceditur a pena ⁊ culpa. [a] Reſpōdet q eſt pleniſſima indulgentia ſeu remiſſio peccatorū que cōcedit cruce ſignatis pro vltramarino ſubſidio. de quo poſt Hoſt. de ind. ad liberandū. ⁊ hec etiā datur in anno cētenario. hoc eſt de centum annis in centum annos. prout habet in extrauagā. Boniſacii antiquorum

a ¶ Rñdet q eſt. Adde gl. in §. i. i ver. curiis in fi. ⁊ ibi doc. inſti. de here. q ab inteſta.

21 † Quis autē poſſit hāc indulgentiā cōcedere. dicit glo. q ſolus papa. Idē tenet hic La. qd dicit procedere in generali ⁊ vniuerſali remiſſione quā papa facit. per quā omnis ſatiſfactio remittitur in particulari vero ⁊ ſpeciali remiſſione quā facit papa vel inferiores prelati in qua dicūt tanciū de iniuncta penitentia relaxamus non fit plena remiſſio. de quo remittit ad no. per Hoſt. in ſum. de remiſ. §. itē per crucis aſſignationē vel aſſumptiones ver. illud etiā dicit tamē La. hic vnū precipue ſciendū q ſacerdos nō poteſt totū tēpus penitētie peragēde remittere penitētiā prout habet. xxiii.q.v. ⁊. c. ſi is qui predatus. ⁊ ibi de hoc per Jo. ii.q. vii. hic ſit poſitū ⁊c. ¶ Gl. in perſonis. op. q imo differentia debet eſſe inter priuilegiū cōceſſum pſonis ⁊ priuilegium cōceſſum ordini. de priui. ne aliqui li. vi. Soluit q quo ad caſum iſtū non eſt differentia. ſecus in caſu decre. illius de quo dicēdum vt ibi. Juxta hoc querit hic Pau. an hic reuocentur priuilegia cōceſſa officiis. dicit Pau. ſcdm quoſdā q nō. q: hic loquit de priuilegiis cōceſſis pſonis ⁊ ordinib⁹ que ſunt diuerſa ⁊ diſtincta a priuilegio cōceſſo officiis. ſ. eo. de deci. ad audientiā cuiuſ cōtex. q: tex. hic in prin. dicit q iſti queſtores decipiebant ſimplices.

22 † Querit hic La. q̄ꝓplex. ſit ſimplicitas [b] dicit q eſt multiplex q: quedā eſt ſimplicitas cōtraria doloſitati ⁊ hec eſt bona de qua. ii. qō. vii. ſancta quippe ruſticitas. i. ſimplicitas. de hac etiā dicitur. habeto ſimplicitatē columbe ⁊ aſtutiā ſerpētis ne vnq̄ machineris dolū. ne dolo alterius ſupplanteris. xvi.q.i. ſi cupis. vbi de hoc. Alia eſt ſimplicitas que prouenit ex ignorantia. ⁊ eſt cōtraria diſcretioni ⁊ hec reprobatur. xxxix. di. Pe. vbi electio fuit caſſata. quia erat ſimplex. ⁊ inſci⁹ ⁊ ſic repellebat promouendum. Iā aūt promotum hodie etiam remouet. de eta. ⁊ qua. c. ſi. ſed olim dabaf coadiutor iam promoto. vii.q.i. petiſti. ⁊. c. quia frater. de quo dicit dicēdū vt no. per Hoſt. de ſum. tri.

b ¶ Dicit q ē multiplex. Adde q ita etiā declarat gl. in. c. ſi. xxxix. d. ⁊ Panor. in. c. veritatis. ⁊ in. c. dilecti. extra d iud.

23 c. i. in verbo ſimplex. domino. † Deinde quero quare iſtis queſtoribus nō eſt permiſſum ꝑdicare ſed ſolū inſinuare indulgentiam populo ⁊ ab eo petere charitatiuum ſubſidium. Reſpondet q iſti queſtores non ſunt ſacerdotes. quia ad hoc officium vocati ſunt. ⁊ quibus hoc officiū cōmittitur. ſ. de hereticis. cum ex iniuncto. ⁊. c. excōmunicamus. §. qui vero. vidiſtis in de. du

c ¶ Ex pdictiſ patz. Adde hī facere tex. i. l. cognitio. §. fin. ⁊ ibi gl. ſi. ff. de off. ci⁹ cui man. eſt iuriſ.

24 dum. ſ. de ſepul. facit. xvi.q.i. adiicimus. ¶ † Ulterius quero in ver. literas. quare exigitur q iſte litere apoſtolice queſtorum prius debeant examinari per epiſcopū q̄ ipſi admittantur. Reſpondet Ste. quia multas falſitates committere cōſueuerūt circa hec priuilegia que per ſimplices curatos nō poſſunt de facili prouideri. De iſta autem examinatione debet prius cōſtare ſecundum eū anteq̄ admittantur. Idē tenet hic La. dicens q de examinatione literarū papaliū quas oſtendunt queſtores debet cōſtare inferioribus prelatis ab epiſcopo anteq̄ eos admittāt. Conſtare aūt poterit per literas epi. Juxta hoc querit hic La. hic dicit q epi habent examinare has literas papales. Sed an poterunt de eis iudicare. dicit q nō. alle. de iudi. cū veniſſent. vnde dicit q ſi dubitetur de ipſis debebit romanus pontifex conſuli cuius intereſt eſtimare quē modū ſui priuilegii eſſe vĺit. de offi. or. c. ordinarii. §. ſi vero li. vi. Si autē appareant vere ⁊ ſine defectu dabit epiſcopus ipſis queſtoribus literas teſtimoniales. Si aūt appareat ipſas eſſe defectuoſas repellet ęps. ⁊ poterit dicere q iſte litere nō faciunt pro eis. iuxta no. in. d. c. cū ve

c niſſent. ⁊. d. c. ordinarii [c] † Ex predictis pz q interdū quis po

25 teſt cognoſcere de re de qua nō pōt iudicare. Itē qd minor pōt cognoſcere de facto maioris. ſimile alle. de reſcrip. cū contingat in ſi. de priuil. cū perſone in. vi. Ulterius inuer. ad hec per hunc tex. dicit Pau. q eum hic nō permittatur remittere male ablata pro quātitate minori q̄ ſit pecunia reſtituēda pro male ablatis q nō vz in caſibus iſtis ꝯpoſitio ad hoc q: receptio talis pecunie debet fieri nomine pauperum ⁊ in eorū vtilitatem cōuerti. ⁊ ideo recipiens quicūq; ſit ille nō poterit trāſigere. de offi. vica. c. fin. in. vi. Saluo niſi ſuper hoc foret priuilegiatus a papa

26 † ſcdm eū. La. hic refert q Hoſt. dicebat q in his in quib⁹ eſt peccatū mortale ſcdm legē diuinā vt in furto ⁊ rapina. xiiii.q. v. penale. nō poterit ęps diſpenſare nec etiā papa. prout aliqui dicunt q in minimis peccator penitentiā agat. ⁊ in minimis reſtitutio fiat. alle. de vſuris cū tu. xiiii.q.v. ſi quid. ⁊. c. multi. ⁊ ea. ca.q. vi. ca. i. In his vero in quibus eſt peccatum mortale. ſecundū ius poſitiuū. tunc ſiue eſt ępis ſiue inferioribus interdicta diſpenſatio nullus diſpēſare pōt vel penitentiā ꝑſtare niſi ſolus papa vel is cui ſpecialiter commiſit. Si vero non eſt interdicta. tunc diſpenſare poterit ęps ſcdm Guil. in ſpe. de legato. §. nunc de epiſcoporū ver. dñs me⁹ dixit. ⁊ Archi. xiiii.q.v. non ſane ſcdm Lap. Ro. bene hoc dictū Pau. ⁊ Lap. cōtra epiſcopum cōponentē cum heredibus vſurariorū ſup vſuris ⁊ male ablatis q: non videt valere aliquid talis cōpoſitio. nec patrocinari q̄tū ad deū eis quibus ſit dicta remiſſio. facit regula peccatum de reg. iur. in. vi. xiiii.q. vi. ſi res aliena. qd no. bene. quia

27 ſit cōtrarium. † Ulterius querit quis habeat poteſtatē relaxādi ſeu remittendi ſeu cōmutandi penitētiā. Reſpondet q fieri debet talis relaxatio. ſeu remiſſio vel cōmutatio in foro penitētie ab eo cui facta eſt confeſſio vel ſuperiore ſuo. per hoc dicit q penitentiā impoſitā per epiſcopos ſacerdos cōmutare vel relaxare non pōt. ſed impoſitā per ſacerdotē bene poteſt cōmutare ęps vel relaxare. xxi. diſt. inferior. debet tamē cōmutatio talis vel relaxatio fieri ex cauſa ſcdm Guil. prout no. Archi. ſ. e. ti. c.

28 vlti. in. vi. ſcdm Lap. † Querit hic Guil. an alius a papa poſſit dare literas queſtoribus dicit q ſic. q: archiepiſcopus in prouincia ſua ⁊ etiam per dioceſim ſuffraganeorū ⁊ ſine literis ępoꝝ alle. ſ. c. romana. in. vi. in ver. ſuper heuig. Fatetur tamē q licet queſtores habēt ab archiepo literas tamē debēt illas monſtrare dioceſano qui habebit illas examinare ꝓut hic dicitur. quo facto debēt facere incorporari in literis epi ſicut in literis pape hic dicif. Tales autē litere archiepi ⁊ epi cōceſſe queſtoribus erunt exhortatorie nō autē cōpulſorie prout dicif in. d. c. romana. Juxta hoc querit hic nunquid archiepus poterit punire ſuffraganeū vel eius officialē ſup hoc delinquentē. vel neglıgētē ſibi concedere literas in hoc caſu. videf q ſic maxime ſi ſine cauſa publice ⁊ paiā hoc faciat cū in hoc videatur ipſum ⁊ eius iuriſditionē offendere. ⁊ ſic per cōſequens poterit in eos animaduertere. de pe. ⁊ re. romana. li. vi. Ad hoc q: licet archieps i hoc caſu nō habeat iuriſditionē. quia natura facti de quo agif hoc nō requirit. ſed tātū charitatiuā exhortationē iuxta formā. c. cū ex eo. ſ. eo. Tamē illa facultas exhortandi eſſet fruſtratoria ſi nō haberet cohertionē. de offi. ode. ex literis. de quo per Joā. an. in. d. c. romana. in verbo tribuant. Ulterius q̄rit nūqd archiepiſcopus poterit cōcedere queſtorē pro fabrica tantum matricis eccleſie. an vero etiā pro alio opere pio videf q ſoluꝫ pro fabrica eccłie matricis vt. d. ca. romana. Cōtrariū tꝫ q etiā pro alio pio opere cū eadē ſit ratio. ⁊ p cōſequēs idē ius. de ꝯſti. trāſlato. gr̄a ergo exempli itelligif poſitū de fabrica matricis eccleſie in. d. c. romana. ⁊ ſic nō reſtringat dictū. l. exemplum. vt in. l. damni infecti ſtipulatio pertinet. ff. de dam. infec.

¶ De ſententia excommunicationis. Rubrica.

1 Interdictum quomodo ſolet violari per religioſos.
2 Deus eſt vnus: vna eccleſia: ⁊ vna fides.
3 Interdictum ab omnibus eſt obſeruandum indiſtincte.
4 Iudicium integrum eſt quod plurimorum ſententiis comprobatur.

Conſtitutio

5 Conſtitutio noua trahitur ad pendentia.
6 Interdictum iuris ſi violetur quid iuris.
7 Interdictum an ſit a laycis ſeruandum: ⁊ quomodo puniātur
non ſeruantes interdictum ⁊ nu.8.
9 Eccleſie matricis appellatione vel eccleſie ſimpliciter q̄d veniat
10 Contrariorum debet eſſe eadem diſciplina.
11 Interdictū quādū dicitur ſeruari ab eccleſia matrice ⁊ an ſciēs
interdictum eſſe latum teneatur illud obſeruare licet nō ſit pu-
blicatum ⁊ nu.12.
13 Interdictum violans qua pena puniatur: ⁊ violare interdictū
an ſit plus ꝙ̄ violare excōmunicationē vel ſuſpenſionē: ⁊ quali-
ter ſumatur interdictum.

Ex frequentibus pre.

Diuidiē in tres ptes p̄ncipales qꝛ in pri-
ma pte ponit exceſſum religioſorū q fuit cā
cōſtōnis. In ſcōa pte ponit puiſionē circa
obſeruationē interdictorū ⁊ ceſſationū cū
ſua pena. tertio prorogat cōſtōnē ad pendē-
tia ⁊ tollit obſtātia ſcōa ibi. nos igiē. tertia ibi. porro. Et aduer-
tēdū qꝛ vt dicit gl. j. in ſi. hec decre. p̄ceſſit cōciliū. ⁊ ſic nō fuit cō-
cilij. ſed extrauagans añ cōciliū. ⁊ incepit ligare qñ fuit publica
ta añ hāc cōpilationē ſicut cle. dudū de iudi. ⁊ de immuni. eccle.
1 qñ. ¶ †No. ex prin. duos modos p quos conſueuit violari in
2 terdictū maxime p religioſos. ¶ †No. in ver. nos igiē. ꝙ vnus
eſt deus vna eccleſia. ⁊ vna fides. cōcor. de exceſ. pla. cle. vnica ad
ſi. ¶ No. ꝙ vniformes in vnitate fidei debent eſſe in alijs ab il-
la deſcendentibus vniformes. concor. d. cle. vnica ad ſi. ⁊ de ſta.
3 mo. c. recolentes. ¶ †No. vlterius qꝺ religioſi etiā exempti cu-
iuſcūqꝫ conditionis vel ordinis debēt ſeruare interdictū poſitū
in locū auctoritate ſedis apoſto. vel ordinariorum qꝺ videāt vel
ſciunt eccleſiā cathedralem vel matricem loci obſeruare nō ob-
ſtāte aliqua appellatiōe vel cōtradictione ipſorum. alias incur-
runt ipſo facto ſentētiā excōicationis. ⁊ idē in interdictis ⁊ ceſ-
ſationibus indictis p ſtatuta cōciliorū p̄uincialiū. ⁊ idē in ceſſa
tionibus generalibus aliorū quibus hoc de cōſuetudine vel alio
iure cōpetat. ⁊ ſic no. generalē ceſſationē equiparari interdicto.
4 qꝺ no. quia facit ad ea que videbitis cum glo. ¶ †Item no. il-
lud vulgatum. integrum eſt iudiciū qꝺ plurimorū ſententijs cō-
probatur. cōcor. de offi. dele. prudentiā in prin. xx. di. de quibus.
a ᵃ¶ No. †cōſtitutionē nouā trahi ad pēdentia ſi hoc exprima-
5 tur. de hoc de elec. licet canon. in. vi. ¶ No. hic tolli cōſuetudinē
cōuentiones ſtatuta ⁊ priuilegia huic cōſtitutioni cōtraria. fa-
6 cit de elec. qi in. vi. ¶ †Glo. ſedis apoſto. querit quid de inter-
dicto iuris an ſi violent religioſi illud incurrant hāc penā. Exē-
plum in cle. j. §. ciuitas de penis dicit gl. ꝙ ſic. Nā licet hec con-
ſtitutio ſit penalis ⁊ reſtringenda ⁊ non laxanda tamē ſatis de
illo etiā hic loquiē cū loquaē hic de interdicto ſe. apo. Nā ⁊ inter
dictū iuris dꝛ interdictū ſe. apo. cuius auctoritate ius emanat.
facit decre. propoſuit. de cōceſ. p̄bē. ⁊ l. j. §. nā cum. C. de veteri
iure enucle. Aduertēdum tñ ſcdm Pau. ⁊ Mat. qꝺ hec pena
nō hꝫ locū vbi p priuatū vigore cōſuetudinis eſſet poſitū īterdi-
ctū intelligendū de conſuetudine nō tribuente ordinariā iuriſ-
ditionē. de ſu. cōpe. cum cōtingat. Idē ſi per delegatū ordina-
rij ſit poſitū qꝛ ſimiliter nō hꝫ locū hec pena. qꝛ nō eſt idē audi-
torium ordinarij ⁊ delegati ſui. de app. dilectis. ff. quis ⁊ a quo
appel. l. j. de cōſuetudine nō putamus in. vi. Mouet qꝛ ad hoc
vt hec cōſtitutio locū habeat requiriē ꝙ interdictū ſit poſitū p
papā vel eiꝰ delegatū vel per ſtatutū cōcilij p̄uincialis vel p or-
dinariū loci. vel ꝙ ſit ceſſatū a diuinis p illū cuius auctoritate
hoc fieri pōt prout aperte hic p̄baē. ¶ Gl. religioſi. q̄rit an hec
cle. locū habeat ſiue iſti religioſi ſint mēdicātes ſiue nō dicit ꝙ
7 ſic qꝛ tex. vniuerſaliter dicit religioſi q̄cūqꝫ ⁊c. ¶ †Iuxta hoc
q̄rit gl. an hic cōprehēdat clericos ſeculares violātes interdictū
vel ceſſionē que ſeruat matrix eccleſia. dicit ꝙ nō. qꝛ hic ſolū lo-
quiē de religioſis. Idē Guil. dicit ꝙ ſeculares clerici incurrunt
alīs penas ſtatutas in iure. de quibus de exceſ. pla. tāta. ⁊ de pri-
uile. epōrū in. vi. que tñ iura loquunē ſimul de religioſis ⁊ ſecula-
ribus ſcdm eū. Que aūt potuerit eſſe ratio qꝛ hic ſolū puniāt
b religioſos. dicit Guil. ꝙ ratio eſſe potuit. ᵇ qꝛ religioſi in hoc
plus delinquebāt. ⁊ iō magis cōtra eos fuit p̄uidēdū. ff. de pe-
nis. l. aut facta. vel forte hoc euenit ſm eū ꝓpter potētiā ⁊ ani-
moſitatē clericorū ſecularium exiſtētiū in cōcilio. qui potiꝰ volue-
rūt extrahere feſtucā de oculis religioſorū ꝙ̄ trabē de oculis eo-
rum. iij. q. vij. porro. Quā aūt multi ſunt alij ſimiles caſus con-
tra religioſos in quibus per has cle. ligantur tñ religioſi ⁊ nō
ſeculares clerici. proſequiē hic gl. ⁊ enumerat hic. x. tales caſus.
deinde enumerat duos caſus in quibus religioſi mēdicātes pu-
niuntur. deniq̄ aliū in quo puniuntur tātū minores ⁊ p̄dica-
tores. ⁊ vlterius aliū in quo puniuntur tantum minores de-

ponit duos caſus qui emanauerunt pro religioſis vltimate
cōcludēs ꝙ religioſi cōquerantur ⁊ cōſtitutiones que emanaue-
runt in eorū fauorē ſunt ſine pena ſed cōſtitutiones edite con-
tra eos ſunt penales. quare autē hoc contigerit patere poteſt ex
his que dixi. ſ. poſt Guil. ¶ Glo. exempti. ponderat ꝙ hec cō-
ſtitutio derogat priuilegio exemptionis ꝙ etiā fit in multis ca-
ſibus huius cōpilationis. per qꝺ dicit gl. nō expedire exēptis qꝺ
fiant cōcilia generalia. de quo per gl. in cle. dudum in prin. de ſe-
8 pul. ¶ †Iuxta hoc querit Pau. nūquid tales poterūt per or-
dinariū puniri. Refert ꝙ Io. mo. tenet ꝙ ſic in. c. epōrū de pri-
uile. in. vi. Mouetur. qꝛ delinquunt in rē nō exemptā. quo ca-
ſu nō poſſunt habere priuilegiū de priuile. tuarū hec opi. ſcdm
Pau. nō eſt vera. qꝛ tunc demū ordinarius punit aliquē qñ. ſ.
in puniendo illū eſt priuilegiatus in auc. de man. prin. §. ꝙ ſi de-
linquentes. C. vbi ſenatores vel clariſ. l. j. ⁊. C. vbi de crimine agi
opꝫ auc. qua in prouincia. Ad hoc qꝛ vbi papa vult exemptos
puniri per ordinarios. hoc exprimiē de. c. tuarū. ⁊. c. licet. e. ti. in
vi. ergo in alijs caſibus nō expſſis hoc non intendit. de hoc per
9 Io. an. in. d. c. epōrū. de priui. in. vi. ⁊. e. tit. ⁊ li. c. j. ¶ Glo. matri-
c cem. ᶜ querit que appellaē hic eccleſia matrix. Reſpondet ꝙ ec-
cleſia maior loci vel baptiſmalis. nā talis dicitur matrix. quia ſi-
cut carnalis mater gñat nos ſic illa regenerat per baptiſmū. ⁊
ſic etiā ſumitur eccleſia matrix in. c. j. de preſcrip. ⁊. c. ex tranſmiſ-
ſa. ⁊ de tranſac. p̄terea. ij. ȝenȝe. vero hic dicit ꝙ matrix eccleſia
hec appellatur parochialis ſic dicta hoc caſu ꝓpter populi nu-
meroſitatē. aliter autē ſumitur ſcdm eū matrix eccleſia in ca. vt
officiū de offi. archipreſby. ⁊ aliter de preſcrip. trāſmiſſa. ¶ Et
credo glo. veriorē. Quare autē hic expſſit de matrice. dicit gloſ.
ꝙ ideo quia quandoqꝫ interdicuntur loca non habentia intra
ſe eccleſiā cathedralē. ſed ſolū matricē. ideo vt talia cōprehende-
ret expreſſit de matrice eccleſia. Sed an procedit hec cōſtitutio
ſi eccleſia matrix ſit ſubiecta quo ad preſentationē vel collatio-
nem religioſis non ſeruantibus interdictum. vel alias ſit ſubie-
cta. vt qꝛ ſit eorū vicaria an tunc religioſi tales nō ſeruantes in-
terdictum incurrant hāc penam. dicit glo. ꝙ ſic per hunc text.
qui generaliter ⁊ indiſtincte loquitur. facit de conu. lepro. c. ij.
Iuxta predicta querit glo. quid contineatur hic appellatione
d eccleſie. ᵈ an epiſcopus vel prelatus tantū an capitulū. an vtrū-
qꝫ ſimul vt ſic ſciamus q̄d ſi epiſcopus vel prelatus tantū ponit
interdictum in eccleſia ⁊ mandat illud ſeruari capitulum cōtra-
dicit. vel econtra. an tūc locū habebit hec cōſtitutio. an vero tūc
demū cum vterqꝫ. ſ. epūs vel prelatus ⁊ capitulū ponunt interdi-
ctum. Et ſimiliter anteq̄ gl. reſpondeat querit quid ſi vacet ec-
cleſia cathedralis. ⁊ pars capituli ſeruat interdictū ⁊ pars non
an habebit locū hec cōſtitutio. ſi forte partes ſint equales. Gl.
reſpondet ambabus queſtionibus. ⁊ dicit ꝙ putat hic ſumi ec-
cleſiā pro ipſa eccleſia materiali. ⁊ pro parietibus ipſius. lꝫ alijs
multis modis ſumatur de quibus per glo. ne prelati vices ſuas
c. ſi. cū concor. per hoc infert ꝙ ſi ī ipſa eccleſia materiali celebra-
tur continue ianuis apertis ⁊ alta voce pulſatis campanis ſiue
celebretur per prelatū ſolum ſiue tantū per capitulū totū ſiue p
partē capituli ſiue etiā tantū per alios clericos eccleſie ꝙ non
erit locus pene huius decr. Fatetur tamē ꝙ pene irregularita-
tis ⁊ alijs penis de quibus dicetur poterit eſſe locus. ⁊ ſic erit
ſuſpenſus. ⁊ eſt mens litere ꝙ quādiu in matrice eccleſia ſeruaē
interdictum ſeruetur etiā in alijs. alias religioſi nō ſeruantes in-
currūt hāc penā. ⁊ ſi ſibi nō ſeruatur. alij nō incurrūt penam de-
cre. huius ad hoc qꝛ ſepiſſime videmus qꝺ in cathedralibus ⁊
matricibus eccleſijs inferiores clerici mānſionarij videlꝫ ⁊ capel-
lani vt plurimum ſine prelato ⁊ canonicis officiant eccleſiam. ⁊
ideo non eſſet conueniens inſpici an prelatus ibi officiet an ca-
nonici. cum glo. concor. Paul. Idem etiam in effectu Steph.
dicit enim ꝙ tūc demū locus eſt his penis quando tota eccleſia
ſeruat interdictum. ⁊ nullus ibi publice celebrat alias non erit
locus iſtis penis. zen. hic tenet cōtrariū dicēs ꝙ vt ſit locꝰ huic
pene ſufficit interdictum ſeruari per epm. licet per ipſā eccleſiā
e cathedralē ſeu clericos de ipſa eccleſia non ſeruetur. Mouetᵉ
quia nō qꝺ fit ſed qꝺ fieri debet attēditur. de elec. cū cauſa. Idē
Mat. dicens qꝺ obediēdū eſt epo. qꝛ hoc ad ipſum ſpectat ab-
le. ix. q. iij. cure. ⁊ in cle. ſi. de cēſi. de cōſan. ⁊ affi. cle. j. licet Alua-
rius cōtrariū tenet ſcdm eū. De tene. gl. per quā cōcordātur op.
quia pena huius cle. tunc non habet locum. ſed irregularitatis
vel aliā poſſet habere locum. Vlterius quero cū glo. in ver. tum
quid an quo ad interdictum prouincie. dicetur metropolitana
matrix. adeo ꝙ ipſa ſeruante interdictum ſi religioſi totius pro-
uincie hoc ſcientes non ſeruant illud incurrunt hāc penā. vide-
tur ꝙ ſic per. c. j. ver. ſed vide de poſtu. prela. ⁊. xij. di. de his. Cō-
trariū tenet gl. veſtra quia hic loquitur de cathedrali matrice
loci vbi religioſi nō ſeruāt. ſed certū eſt ꝙ eccleſia Rauen. nō eſt
cathedralis vel matrix huius ciuitatis Ferrarien. vel ciuitatis

a ¶ No. cōſtōnē nouā. Addē de hac materia ſelī. plene poſt alios in. c. ſi. contra de conſti.

b ¶ Qꝛ religioſi in hoc. Adde p iſta rōne hꝫ facere qꝺ dicit bā. in. l. trāſige-re circa pri. C. de trāſa. vbi ēt allegat. d. l. aut fcā.

c ¶ Querit q̄ appellaē. adde tex. in. c. ex pte. cl. ij. ⁊ ibi no. d. Abb. extra de preſcrip.

d ¶ An epūs vel p̄latꝰ. adde in ſimi. gl. in cle. vt hi qui in v̄ſi. in eādē. §. decta. ⁊ qua. ⁊ panor. in c. poſt electionē de cōceſ. p̄ben.

e ¶ Qꝛ nō qꝺ ſit. Adde bene facere tex. in. l. ꝙ te ti ibi noc. p doc. ff. ſi cer. petatur.

Mutineñ.facit de of.or.paſtoralis.ix.q.iij.ſi autẽ.ꝛ.c.nullus.
ꝛ ideo cõcludit ꝙ eccleſia Rauẽnate ſeruãte interdictũ ſolũ dio
ceſis Rauennatis nõ ſeruãtes illud incurrunt hãc penã.cũ gl.
concor.hic Ste.zen.hic ſentit cõtrariũ.dicit enĩ ꝙ ſi metropo
litana ſeruat interdictũ debet etiã ſeruare eccleſia cñalis. alle.d.
e.de his.xij.diſt.ꝛ.d.c.de poſtu.pla.nec debet attendi qð fit ſed
qð fieri debuit de elec.cũ cauſa.puto gl.veriorẽ tenẽdam ſaltem
poſt factũ. ¶ Ulterius gl.in ver.item querit.quid ſi eſt interdi
cta villa vel caſtrũ nõ habens inter ſe incluſam certã eccleſiã ca
thedralẽ vel matricẽ ꝙ eſſe poteſt de facto.puta ſi forte eccleſia
matrix eſt in alia terra nõ interdicta.vel forte plures ſint eccleſie
baptiſmales in villa vel caſtro nulla principalior.qꝛ quelibet ba
ptizat ſuos parochianos. nunquid poterit eſſe tũc locus pene
huius decre.ſi forte aliqui ſeruãt interdictũ ꝛ aliqui nõ. gl. tenet
ꝙ nõ.quia tũc deficiũt ꝛ mens ꝛ verba huius cõſtitutionis.er
go.ꝛ per cõſequẽs eius diſpoſitio.ar.l.ꝙ cõſtitutũ.de teſta.mi
li.hic enĩ loquiẽ qñ in loco eſt aliqua certa matrix eccl̃ia.ꝛ ſicvnĩ
ca.ſecꝰ ſi nulla vel plures.licet ſint ibi alie eccleſie.ꝛ fortius ſi ſole
eccleſie religioſorũ ſint in loco nõ ſeruãtes interdictũ non habe
bit locũ hec pena. Fateẽ tñ ꝙ in dictis caſibꝰ erit locus pene iu
ris antiqui.de qua.ſ.diceẽ.cũ gl.concor. hic Ste.ꝛ Paul.dicit
tamẽ Pau.ꝙ qñ oẽs eccleſie loci matricis ſeruãt interdictũ ꝙ
locus erit hĩc pene qꝛ hẽtur loco vniꝰ principalis.ſicut plures
odrgati ſine clauſula.alle.de offi.dele.prudẽtiã.ꝛ hoc.idẽ forte
ſentit gl.dũ dicit.forte ex illis alique ſeruãt interdictũ.aliq̃ non.
facit qð no.de reſcrip.ſtatutũ.§.cũ vero li.vj.ꝛ de elec.quorũdã
a e.li.ꝛc. ¶ Glo.ſciuerintª q̃rit an hec cõſtitutio liget ꝓbabiliter
ignorãtes.di.it ꝙ nõ per hũc tex.a ſenſu cõtrario. ¶ Gl.obſer
uare.querit ad lr̃e declaratiõez dr̃ hic ꝙ religioſi in obſeruãdo
interdictũ eccleſie cathedralis vel matricis debẽt ſe illi cõforma
re ꝛ ſeruare illud qð ſeruat eccleſia cathedralis vel matrix.ſʒ an
econtra religioſi nõ debeãt obſeruare id qð non ſeruat eccleſia
cathedralis vel matrix.ꝛ ſic etiã in nõ obſeruãtia debeant illi ſe
cõformare.vr̃ ꝙ ſic a cõtrario lr̃e. qꝛ ſicut teneẽ ſe cõformare in
obſeruãdo ita ecõtra in nõ obſeruãdo ſi illa nõ ſeruat. Item qꝛ
cõtrariorũ eadẽ dʒ eſſe diſciplina. ¶ Gl.hoc nõ ob.tʒ cõtrariũ.
Moueẽ qꝛ hec cõſtitutio non intendit diminuere obſeruãtiaʒ
interdictorũ ſed illã augere vt pʒ ex prin.decre.ergo cũ veniat
ad augmentũ nõ debet operari diminutionẽ. ar.cle.j. de ꝑben.
ad hoc qꝛ cũ iſtud ſtatutũ ſit editũ ad penã non debet trahi ad
gratiã.de tranſla.prela.c.ij.vltra mediũ.nec ob.ar. a contrario
b ſenſu ᵇ quia illud non debet ſumi vbi in iure reperitur cautũ con
10 trariũ.iuxta no.plene de elec.publicato ſup vlti.gl. ¶ † Itẽ nõ
ob.qð contrariorum debet eſſe eadem diſciplina.qꝛ illud verũ
preterꝙ̃ vbi mens ꝛ verba reſiſtunt.alle.de verb.ſig.c.ſi.de offi.
lega.ſtuduiſti.per hoc concludit ergo ꝙ ſi in cathedrali eccleſia
vel matrice de facto nõ ſeruatur interdictum qð de iure deberet
ſeruari.qð exceſſus clericorum talis eccleſie non dabit per hoc
materiã aliis delinquendi.vt ſic ſint excuſati ſi etiã ipſi non ſer
uarent interdictum loci facit de penite.petiſtis.cum gl.concor.
Pau.dicens ꝙ hic non eſt eadem diſciplina contrariorum.qð
no.de quo dixi in cle.j.de cenſ.cum gl.concor.etiam Ste.di
cens ꝙ religioſi teneantur ſeruare interdictum vbi ſciunt eſſe ſer
11 uandũ.licet eccleſia matrix non ſeruet. † Quando aũt dicatur
eccleſia matrix obſeruare interdictũ.dicit hic gl.quando abſti
net a celebratione diuinorũ officiorũ aĩo ſeruandi interdictũ
quaſi ſecus ſi alia de cauſa abſtineat facit qð not.in decre.peti
ſtis de priuil.in verſi.nõ ſi violauerit ꝛ ſic ſi tunc quãdo alia de
cauſa abſtinerent religioſi non ſeruarent interdictũ non incur
rent hanc penã qð no.ꝛ no.in gl.de ar.a cõtrario ſenſu.cũ etiã
12 concor.gl.de eta.ꝛ qua.c.vno.in.vj. † Iuxta ꝑdicta querit qd
ſi quis ſciat interdictum latum an tenebitur illud ſeruare licet
non ſit publicatum.dicit Mat.ꝙ ſic.ꝛ ſic dicit notaſſe Archi.
de ſen.excommuni.is qui.li.vj.de quo etiã gl.ſ.c.prox. ¶ Glo.
appellationibus.oppo.hic videtur innuere tex.ꝙ ſi appellatio
precedit interdictum ꝙ ex hoc nõ vicietur interdictum. Sed cõ
tra de.c.ad hoc.ꝛ.c.dilectus.de appel.Soluit qð hic non inten
dit dicere qð interdictum ſit aliqð licet appellatio precedat.ſed
ſolum intendit dicere ꝙ q̃uis precedat appellatio vel alia cauſa
tamen ſi eccleſia matrix ſeruat interdictum religioſi etiaʒ debẽt
ſeruare etiam ſi interdictum ſit nullũ.ꝛ ſic ſi violant ꝛ tunc erũt
excõmunicati :ꝛ forte hoc ideo .qꝛ in dubio ꝓſumẽdũ eſt pro ec
cleſia matrice ꝙ non ſine cauſa ſeruat interdictũ.ꝛ hoc etiã for
te voluit Guil.hic ꝛ zenze.qui ex hoc tex.colligunt ꝙ vbi iudex
de quo conſtat mandat denunciare aliquẽ excõmunicatum vel
ſuſpenſum vel locum interdictum licet ex aduerſo ꝓponat an
tea emiſſa appellatio ꝛ per eccleſias ꝛ loca publicata tamen ſem
per ad mandatum iudicis eſt vitandus quia preſumẽdum eſt
pro iudice.de renun.in preſentia.cũ gl.cõcor.hic Ste.ꝛ Mat.
Idem Pau.dicens religioſos debere interdictum ſeruare. qð

a ¶ Querit an hec cõſtitutio. Adde not. per gl.ꝛ doc.i.c.cognoſcẽtes extra de conſti.

b ¶ Qꝛ illð nõ dʒ ſumi. Adde ad hoc plures cocor.p.d.iaſ.i l.j.in pri.in.ix.col.v.ſ̃.ex hoc ff.de offi. eiꝰ cui m̃ĩ.eſt iuriſ.

c ¶ Ex hic ſũ pta occaſiõe.ad cle plene in.ꝛ.in rubrica extra de ſen.excom.

d ¶ Qualiter aũt ſumaẽ.adde hos.tec.i.c.nõ e nobis de ſpõ.ꝛ tec.in.c.qð de õ pen.ꝛ remiſ.

ſeruat matrix eccleſia.etiam ſi interdictum ſit de iure nullũ. Fa
tetur tamẽ ꝙ tunc nõ erunt irregulares ꝓpter violationem in
terdicti.ſed erunt excõmunicati per hanc cle.qꝛ celebrat alle.de
cle.excõmuni.minuſ.c.illud.ꝛ hoc etiam ſentit gl.ſ.in verbo ſub
iacere. ¶ Gl.quibuſcũꝗ querere voluit de ratione quare hoc
caſu non attenditur aliqua contradictio. Rñdet qꝛ alias poſſet
allegari nullitas ſententie interdi qne poſſet cauſari ex multis
cauſis iuxta no.in.c.ꝓſenti.ſ̃.co.in.vj.ꝛ ſic de facili eneruari vir
tus interdicti ꝛc. ¶ Glo.excõmunicatiões.notat ex litera caſuʒ
c in quo quis ipſo iure incurrit ſententiaʒ excõicationis.ᶜ ꝛ hinc
ſumpta occaſione enumerat ꝛ alios caſus ſimiles expreſſe indu
ctos per.xviij.cõſtitutiones huiꝰ voluminis.quorũ tamen ali
qui ſunt reſeruati ſoli pape.ꝛ in fine adijcit duos tacite ꝛ nõ ex
preſſe iductos. ¶ Quot aũt ſint tales caſus iducti per moveꝰ
decreti vʒ ꝛ decretalium.dicit Hoſt.in ſumma.e.ti.§.iij.in pri.
colligit.xxx.Quot autẽ ſint iducti ꝑ iura ſexti.dicit gl. ꝙ.xxiij.
prout no.gl.in decre.cos qui.ſ̃.co.ti.in.vj.vide gl.ꝛ no.eam tã
ꝙ̃ magiſtrã.vide etiã de hoc per guil.in repertorio ſuo ſup hoc
13 ti. ¶ † Glo.ſubiacere.op.ꝙ immo violans interdictum incur
rit aliã penã ꝙ̃ excõmunicationis.vt probatur in.c.ſi.de exceſ.
ꝑla.de priori.auctoritate.ꝛ.c.epiſcoporũ in.vj.ꝛ.ſ̃.eo.li.Soluit
glo.ꝙ vltra penas illas incurrit etiã iſtã que ibi adijcitur ꝛ ac
cumulatur.ꝛ ſic nõ ob.cõtra.Fatetur tamẽ gl.ꝙ poſſet cõtinge
ret caſus ꝙ iſta pena ligaret ſine illis ꝛ econtra. Exemplum po
nit qꝛ ſi ſententia interdicti vere non ligat qꝛ eſt nulla ꝓpter pre
ambulã appellationẽ legitimã vel propter aliam cauſam nulli
tatis.tñ ſi tunc eccleſia matrix illã ſeruet ſi religioſi non ſeruẽt in
currunt hanc penaʒ ꝛ non illa.ſimiliter econtra ſi ſententia in
terdicti vere ligat ꝛ eſt aliqua.ſed eccleſia matrix illã non ſeruat
quia tunc ſeruantes nõ incurrunt hãc penam.ſed penas iuris
antiqui tunc aũt ligãtur religioſi vtraꝗ pena huius cõſtitutio
nis.ꝛ eſt pena iuris antiqui qñ eccleſia matrix ſeruat interdictũ
de iure validum.neutra autem ligantur quando interdictũ la
tum eſt nullum.ꝛ non ſeruatur per matricem eccleſiã.tũc nullã
penã incurrũt.Que aũt ſint pene violantis interdictũ quot:
explicat hic Guil. Primo qꝛ talis tam religioſus quam clericꝰ
eſt ſuſpenſus ipſo iure.d.c.tanta de exceſ.prela. Itẽ ei eſt interdi
ctus ingreſſus eccleſie.de priuil.epiſcoporum.in.vj. Item eſt ex
communicatus ſi non ſeruat interdictum in ſepeliendo contra
interdictum.de ſepul.in cle.cos. Item eſt irregularis ꝛ inelegi
bilis actiue ꝛ paſſiue.ſ̃.eo.is cui in.vj. Item ſi eſt religioſus in
currit excõmunicationẽ.vt pʒ in hac cle.Quare autem hic plus
puniatur violans interdictũ ꝙ̃ ſi violaret ſuſpenſionẽ vel excõ
municationẽ dicit Gui. ꝙ iõ hoc euenit.qꝛ aliqui credebant in
terdictũ vilius aliis cenſuris eccleſiaſticis.ꝛ iõ violabant ꝛ ꝓpẽ
hoc tanꝙ̃ ſceleratius ꝛ grauius vindicatur ꝛ grauior pena ipo
d nit.xxiij.q.j.nõ afferamus.ᵈ Qualiter autem ſumatur hic in
terdictum.dicit idem Gui.qð hic ſumitur interdictum prout
eſt pena auferens ea que ſunt diuini miniſterij perſonis ꝛ locis
interdictis. Aliter autem ſumitur interdictum in rubrica.ff.de
interdic.ꝛ.C.de quo per Jo.de lig.in tractatu de eccleſiaſtico in
terdicto ſeu de cenſura eccleſiaſtica. ¶ Glo. comprobant.alle.
concor.ꝛ auctoritates ex quibus patet nil agendum fore ſaltem
alicuius ponderis ſine conſilio.quod bene not. ¶ Glo.genera
libus querit quid ſi ceſſationes eſſent ſpeciales. Reſpondet qð
tunc non haberet locum cle.quia ille ſunt ſeruande tantum in
eccleſiis in quibus ſunt introducte alle.de app.dilectus.Quali
ter autem poterit conſtare de ceſſationibus generalibus a diui
nis quod fiant per ſtatuta conciliorum prouincie.dicit Gui.qð
quia illa ſunt facti oportet recurrere ad libros conciliorum pro
uincie.quorum multa expreſſit Berengarius in tractatu quo
dam de excommunicatis ꝛ interdictis a iure. Et nota bene iſtũ
tex.cum gloſ.quia facit ꝙ violans ceſſationem a diuinis incur
rit irregularitatem ſi eſt ceſſatio generalis.ſicut violans interdi
ctum cum illi comparetur.vt hic patet.ſecus in ceſſatiõe ſpecia
li.de quo de offi.ord.ſi canonici in.vj.in nouel. ¶ Glo.alie ſunt
literales. ¶ Ultimo glo.hic tractat de collegiis id qð habetur
de exceſ.pla.dilecta.ibi omittendum ꝛ dicendũ eſt prout ibi ha
betur.ꝛ per bar.in.l.ſi.ff.de colle. illicitis.

1 ☞ Officium dimittere propter ſuperuenientiam excõmuni
cati vel interdicti publice an liceat.

2 Delictum de facili trahitur in exemplum propter impunitateʒ
delinquentium.

3 Interdictum violari faciens eſt ipſo facto excommunicatꝰ qua
cũꝗ fulgeat poteſtate.

4 Excõicati publice ꝛ interdicti moniti vt exeant eccleſiam debẽt
exire qñ diuina celebrãtur: alias ſunt excõmunicati alia excom
municatione a qua ſolus papa abſoluat.

5 Interdictum latum ſciens an teneatur illud ſeruare licet non ſit
publicatum.

6 Interdicti generalis tẽpore an dñi temporales in capellis ſuis
poſſint facere celebrari.
7 Et an tempore interdicti poterunt pulſari campane ad predi
cationem vel capitulum congregandum.
8 Vox preconis paucis innoteſcat ſed an ſit maior citatio que fit
voce preconis an ſono campane.
9 Excommunicatum occultum non debemus vitare in publico,
occulte aũt eum vitare poſſumus.
10 Excommunicatus ſi ingrediatur eccleſiam qñ officia vel alia di
uina officia celebrantur an ſacerdos poſſit dimittere officium ſeu
miſſam imperfectam.
11 Communicans excõicato maiori communicãdo ſimplici cõio
ne ⁊ non in crimine an incurrat mortale peccatum.
12 Celebrans coram excõicato maiori an ſit irregularis.
13 Excõicatus ſi intereſt aliis officiis q̃ miſſe quõ puniatur.
14 Excõicatus an ſufficiat ꝙ in genere vel generalite . moneatur
ꝙ exeat eccleſiam qñ diuina celebrantur.
15 Excommunicatus an poſſit iterum excõicari: ⁊ quid opere-
tur iterata excõicatio.
16 Abſolutio vnica an ſufficiat ligato pluribus excõicationib⁹.

GRauis ad nos ꝑela.

Primo narrat quendã abuſum nobiliũ ⁊ dño
rum tẽporaliũ circa violationẽ interdicti eccle
ſiaſtici. Scdo penas imponit. ſcda ibi. Hec igitur.
¶ † No. primo ꝙ licitũ eſt dimittere officium
ꝓpter ſuperuenientiã excõicati vel interdicti publice. ¶ Et ſic no.
caſum in quo põt remanere officiũ miſſe ⁊ aliud officiũ diuinũ
2 inexpletũ: qđ intellige vt dicetur cũ glo. ¶ †ᵃ No. ꝙ ꝓpter im-
a punitatem delinquentiũ delictũ de facili trahiẽ in exemplũ. ⁊ iđ
dicit canon ꝙ ſi ea q̃ male vſurpanẽ non corrigant exceſſus via
3 aliis aperitur. xxiij. di. pueniẽ. ij. ⁊ xxiij. q. i. parat⁹. in ſi. ¶ † No
ta penã nobiliũ ⁊ dñorũ tpaliũ facientiũ violari interdictum ec-
cleſiaſticũ ⁊ cogẽtiũ ad id aliquos qui ſunt excõicati ipſo facto.
⁊ nõ poſſunt per aliũ abſolui niſi per ipſm papam. ⁊ ꝓcedit hoc
ẽt in excõicatis publice ⁊ interdictis qui moniti noluerint exire
eccleſiam. qꝛ eãdẽ penã incurrũt. Ex quo no. ꝙ excõicat⁹ iterum
põt excõicari. de quo tangit glo. ſi. hic. ⁊ habeẽ. iij. q. iiij. engel-
trudã. ⁊ de iudeis ita quorũdã. Itẽ no. ſm guil. hic ꝙ aliud eſt
celebrare tpe interdicti. ⁊ aliud eſt vbi excõicatus exiſtit audire
diuina. ⁊ aliud facere auctorizabiliter celebrari. alle. de ſe. excõ.
4 minis. illõ de quo ibi. ⁊ in de. archiepo. de priuile. ¶ † Itẽ not.
ſm Ste. ꝙ excõicati publice ⁊ interdicti moniti vt exeãt eccleſiam
debẽt exire cũ celebranẽ diuina aliás ſunt excõicati alia excõica-
tione a qua ſolus papa abſoluat. ¶ Glo. tẽporales q̃rit ad iſte
declarationem quid ſi iſti dñi tpales ſint cũi vel eccliarũ prelati
qđ eſſe põt ne cleri. vel mo. c. ſi. in. vi. ⁊ facit ꝯ hãc cõſtitutionẽ
an locũ habebit pena huius decre. Rñdet ꝙ ſic: qꝛ tex. indiſt in
cte loquiẽ. ⁊ eſt ſic indiſtincte intelligẽdũ. ar. xix. di. ſi romanorũ
facit de excẽ. prela. tanta ⁊ qđ no. in de. multorũ. ꝟ. de hereti. ſꝫ
ꝯe. hic ꝫ cõtrariũ. Monet. qꝛ hec ꝯſtõ eſt penalis. ⁊ ꝓ ꝯño non
extẽdẽda. de de. ſtatutũ in. vi. ⁊ maxime ꝯ illos ꝯ quos per iura
alia eſt ſufficienter prouiſum. de exceſ. prela. tanta. prout eſt vi-
dere in ipſis ⁊ aliis prelatis. vt. d. c. tanta. ¶ Itẽ ad hoc qꝛ hec
cõſtitutio emanauit ad inſtantiã prelatorũ cõtra dños. ſ. tpales
⁊ ſic nõ eſt veriſimile ꝙ cõtra ſe ſupplicauerit. Or credo gloſ. ve-
riorem ex vi verborũ lꝫ forte mens ſpecificat ad hoc ſe nõ exten
dat. ¶ Glo. ſuppoſitis querit an hec decre. ꝓcedat ſiue emana-
uerit a iure ſiue ab hoĩe. Rñdet ꝙ ſic qꝛ indiſtincte loquiẽ. facit
5 decre. ij. de ꝯiu. lepro. Idem tenet Pau. † Deinde inducit ad
queſtionẽ illa nunquid ille qui ſcit latum interdictum ab homi
ne vel a iure ſi nondũ eſt facta denũciatio illius teneaẽ illud ſer
uare. qꝛ vid. ſ ꝙ ſic per hũc tex. qui aperte vult ſatis eſſe locum
interdictũ ⁊ interdicto ſuppoſitũ. lꝫ nõ ſit publicatũ vt hic patꝫ
quia nihil addidit de publicatione ſed ſolũ dixit de ſuppoſitio-
ne ſeu de ipſo interdicto. Ad idẽ facit. ꝟ. c. cũ deſideres. primo
reſſo in ſi. ⁊ c. cũ nõ ab homine. ⁊ qđ ibi not. Ad hoc etiã acce-
dat. qꝛ ille qui ſcit certiorari non dꝫ de reg. iur. eum qui in. vi. al
le. glo. cõcor. hec opi. vt refert glo. placuit Archi. ꝟ. eo. is qui in
vi. Ad hoc etiã allegabat. qꝛ celebrare pendet a voluntate agen
tis ſeu celebrantis. ⁊ ideo ſi quis ſciens celebrat in loco interdi-
cto eſt in culpa. qꝛ agit rem illicitã propter prohibitionẽ ſupe
riorum ⁊ ꝓpter inhabilitatẽ loci alle. de ꝯſe. di. i. ſicut. ꝑdicta in
telligit eſſe vera niſi factũ eſſet occultũ. alle. vi. q. ij. ſi tñ. ⁊. ꝟ. eo.
cũ non ab hoĩe facit qđ videbitis. ſ. cũ gl. occultũ in. ver. publi-
ce. In cõtrarium alle glo. duo iura primo. ꝟ. euidenter. xj. q. iij.
Remittit glo. pro ſolutione ad ibi no. qꝛ ibi poniẽ opi. Gaſra.
⁊ Jo. Fauentini que reprobatur cõiter. Scdo alle. ꝟ. de. proxi.
Soluit ſimpliciter remittẽdo ad ibi no. dic vt ibi non dꝫ ſumi.
arg. a cõtrario ſenſu ꝓut ibi fuit dictum. Nã vt hic dicit Pau.
ibi non intendit diminuere de obſeruantia interdictorum: ſed
adiicere quo ad religioſos. ⁊ hanc opin. ⁊ ſententiam videtur
amplecti glo. ⁊ ſimiliter hic Paul. dicit hec litera facit pro opi.
Archi. in. d. c. is qui. vbi tenet ꝙ ſciens locum interdictum: licet
non ſit publicatum illud ſeruare tenetur. nec ob. ꝟ. de. proxi. qꝛ
reſpondet vt proxime dixi. Idem tenet Mat. ꝟ. de. proxi. Dicit
tamen glo. ꝙ expediens foret prouideri per nouam conſtitutio
nem ꝙ clerici non tenerentur ad obſeruantiam interdictoꝝ pre
latorum a iure niſi prius fiat illorum declaratio ſeu denunciatio
arg. decre. cum ſecundum. de here. in. vi. ⁊ in decre. q̃q̃. de cen.
⁊. ꝟ. eo. titu. de preſenti. Cuius litera ſatis congruit huic dicto.
6 ¶ † Glo. capellis. reuocat in dubium nunquid domini tempo
rales in capellis ſuis poſſunt facere celebrari tempore interdicti
generalis videtur ꝙ ſic per hunc tex. ¶ Glo. tenet contrarium
dicens ꝙ mens huius litere non eſt dicere ꝙ in talibus capellis
ſuis in loco interdicto ſit licitum celebrare: ſed fuit intentus lite
re aggrauare contemptum. quaſi voluerit dicere. maius eſt hoc
facere in capellis ſed grauius in eccleſiis. Idem Guil. alle. de ꝓ-
uile. cum capella. Itẽ quia capelle tanq̃ acceſſorie licet ex ſe ſint
nobiliores dependẽt a locis ⁊ cum eis tranſirent ſi fieret locorũ
venditio iuxta no. de iurepatro. ex literis. ⁊ in illis abſtinendũ
eſt tpe interdicti ſicut in aliis locis: maxime ſi fuerint dedicate ꝑ
pontificem. de conſe. diſtin. i. in eccleſia. ꝟ. de reli. do. ad hec. ſec⁹
dicit de quibuſdam ſimplicibus oratoriis que ex ſpeciali licen-
tia inanis glorie cauſa potius q̃ deuotionis faciunt in aliquo
angulo ſue domus: qꝛ lꝫ celebratio in nullo tempore interdicti
fieri debeat: ⁊ ſic nec etiam in illo tamen locus non debet dici re
ligioſus. alle. ꝟ. de pe. ⁊ re. de. cum ſecundum. ⁊ quod ibi fuit di-
ctum poſt Guil. Glo. vocantes. ponderat literam quia licet hic
loquitur de vocatione facta ad celebrandum. tamen poſtea ſo-
lum coactionem punit per quam cogunt aliquos celebrare de
vocatione autẽ ad audiendum diuina bene ponit infra. ¶ Gl.
campanarum. querit de diuerſis officiis campanarum: qꝛ quã-
doq̃ pulſantur propter diuina qñq̃ propter aliam cauſam re-
b mittit ad no. in. d. c. i. de offi. cuſto. ᵇ Sed querit hic Guil. † nũ
7 quid tempore interdicti poterunt pulſari campane ad predica-
tionem vel capitulum congregandum. dicit ꝙ ſic. alle. ꝟ. e. reſpõ
ſo. ⁊ de elec. in cauſis. quod intelligit procedere dummodo hoc
8 non fiat in fraudem. ¶ † Gl. preconia. querit que ſit fortior vo-
catio an vocatio per campanam an vocatio per preconem. Re
ſpondet ꝙ diuerſo reſpectu vocatio per campanam videtur for
tior. et diuerſo reſpectu vocatio per preconem. nam attento qđ
vox preconia paucis innoteſcit. vt dicit text. in auten. de ling. ꝟ.
omnem. collatione. viij. ſecus in ſono campanarum quia multis
innoteſcit. Ideo hoc reſpectu vocatio per ſonum campanarum
dicitur fortior: attento ꝙ etiam preco loquitur ꝙ non facit cam
pana fortior eſt vocatio preconis ⁊ ideo ibi maior eſt contẽpt⁹
⁊ ſimiliter qñ vocatio ſit per edictum: qꝛ id expreſſe proponitur
ex parte mandantis: ⁊ ſcribitur ꝙ non contingit in campana:
⁊ hoc aperte ponit hec litera. ſ. ꝙ ſit maior contemptus quãdo
ſit vocatio per preconem vel edicta q̃ qñ per ſonum campane
cum glo. concor. hic Pau. Colligit enim Archi. ex hac litera ꝙ
vocatio preconia plus arctat q̃ pulſatio campane. ad hoc alleg.
quod eſt dictum. ꝟ. ſ. qꝛ preco cum loquitur profert ⁊ exprimit v
ba: ſecus contingit in campana. per hoc dicit ꝙ licet in minori-
bus negociis ſufficiat pulſatio campane: in grauioribus tamen
requiritur per preconem ſeu nuncium prout no. Inno. de elec.
9 in cauſis. quod no. ¶ † Glo. publice. querit quid ſi quis occul-
te eſſet excõicatus an incidat in hanc penam precipiens ꝙ non
exeat de eccleſia dum celebrantur ſolemnia miſſarum. Reſpon-
c det ꝙ non a contrario litere ᶜ: ⁊ qꝛ occultum excõicatum nõ de-
bemus vitare in publico. alle. vi. q. ij. c. ij. ⁊ e. ti. cum non ab hoĩe.
Occulte aũt põt vitari. vnde per hoc dicit Raymundus in ſum
ma huius titu. ꝟ. queritur. ꝙ ille qui ſcit excõicatum occulte eſſe
in eccleſia caute de ea exibit ſi poterit vt ſic nullus perpendeat
de cauſa. Si aũt non poſſit fieri ſine ſcandalo ⁊ qñ alii perpen-
derent tunc non debet exire per iura precalle. ⁊ ne ſit ꝓditor pec
catoris occulti. ij. q. i. ſi peccauerit. Idem Mat. alle. vltra predi
cta. xxiij. di. ſi clericos. Idẽ tenet hic Pau. Qñ aũt dicatur quis
ſcire quem excommunicatum. dicit hic Step. quando vidit ver
berare clericum vel audiuit ferri contra eum ſententiam vel qñ
epiſcopus ſibi dixit ꝙ excommunicatus erat. xxiij. q. v. hoc vide
tur. ij. q. prima. primo. xj. q. iij. non ſolum. ⁊ c. cure. lxxx. diſtin. ſi
10 quid. ¶ † Glo. inexpleta. opp. ꝙ immo non debent miſſarum
ſolennia remanere inexpleta propter penitentiam excõicati. vn
de opp. de no. in. c. nuper. ꝟ. e. xj. q. iij. ſicut apoſtoli. vij. q. i. illud
⁊ c. nihil. Soluit ꝙ aut ſacerdos nondum inceperat canonem
miſſe. ſ. qui pridie ⁊c. ⁊ tunc debet remanere inexpleta ita hic. in
terdum iam inceperit canonem miſſe tempore quo excõicatus
ſuperuenit: ⁊ tunc non debet miſſa remanere inexpleta ſed com

a ¶ No. ꝙ pro
pter. Adde hõ
facere text. in. l.
ita vulneratus.
circa fin. ff. ad. l.
aqui.

b ¶ Sed q̃rit.
Adde que di-
cuntur ꝑ Pet.
de ancha. in. c.
qđ in te. de pe.
⁊ remiſ. ⁊ Fed.
de ſe. in conſilio
lxviij.

c ¶ Et quia oc
cultum. Adde
q̃ habenẽ ꝑ Jo
no. in. c. nuper.
extra de ſen. ex.

pleri.vt.d.c.nihil. Jdem tenet Pau.qui dicit hoc procedere in officio miſſe:ſecus dicit in veſperis:⁊ idem intelligo in alijs officijs.q2 ſtatim debet exire ⁊ alibi compellere.alle.no.per Jnno. ſ.c.nuper. Jdez tenet hic Guil.dicens ꝙ ingredientibus excõicatis celebrantes debent ceſſare ab officio etiam iam inchoato: ⁊ ſe ſacris veſtibus exuere.alle.ix.q.iij.excõicatus.xxiiij.q.j.oẽs niſi forte canonem miſſe incepiſſet vt dictum eſt. Qua naũ pena puniantur ſic cõturbantes diuinum officium:dicit ꝙ inter ceteras pena capitali puniuntur.alle.C.de epiſ.⁊ cle.l.ſi quis in hoc genus.puniuntur etiam pena de qua hic. Jdem tenet zen.

11 ze.⁊ Mat. Sed querit hic Ste.[a] quid ſi excõicatus accedit eccleſiam non ad orandum ſed ad aliam cauſam:in orantes in eccleſia dicantur ſibi cõicare:dicit ꝙ non:⁊ per conſequens nõ tenebuntur exire.alle.no.per Archi.ſ.e.ſtatuimus.† Deinde querit nunquid cõicans excõicato maiori cõicando ſimplici cõione ⁊ non in crimine incurrat mortale peccatum:dicit ꝙ non qđ intelligo verum regulariter prout no.ſ.qđ met.cã.ſacris.p Joã.

12 an.⁊ ſ.eo.t.ſtatuimus:lib.vj.per Archi.† Vlterius querit an celebrans coram excõicato maiori ſit irregularis.dicit ꝙ non.alleg.ſ.e.ti.is qui.in.vj.ſecus dicit in ſuſpenſo ab ingreſſu eccleſie q2 ſi durante illo interdicto ſeu dicta ſuſpẽſione celebrat irregularis efficitur.ſ.e.ti.cum.in.vj.⁊c. ¶ Glo.quomodolibet. declarat literam quare ſic vniuerſaliter dicit q2 vt comprehenderet omnem modum compulſionis realem ⁊ perſonalem directum ⁊ indirectum:vt ſi res occupent vel grauet conſanguineos in pſo

13 nis vel rebus.ad quod alle.de elec.ſciant cuncti.in.vj. ¶ † Gl. miſſarum.querit an ſit locus huic pene ſi publice excõicatus vel interdictus intereſt in alijs diuinis officijs ꝙ miſſe:dicit ꝙ nõ per hunc tex.in contrarium tñ credo ꝙ aliter puniri poterũt tanꝙ

14 turbantes diuinum officium.arg.eorum que ſupra dixi. ¶ Gl. moniti.querit an ſufficiat generalis monitio. Reſpondet gl.ꝙ ſic quo ad prohibentes ex quo hic non adijcitur ꝙ nominatim fiat.facit in ar.de deci.ad audientiam.⁊ per hoc dicit ſufficere ꝙ emanauerit generalis monitio.ſ.ꝙ omnes excommunicati ⁊ interdicti exeant eccleſiam:q2 ſi dñs temporalis precipiat qđ non exeant erit locus huic pene:ꝗtum aũt ad remanentes dicit glo.ſequens q2 requiritur monitio nominatim vt hic ptz q2 ſ.nominatim moniti remanentes ligabuntur:ex generali autez monitione nullus ligabitur.alle.ſ.e.ti.conſtitutionẽ.in.vj.ſ.de vita ⁊ hone.cle.j. An autem compellens interdictos a iudice audire diuina in loco non interdicto incidat in hanc penam.dicit Pau.ꝙ non:hic enim ſolum loquitur qñ quis compellit nõ interdictos vel etiam interdictos audire diuina in loco interdicto vt hic in ver.is qui non contenti.dicit tñ ꝙ vltimo caſu duplex eſt exceſſus.ſ.ratione perſonarum ⁊ loci. ¶ Glo.pe.eſt literalis.

15 ¶ † Glo.vlti.colligit ex litera[b] ꝙ excõicatus iterum excõicatur

b de quo remittit ad no.in.c.ita quorũdã.de iudeis.⁊.iij.q.iiij. Engeltrudam. Jdem colligit hic Guil. Sed querit qualem effectum operetur iterata excommunicatio. Reſpondet ꝙ effectum retentionis extra eccleſiam lz abſoluat a prima excõicatione:non aũt operatur effectum expulſionis extra eccleſiam cum iam per primam excõicationem ſit eiectus.alle.d.c.ita quorũdã. Ex quo ptz ꝙ primo excommunicatus a ſuo ordinario primo erit ab illo abſoluendus.nam ſi primo vellet abſolui a papa ſecunda excommunicatione non poſſet.nam aut ſupprimit primũ vinculum ⁊ nihil agit.de offi.ordi.ex parte. Aut hoc exprimit:⁊ tunc ſuperior hoc audiens non abſoluat.de ſen.excom.officij. Juxta predicta reuocat in dubium an ligato pluribus ſententijs ſufficiat vna abſolutio:p cuius declaratione diſtinguit duos caſus principales:q2 interdum quis eſt excõicatus ab vno iudice ⁊ interdum a pluribus:primo caſu qñ ab vno iudice:⁊ tũc aut fuit ligatus vna ſententia aut pluribus.primo caſu qñ vna tũc ſi propter vnam cauſam ſufficit vnica abſolutio. Si vero ꝓpter plures cauſas ⁊ tunc aut conſtat ꝙ propter quamlibet cãm intendebat ſingulas ferre ſñias:tunc erunt neceſſarie tot abſolutiones quot fuerunt ſententie ſeu cauſe.facit.l.ſcire debemus.ff. de ver.obli.licet non nlle. Aut conſtat ꝙ propter plures cauſas vnam voluit proferre ſententiam ⁊ tunc vna ſufficit abſolutio. Erunt autem exprimende omnes cauſe aliõ non ſufficeret immo recurrendum eſſet ad iudicem.ſ.eo.cum pro cauſa. Secundo caſu cũ quis fuit ligatus ab vno iudice pluribus ſententijs ⁊ tunc erunt neceſſarie plures abſolutiones.ff.de no.ope.nun.

c l.[c] de pupillo. Secus dicit ſi dicẽdo excõico anathematizo te intendebat vnã ferre ſñiam q2 ⁊ tunc ſufficit vna abſolutio.all.de fudi.ad liberandã.⁊.ff.de accep.l.plurib⁹. Et hoc de primo caſu principali. Scđo caſu principali qñ plurib⁹ iudicibus excõicatus fuit diſtinguit:q2 ſi oẽs hñt vnã iuriſdictionẽ vz abſolutio vna ab vno eoꝝ:dũm habeat ptãtẽ ab alijs.alle.de offi.dele.cũz ⁊.c.vno delegatoꝝ.aut hñt diſtinctas iuriſdictiones:⁊ tũc tot requirantur abſolutiones quot ſunt iudices excõicatores.ſ.e.offi

a ¶ Quid ſi excõicatus. Add Jnn.in.d.c.nuper.de ſen.exc.

b ¶ Qđ excõicatus iterũ. Add de bar.in.l.aut damnum.§.ſi.ff.de pe.ter.ſ.l.palã.§.ſi.ff.de rit.nupt.⁊ in.l.ij.⁊ ibi Cy.⁊ Bal. C.vt.ſ.cert.tps ꝗ cri.ter.⁊ do. Ant.in.c.veritatis.de dolo ⁊ contu. Ale.ſ.addi.ad Bart.in l.de pupillo.§. ſi pluribus.ff.d oper.no.nũ.in addi.inci.excõicatus.

c ¶ l.de pupillo. Adde bar.ſ.d.l.de pupillo. §.ſi pluribus.ſ.j.co.ad ſi.

d ¶ Qđ lz excludat alios.ad de hiſfacere qđ de dictione taxatiua dicit gl.⁊ ibi Bar.in.l.ob es.C.de pre.mi.cũ cõcoꝛ.ad ductis ibi p alleſã.⁊.d.Jaſ.i.l.j.in.ij.co.C.de bo.poſ.ꝯtra ta. Jaſ.in autẽ.nõ lz.in.ij.co.C.de li.pre.

e ¶ Glo.tertio ordine. De iſto tertio ordine vide imol.in cle.j.in.ij.co.ſ.d re lig.domi.

ej.vñ debebit dicere ordinario ſuo excõicat⁹ a vobis ⁊ ab alijs abſoluatis me a veſtra:poſtea petã ab alijs.facit qđ no.in.d.c. officij.⁊.ſ.e.cũ p cã.de of.or.ex parte. Vltimo qrit hic Lan.an p legatũ de latere abſolui poterunt iſti q incurrũt excõicationez de qua hic in fi.⁊ facit.ſ.e.de priuile.cle.j.j.riſo.videtur ꝙ non q2 hic dicit per ſedẽ aplicã dũtaxat poterunt abſolui:⁊ ſic apponitur dictio taxatiua auferens alijs ptãtẽ:vel forte põt dici ſm

d eum[d] ꝙ lz excludat alios non tñ excludit legatũ.ad hoc alle.ſ. e.ad audientiã.de elec.ſi abbatẽ.in.vj.⁊ qđ ibi no.p Jo.and.de ſciſma.c.vno.⁊ de ſen.excõ.q2 periculoſum.e.li.⁊ p Jnn.⁊ Po. de cle.non reſi.e.j.⁊ ſic reſidet per qđ videtur inclinare in hanc partem.qđ no.bene facit qđ dicã.j.cle.pri.

1 ¶ Ordo tertius beati Franciſci ſez fratrum ⁊ ſoroꝝ de pñia ⁊ continentia videtur approbatus.⁊ nu. 4.

2 Scandalis tollenda eſt via maxime illis per que cenſura eccleſiaſtica vileſcit.

3 Jnterdicti tempore fratres ⁊ ſorores tertij ordinis ſancti franciſci non debent admitti ad miſſas audiendas.

5 Ordo beati franciſci eſt triplex:⁊ an illi de tertio ordine ſint vere clerici.

6 Pena duplici affici non debet quis ex eodem facto.

7 Legatus de latere non venit appellatione pape.

Cum ex eoꝝ religioſi.

Primo ꝓmiſſa rõne ponit ſtatutũ ſuũ. Scđo

1 ꝯtrafaciẽtes punit.ſcđa ibi qđ ſi.† No.ꝙ ordo tertius beati franciſci.ſ.fratrũ ⁊ ſoroꝝ de pñia ⁊ ꝯtinẽtia videt̃ approbatus.facit qđ vidiſtis

2 in cle.j.de reli.do.† Et no.tollendã viã ſcãdalis maxime illis p ꝗ cẽſura eccleſiaſtica vileſcit ⁊ minoris reputat̃ autoritatis. de

3 quo de no.ope.nũ.c.ij.† No.ꝙ tpe interdicti fratres minores nõ debẽt de ſuis eccleſijs ad diuina admittere iſtos fratres ⁊ ſorores de tertio ordine ſancti franciſci quocũq3 priuilegio nõ obſtante. Et no.penã ſi cõtra fiat:q2 incurrũt ſñiam excõicationis ipſo facto a qua ſatiſfactione nõ ꝓmiſſa abſolui non poſſunt ab alio ꝙ a papa ſatiſfactione ꝓmiſſa abſolui põt ab ordinarijs locoꝝ autoritate tñ aplica. Et ſic no.ꝙ facili⁹ cõcedit̃ abſolutio ꝓ

4 miſſa ſatiſfactione ꝙ ea nõ ꝓmiſſa. ¶ † Glo.ſcđa.op.ꝙ iſte ordo iſtaꝝ ſoroꝝ ſit approbatus.de rel.do.cle.j. Soluit ibi loqtur in beghinis.hic in ſororib⁹ de tertio ordine beati franciſci ꝗ nõ ſunt beghine ſed appellant̃ fratres ⁊ ſorores de pñia vt hic ptz:

5 ⁊ ſic non appellant̃ ſm La.in extrauaganti. Jo.xxij. ¶ †[e] Gl.

6 tertio ordie ad lr̃e declarationẽ qrit hic innuitur ꝙ triplex fuit ordo beati franciſci q ſunt iſti tres ordines. Rñdet ꝙ prim⁹ ordo fuit fratrũ minoꝝ:⁊ iſte fuit arctiſſimus in arctiſſima paupertate fundatus ⁊ caret ꝓprio in pticulari ⁊ ẽt in cõi.de quo ſatis.ſ. de ver.ſi.de.exiui de paradiſo. Scđs fuit ordo ſctẽ clare qui i hoc differt a primo:q2 lz iſte ordo ſit arctiſſim⁹ in feminis tñ hz proprium in cõi:⁊ iſte fuit inuẽtus ſolũ p feminis. Terti⁹ ordo cõtinentiũ ſeu fratrũ de pñia fuit inuẽtus p marib⁹ ⁊ feminis etiã viuẽtibus in ꝯiugio.⁊ iſti q ꝓfitent̃ hunc ordinẽ hñt ꝓpriũ ẽt in ſingulari. Et poti⁹ eſt qdã modus viuendi ꝙ dicat̃ regla eſt tñ approbatus p Nicolaũ tertiũ:⁊ hoc cõſtat ſm glo.cũ glo.cõcor. Pau.⁊ zen. Jdẽ tenet hic Guil.dicẽs ꝙ iſti de tertio ordie beati franciſci nõ ſunt vere clerici nec vere religioſi:q2 nõ habẽt ptãtem ſui corporis ſed vxores coꝝ:⁊ ſunt ẽt qñq3 bigami.facit de ꝯuer.ꝯiu.qdã.⁊.c.j.de big.in.vj.p pdicta refert hic Guil.ꝙ iſti nec in pſonis nec in rebus gaudent beneficio vel ꝓuilegio clericali ⁊ ſunt ſine lege vt locuſte:⁊ ideo iudicat eos vt nudos omni priuilegio clericali quaſi de nouo egreſſos de vtero matris. zen. hic tenet cõtrariũ dicens ꝙ tales gaudent priuilegio clericali:⁊ hoc tenet hic Jo.de lig.⁊ ſic dicit ſe conſuluiſſe extenſe in quadã qſtione peruſina.⁊ de hoc p Bart.in.l.ſemp.§.quibuſdã.ff. de iure immunitatis.vbi videtur tenere idẽ qđ zen.⁊ Jo. de li.nã ibi dicit Bar.aduertendũ ꝙ lz iſti fratres de pñia.⁊ idẽ de fratribus militum gaudentium non ſunt religioſi:q2 nemo renunciat ꝓprio ⁊ qñq3 habent vxores:item non ſunt clerici q2 nullũ habent ordinem clericalem:habent tñ quẽdam modum viuẽdi ab eccleſia approbatum vt hic patet.⁊.ſ.de re.do.cle.j.lz ibi nõ ponatur niſi de tertio ordine ſancti Franciſci. Jtem ſunt perſone eccleſiaſtice que vocantur deo deuoti.xij.q.ij.duo ſunt genera.⁊ per hoc dicit ꝙ ſunt exempti a iuriſditione ſeculari:⁊ ſic dicit hic no.⁊ in dicta cle.j.de relig.do. Sed male in hoc vt videt̃ ⁊ de hoc habent milites gaudentes expreſſum priuilegium ſm eum.per hoc infert ꝙ iſti fratres de penitentia ⁊ milites gaudẽtes ſunt exempti a muneribus ſecularibus ⁊ collectis:⁊ ab illis a quibus clerici ſunt exempti:⁊ ita dicit ꝙ conſueuerunt multi aduocati de curia. Et Guido de baiſio. Archi.de bono.⁊ Dy. quoꝝ tñ conſilia erant in fratribus gaudentibus tantũ:tñ idez in fratrib⁹ de pñia ſm eum.fatet̃ tñ ꝙ cõtrarium ſeruat̃ pluſq

q2 cõueniũtur

quia cõueniuntur ſub iudice ſeculari ⁊ ſoluunt collectas. ꝙ ꝓce
dere poſſet de iure ſm eum qñ apparere poſſet ꝙ illũ habitum
ſeu ordinẽ admiſerant in fraudẽ oneris. qꝛ tũc hoc eis nõ ꝓdeſt
etiam de iure. l. ſemp. §. diuus quoqꝫ pius. ff. de iure immunita
tis. ⁊ l. citra. §. ſi. ff. de mu. ⁊ ho. vbi glo. tãgit de fratribus de pe
nitẽtia. ⁊ facit. C. de ſa. ſan. eccle. l. ſub pretex. ⁊ hoc habetur in. c.
j. de obliga. ad ratioci. quid dicendũ. puto ꝙ conſtat de fraude
illa nõ prodeſt. ar. decre. ſedes de reſcrip. cũ cõcor. ⁊ eoꝝ q̃ prius
dicta ſunt. ſi de illa nõ cõſtat. ⁊ tunc ſi apparet priuilegiũ exem
ptionis hoc eſt clarũ dũmodo illi nõ ſit per cõſuetudinẽ ſeu pre
ſcriptionem derogatũ de priuile. ſi de terra. ⁊. c. cedentibus. Si
vero de priuilegio nõ apparet. ⁊ tũc Guil. tenet ꝙ non ſunt exẽ
pti a ſeculari iudice nec a muneribus. ꝫ ꝫ. ⁊ Jo. de lig. ⁊ Bar.
cõtra vt. videtis. fortevericꝛ eſt opi. Bar. per rationes alle. facit
qđ no. Inno. in. c. cũ ad monaſteriũ de ſtatu monach. de elec. ℭ Gl. cõ
tinentes. opp. ꝙ immo iſti fratres de tertio ordine non debent
dici ꝯtinẽtes. patet qꝛ habẽt vxores. vt dixi cũ glo. precedẽti. nec
promittunt continentiã. Rñdet glo. ꝙ ideo nõ dicuntur conti
nentes. qꝛ promittunt cõtinentiã. ſed ex eo. qꝛ ſm modũ viuen
di eis datur certis dieb⁹ in qualibet ſeptimana abſtinere a tho
ro vxoris ſue ſicut ſacerdotes veteris teſtamẽti abſtinebant in
ſeptimana a vitijs ſuis. alle. xxxj. di. plurimos cum glo. concor.
Guil. ℭ Glo. minoribus. querit an hec cõſtitutio liget alios re
ligioſos q̃ fratres minores admittentes iſtos de tertio ordine
ſancti Frãciſci ad diuina tẽpore interdicti. rñdet ꝙ non ꝑ hunc
tex. a ſen. cõtrario. facit de preſump. ratione. Quare autẽ magis
ſpecialiter ꝓhibuit iſtos fratres minores q̃ alios. Rñdet Guil.
ꝙ fratres minores afficiuntur ad iſtos qui ſunt ſui ordinis ma
gis q̃ alij. ⁊ ideo magis delinquebãt in hoc. ⁊ ideo ꝯtra eos po
tius prouidendũ. arg. ff. de legi. l. nam ad ea ⁊c. ℭ Glo. vel illi.
querit an hic derogetur priuilegio quo ad alias eccleſias q̃ fra
trum minorũ ſi ſit generaliter cõceſſum iſtis fratribus tertij or
dinis ꝙ in qualibet eccleſia tempore interdicti admitti poſſint
ad diuina vel intereſſe diuinis. Rñdet ꝙ non ſed ſolum quo ad
ipſas eccleſias iſtorũ fratrũ vt hic patet. per hoc etiam dicit glo.
ſe. ꝙ etiam ſi fratres minores admitterent iſtos in alijs eccleſijs
q̃ proprijs ꝙ ceſſaret pena huius decre. fatetur tamẽ ꝙ locum
habere poſſet alia pena cõmunis ſi in hoc non eſſent priuilegia
ti. alle. qđ no. in ſimili. ꝫ. eo. ti. de. j. in glo. adijcitur in vbo ſubia
cere. cum gl. cõcor. hic Pau. ⁊ Ste. qui tamẽ adijcit ꝙ ſi fratres
minores reciperent iſtos in eccleſia ad diuina cõtra volũtatem
rectorũ aſſumentes ſibi hanc auctoritatẽ ꝙ inciderent in hanc
penam. qđ no. ſed forte hoc eſſet verũ quo ad aliã penam q̃ hu
ius de. per ſupius dicta. ℭ Glo. admittãt op. ꝙ immo poſſunt
admittere ꝑ decre. alma. de ſen. excõi. Soluit admittere poſſunt
in caſibus de quibus ibi. in alijs autẽ non vt hic. ℭ Glo. ſubia
cere. querit quid ſi iſti fratres delinquunt in eo qđ hic dicitur. ta
men alias bene ſeruant interdictũ qđ ſeruat matrix eccleſia. an
incurrent penã decre. j. ꝫ. eo. dicit ꝙ non ſed ſolũ penam huius
6 decre. Ex hoc qꝛ nõ debet qs † duplici pena ex eodẽ facto puni
ri de iudi. at ſi clerici. Idẽ tenet hic Ste. Pau. hic videtur ꝯtene
re oppoſitũ. dicit eñ ꝙ ex quo per hoc violant interdictum in
currunt illã penã. ⁊ etiã alias ſi teneant interdictũ. de quo dictum
fuit in de. j. ꝫ. eo. in verbo ſubiacere. tutius videtur tenere glo.
ℭ Glo. ſi. q̃rit quare fuit expediens ꝙ eo caſu quo ordinarius
abſoluit abſoluat auctoritate apoſtolica. Rñdet ꝙ ꝓpter priui
legium exẽptionis qđ habẽt fratres minores. ⁊ qꝛ deliquerunt
7 in locis exẽptis. † Sed aduerte. q̃rit hic Lap. an legatus de la
tere poterit abſoluere ab iſta excõicatione dicit ꝙ in primo ca
ſu. ſ. non premiſſa ſatiſfactione clarũ eſt ꝙ non. qꝛ illa reſeruatur
romano põtifici ſicut in ſimili de. ſi quis ſuadẽte de penis. ⁊ de
a here. multoꝝ in ſi.[a] Sub appellatione aũt romani põtificis nõ
continetur legatus etiã de latere in decre. j. q. ij. cũ ibi. no. de ſen
dis ⁊ de elec. ſi abbatẽ. poſt. La. in. vj. igit ⁊c. Sed dubiũ eſt qđ
in ſcđo caſu. ſ. qñ vult abſoluere ꝓmiſſa ſatiſfactione. videt tunc
ꝙ poſſit qꝛ illa nõ reſeruatur romano pontifici. vel dici põt ſm
eũ. ꝙ etiã in hoc caſu nõ poterit ꝑ legatũ abſolui. ꝫ poſſet abſol
ui ꝑ epm. qꝛ epũs in hoc eſt delegatus pape ⁊ ſic in hoc maior eſt
q̃ legatus. de offi. lega. ſtuduiſti. ⁊ ſm hoc aliqđ poterit epũs qđ
nõ poterit legatus. Sil̃r alle. de offi. leg. c. pe. ⁊ vlti. Qđ autẽ di
ctum eſt de epo idẽ dicit de archiepo. ⁊ ſic ſue dyoceſis. ſec⁹ ſi ſue
ꝓuincie. ⁊ nõ dyoceſi. qꝛ abſolui nõ poterũt per eũ. niſi forte in
mortis articulo. de offi. or. paſtoralis. Ratio qꝛ tali tpe etiã ſim
plex ſacerdos abſoluere põt. xvij. q. iiij. ſi qs ſuadẽte cũ ſi. ⁊ ſic re
ſidet Lap. poteſtis dicere ꝙ hic appellatione ordinarij cõprehẽ
ditur etiã legatus cũ ⁊ ille ſit ordinarius. de offi. lega. c. ij. in. vj. ⁊
ſic ex hoc capite abſoluere poterit. certe hoc nõ dicit de locoꝝ or
dinarijs. ſed de epis locoꝝ ⁊ ſic videt ꝙ nõ cõprehẽdat legatus.
1 SI Papa appellatur ſummus pontifex ⁊ de multis nomini
bus pape.

2 Papa ſi participat cum excõmunicato non intelligitur ipſum
abſoluere.
3 Cõmunicare poteſt quis cum excõmunicato.
4 Verba enunciatiua vel narratiua an ⁊ quando probent vel in
ducant diſpoſitionem.
5 Papa ſi participat cum excõmunicato an ligetur minori excõ
municatione.
6 Cõmunicari excommunicato quomodo poſſit aliter q̃ literis
vel oſculo.
7 Cõmunicãs excõmunicato ſcienter ſi ſit inferior a papa an ha
beatur pro abſoluto.
8 Voluntas eſt pro ratione in papa: et voluntate ſola princeps
manumittit.
9 Diſpenſare an videatur epiſcopus cum male ordinat vel male
inſtituto ſi ab eo audiat miſſam vel recipiat procurationem.

SI ſummus pontifex.

Primo ponit vnũ dictũ. Scđo aliud in ſimi
le. ſcđa ibi. Similiter. tex. hic tractat. exemplifi
1 ca vt in glo. ℭ † Not. ꝙ papa appellatur ſum
b mus põtifex.[b] de multis autẽ nominibus pa
pe tractat hic Mat. vide de cõſtitu. c. j. in. vj. per Archi. et per
2 Jo. and. ℭ † No. ꝙ licet papa ſciẽter quomodocũqꝫ participet
cum excõmunicato nõ per hoc intelligitur ipſum abſoluere niſi
3 hoc exprimat ꝙ velit ex hoc illum haberi pro abſoluto. † ℭ Ex
quo not. multis modis poſſe excõicato participare no. ꝙ cõmu
nicari poteſt excõicato per literas. ⁊ ſic facit ꝙ ſcribẽs excõicato
incurrit minorẽ de quo in. c. cõſtitutionẽ. in. ij. glo. ꝫ. e. in. vj. nõ
intelligas tamẽ hoc ꝓcedere in papa. quia ille eſt canonibus ſo
lutus. de cõceſ. prebẽ. ꝓpoſuit. ⁊ no. ꝫ. eo. ti. c. nulli. in ver. ſimili.
4 ℭ † No. ꝙ verba enunciatiua ꝓpter aliud emiſſa etiã ſcienter
c non inducũt diſpoſitionẽ.[c] ideo papa ſcribẽdo alicui ſub digni
tatis titulo vel aliter eum nominãdo ſub dicto titulo etiã ex cer
ta ſcientia nõ intelligitur per hoc eum in dicta dignitate appro
bare vel aliquid noui iuris tribuere. facit qđ no. in cle. literas. de
proba. ⁊ in. l. ex hac ſcriptura. ff. de dona. ⁊c. ℭ Glo. j. in ver. cre
ditur. declarat quid dederit cauſaꝫ cõſtitutioni. quia creditur ꝙ
hec cõſtitutio emanauit propter do. Fede. de ſicilia. Deinde in
ver. pars declarat qđ determinat prima pars huius decre. Al
terius inducit tex. ad no. per Inno. ⁊ Hoſti. de priui. cum olim
d. j. nũquid vꝫ papa vitando aliquẽ videtur ipſum excõicare. vi
detur ꝙ nõ. ſicut nec cõmunicãdo videt abſoluere vt hic patet
vt ſic ſit cõtrariorũ eadẽ diſciplina. per hoc infert ꝙ ille qui par
ticipat illi quẽ papa vitat nõ incurrit excõicationẽ minorẽ quã
alias cõſueuit incurrere cõmunicans excõicato maiori. nõ ob. c.
ſi inimicus. xlvj. di. quia loquitur de eo quẽ papa vitat ⁊ etiam
precipit vitari. ſecus ſi ſolũ vitat. facit qđ no. ꝫ. eo. ti. ſi aliqñ. et ꝑ
Goffre. in prohemio greg. cum glo. cõcor. Pau. ℭ Glo. ſciẽter.
opp. ꝙ idẽ ſi ignoꝛãter. ꝫ. eo. ſi aliqñ. ℭ Glo. fatetur cõtrariũ. et
ideo hic ſubaudit etiã. ⁊ ideo expreſſit de ſciẽte. quia de ignorãte
non erat dubiũ. Idẽ hic Ste. dicens hic decidi altercationem
5 antiquoꝝ de qua in locis alle. in prima glo. ℭ † Gl. participat.
querit an papa ex hoc participio ligetur minori excõmunicatio
ne dicit ꝙ non alle. no. in. c. nulli. ꝫ. eo. ⁊ in iuribus alle. in. j. gloſ.
In contrariũ facit quia hec videtur ſnia dei Mat. xviij. c. ibi ſi
peccauerit in te frater tu⁹. ij. q. j. ſi peccauerit. ⁊. c. multi. ⁊ in hac
parte reſidet Hoſt. ſ. ꝙ ſi nõ diceretur abſoluere ligaretur minori.
ipſe tamẽ timebat ꝙ ſciẽter cõmunicando dicebatur abſoluere.
ſed in hoc eius opinio corrigitur ⁊ etiã in primo dicto cõmuni
ter tenetur glo. vt hic dicit Guil. ⁊ Mat. Fatetur tamẽ ꝙ papa
male facit. ⁊ ideo dicit eſſe de ſtilo curie ꝙ qñ aliqui habẽt aliqđ
tractare cũ papa primo abſoluuntur ad cautelã ⁊ tractatu fini
to rediguntur in eãdẽ excõicationis ſententiã. ad inſtar teſtium
recipiendorũ in curia. de teſti. veniẽs in ſi. nec ob. ꝓdictis ꝙ eſt
ſnia dei. qꝛ immo excõicatio minor inducta eſt ab eccleſia ⁊ a cõ
ſtitutione eccleſie. vt in decre. nuper. de ſen. excõ. cum concor. et
ideo de illa non loqtur hic papa. ℭ Gl. literas colligit excõicato
poſſe participari mittẽdo literas. ꝙ inducit ad no. in. c. conſtitu
tionẽ. ꝫ. eo. in. vj. de quo dixi in no. ℭ Gl. oſculo notãda eſt pro
6 pter orthographiã. ℭ † Gl. quouis modo. q̃rit qualiter poſſit
cõicari excõicato alr̃ q̃ lr̃is vbo vel oſculo. Rñdet ꝙ in cõuiuio
orõne vel ſedẽdo vel tenerãdo. ꝓpter hoc patꝫ ꝙ ſi nutu cõicetur
excõicato ſicut faciũt multi ⁊ aliq religioſi qui loquũtur nutu cũ
excõicato quia incidũt in excõicationẽ. ⁊ hoc tenet Guil. alle. de
ſepul. animarũ in. vj. de ſpõ. cũ apud. ⁊ quia nõ refert qualiter
cũqꝫ qs exprimat mẽtis cõceptũ. cũ in hoc etiã videatur ei fauere.
alle. xj. q. iij. excõicatorũ. xxiiij. q. iij. eis. Ad ꝓdicta alleg. Ste.
qꝛ nõ refert an ꝑ nũciũ an ꝑ literas an per loquelã qs ſuũ expri
mat cõſenſum. ff. de cõſti. pecu. l. qui autẽ. §. ſi. cum. l. ſe. xxvij. q. ij.
7 lex diuina. ℭ † Gl. velle. q̃rit an hoc hẽret locũ in inferiorib⁹ a

a ℭ Sub ap
pellatione aũt.
Adde Inno. in
de. quia contin
git in. iij. col. ꝫ.
de relig. do.

b ℭ De mul
tis autẽ. Adde
gl. in ꝓhe. ſexti.
in ver. epũs.

c ℭ Ideo pa
pa ſcribendo.
Adde Fely. in
prohe. decreta.
in. xj. col. Fely.
in. c. nonnulli.
xvij. col. ver. in
cõtra iſtam de
reſcrip. gl. in. c.
dñs nr̃. xxiij. q.
licet in ꝯtrariũ
faciãt q dicunt
Ang. ⁊ Alex. j.
in addi. Bar. ſ.
in. l. j. in. ij. col.
C. de metro. ho
ri. lib. xj. vbi di
cunt ꝙ ꝑnceps
ſcribẽdo alicui
loco tãꝗ ciuita
ti dicitur eũ ef
ficere ciuitatem.

a ℂ Qđ princeps. Adde ꝗ habent̃ p Fely. in.c. ꝗ in eccleſiarum de ꝯſti. in.a.iũe in.ix. ⁊ in.xxij.colũ.

papa.vʒ ꝙ ſcienter cõmunicãdo excõicato volunt haberi illum
pro abſoluto habeatur pro abſoluto. Rñdet ꝙ non. nam ideo
8 hoc eſt cum papa quia ſibi eſt † pro ratione volũtas.alle.§.ſed
ꝙ.in prin.inſti.de iur.natura. gentiũ.⁊ ci. ⁊ ſic videamus in ſi
a mili^a ꝙ princeps ſola voluntate manumittit. ff.de manumiſ.l.
apud eum.C.de fideiuſ.l.ſi a voluntate que rationes ceſſant in
inferioribus.quia illi ſunt ſubiecti iuri.iuxta no.de hereti.ſtatu
tum in.vi.⁊ de offi.archi.c.iij.ad hoc.c. cum deſideres.ĩ.eo.ti.
Idem Pan.alleg.vltra predicta de preben.ſi motu proprio.in
vi.Idem Guil.dicẽs ꝙ ſola verbalis expreſſio pape ſine alia ſo
lennitate ipſum excõmunicatum abſoluit cum ſit legibus ſolu
tus.ff.de legi.l.princeps.C. eo.ti.l.digna vox.⁊ no. Hoſti.ĩ.eo.
ſi aliquando. Idem Ste. ſed ꝙ etiã ſi non exprimat ſe velle pro
abſoluto habere tamen habetur pro abſoluto.vnde op.de not.
per Inno.de offi.or.cum ab eccleſiarum.Soluit ꝙ ibi iudiciali
ter cognouit animo probãdi vel reprobandi aliquid. vt ibi no.
hic ſecus.hec procedunt quando conſtat ꝙ vere eſt excõicatus.
Si aũt eſſet dubium ⁊ ſuper nullitate excõicationis ſciſcitaretur
inter partes.tunc ſi papa certificatus de hoc dubio admiſit euʒ
ad oſculum videtur declarare eum nõ ligatum ſm Guil.alle.de
priuile.cum olim el.j.in ſi.ℂ In.§.ſimiliter glo.nominet.op.cõ
trarium iſtum ver.de no.in.c.ſi inimicus.xxiij.di. ⁊.vj.q.j.ſacer
dotibus.qui fil.ſint legi.per tuas. Rñdet glo.ꝙ illa faciebãt du
bium in decretali.tamẽ hodie tenẽdũ eſt ꝙ hic dicitur. Ex quo
patet ſm Pan.ꝙ ex nominatione non queritur ius alle. d.c.ſa
cerdotibus.xxxij.q.iiij.dicat. nec ob.inſti.de adop.in ſi. vbi pa
tet ꝙ ſi quis ſeruũ ſuum nominat filiũ efficitur liber. quia illud
eſt fauore libertatis.⁊ ſimiliter nõ ob.de proba.per tuas. vbi di
citur ꝙ ſi quis illum quẽ in domo fecit nutriri nominet filium
preſumitur filius niſi cõtrarium probetur.quia illud eſt fauora
bile ⁊ fauore filiationis. ⁊ ideo ibi nominatio tribuit ius. ſecus
in caſu noſtro.quia dignitates ⁊ beneficia eccleſiaſtica ambitio
ſe petuntur et quandoqȝ etiam ſine titulo detinentur. Idcirco
eſt ſtatutum ꝙ de titulo fiat fides.de offi.or.c.ordinarij in.vi.et
l.cogi.C.de pe.heredita.ſimile adducit de matrimonio carnali.
b quia licet ſe aliqui nominẽt coniuges ^b non probatur ex hac no
minatione matrimoniũ niſi aliter probetur.xxx.q.j.c.j. Secus
tamẽ ſm leges.ff.de ri.nup.l.in libero.facit qđ no. de preſump.
in.c.illud de reſti.ſpo.ex parte.ℂ Glo.tractet.declarat literam.
ℂ Glo.approbare.inducit tex.ad no.per Inno.⁊ Hoſtien. de
9 fil.preſby. veniens. † numquid vʒ ſi epũs audiat miſſam vel reci
piat procurationẽ a male ordinato vel a male inſtituto per hoc
intelligatur cum illo diſpenſare ⁊ tenent ꝙ nõ.etiã dato ꝙ eſſet
talis caſus in quo epũs poſſit diſpenſare. pro quibus bene facit
iſte text. ⁊ quia recipiendo procurationẽ recepit quod eſt ſuum
ſm Pan.qui concor.cum glo. Per predicta colligit hic Pan.
ꝙ ipſo facto nõ dicitur quis diſpenſare.⁊ hoc tenet Ber. de cõ
ceſ.preben.c.penul.de ſciſma.fraternitatis. Vin. Goffr. Inno.
⁊ Hoſtien.in.d.c.veniens ſm eum.qđ limitat eſſe verum ſi cau
ſe cognitio ſuper cauſa diſpenſandi nõ precedat factum alias vi
detur diſpenſare.alle.qđ dicimus in ſimili. quia ſi papa premiſ
ſa cognitione cauſe admittat illum cuius excõicatio nulla dice
batur videtur illam declarare nullã.de priuile.cum olim.de quo
tamen nõ eſt mirandũ.quia in tali declaratione non eſt forma
ſtatuta ſed in abſolutione ſic.ĩ.e.cũ deſideres ſm Pan.ℂ Gl.
c nõ intelligitur.opp.ꝙ immo intelligat approbare.de pba.^c in
de.literis.Soluit glo. ꝙ ibi loquitur quãdo papa narrat factũ
propriũ ⁊ ſuper eo fundatur ipſius intẽtio. hic ſecus prout no.
in glo.quid ſi talia. Idẽ volunt hic zenze.⁊ Mat.dicentes ꝙ ra
tio decre.eſt quia per ea que hic dicuntur papa nõ intendit ali
quid diſponere cum non diſpoſitiue ſed denunciatiue hoc face
re.alle.de priuile.ſi papa in.vj.⁊.C.de proba.l.rationes.⁊.C.de
ſen.⁊ interlo.om.iu.l.ex ſtipulatione.facit qđ no. Inno.de pro
ba.quã contra facit de.j.ĩ.de prebẽ.poteſt eſſe ratio huius ver.
ſimiliter periculũ intruſionis vitande.alleg.de inſti.ex frequen
tibus.de reg.iur.c.j.in.vj.hinc eſt ꝙ de titulo bñficij quis tene
tur facere fidem alleg.de offi.or.c.ordinarij in.vj.nec ob.l. cogi.
C.de peti.heredi.vbi quis non cogitur dicere de titulo.q͛ illud
procedit in rebus prophanis.ſecus in beneficialibus ſm zenze.
de quo plene in regula.j.de regu.iur.in.vj.⁊ in decre.licet heli.
de ſymo.⁊ per Hoſtiẽ.⁊ de procura.ex inſinuatione per Inno.
⁊ Jo.and.in.c.ordinarij.facit qđ dix post Guil.cum glo.in ver
bo nominent. ℂ Glo.ſi.op. de prin.in ver. niſi forſan. Soluit
hunc text.intelligendum ſm illum vʒ niſi papa aliud exprimat.
quia tunc illud eſſet ſeruandum in hoc caſu ſecundo ſicut in pri
mo. Juxta hoc querit hic Lap. an ſaltem quo ad preſumptio
nem vel poſſeſſionem afferat preiudicium illud factum pape de
quo hic hoc ver. Similiter dicit ꝙ non per hunc text.qui dicit
ꝙ quicqȝ iuris non tribuitur per ea que hic dicuntur. ⁊ ſic nec
quo ad proprietatẽ nec quo ad poſſeſſionẽ vel preſumptionem.

b ℂ Non pbatur ex hac nominatiõe. Adde Alex.in ꝯſi. cli.in.ſi.colum. ver.iñ.reſpondeo in.v.volu.

c ℂ In de.literis. Adde que habẽtur de verbis enunciatiuis per Fely.in c.p tuas.l.iiij. col.de proba.et in.c. illud in.ij. no.de pſcrip.et in.c.ſi.in.ij.col. eo.ti. Jaſ.in.l. ex his vbis in ij.col.C.de teſt. mil. barba. in conſi.lxxviij.⁊ in cõſ.iij. in ſi. col.

ſecus dicit in alio inferiore.quia ⁊ quo ad proprietatem iuris ⁊
quo ad poſſeſſionem quereretur ex talibus inactiue vbi agere
tur de preiudicio alicui generando vel de iure ſuo renunciando
ſecus ſi ageretur de preiudicando iuri publico vel de diſpenſan
do alle.de fi. preſby.veniens. ⁊ de his que ſi.a ma. par.c. ex ore.
xxiij.diſt.nullus.⁊.c.ooe.⁊ di.lxiij. Adrianus.⁊ qđ ibi no. ⁊ per
Inno.de reſcrip.ad aures.⁊ per Compoſt.in.c.ſuper literis. et
per Archi.de offi.or.c.ordinarij in.vj. ⁊ per Inno.⁊ Hoſtien.
in.d.c.veniens.⁊ in.d.c.dilecta.ſm Lapum.

ℂ De verborum ſignificatione. Rubrica.

1 ET Prouidendum eſt in his que ſepe occurrunt.
2 Simpliciter. Si cauſa cõmiſſa ſit alicui cum his verbis ſimpli
citer et de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij quõo procedetur.
3 Acta tendentia ad ſolennitatem iudicij que dicantur: ⁊ que di
cantur tendere ad veritatis indaginem: ⁊ ſic que dicantur acta
litis ſeu inſtantie:⁊ que dicantur acta cauſe.
4 Sententia ferenda eſt iuxta formam libelli ſeu petitionis.
5 Reconuentio facienda eſt in exordio litis.
6 Poſitiones ſeu articuli inuente ſunt propter faciliorem expe
ditionem litium ⁊ fieri debẽt ſup narratis ſiue deductis in peti
tione ſiue libello.
7 Articulorum datione facta poteſt iudex prefigere diem vtriqȝ
parti ad producendum omnia eorum iura ⁊ munimenta.
8 Dilatione pendente ad teſtes producẽdos poſſunt produci in
ſtrumenta.
9 Judex poteſt interrogare partes vbi equitas hoc ſuadet.
10 Libelli oblatio an in ſummarijs exigatur.
11 Simpliciter dictio quid importet.
12 Cauſa ſi cõmittatur alicui ſoli cũ hac dictione ſimpliciter quo
modo ſit procedendum.
13 Summarie dictio quid importet.
14 Simplicitas eſt triplex.
15 Cauſa ſi cõmittatur ſimpliciter ⁊ de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura
iudicij quid iuris ſi vnũ iſtorũ quatuor deficiat in cõmiſſione.
16 Et quid ſi dicta quatuor ponantur ſine copula vel diſiunctiua.
17 Diſiunctiua quandoqȝ ponitur pro copulatiua.
18 Cauſam committere non poteſt inferior a principe cum clauſu
la appellatione remota.
19 Verbum quot ſignificata habeat.
20 Libellus an neceſſario ſit offerendus in caſibus in quibus pro
ceditur ordinarie ⁊ non ſimpliciter ⁊ de plano ⁊ ſine ſtrepitu et
figura iudicij.
21 Libellus in quibus cauſis ſit neceſſario dãdus ⁊ in quibus nõ.
22 Solennitates iudiciorum an virtute conſuetudinis ⁊ legis mu
nicipalis tolli poſſint.
23 Judicium eſt actus trium perſonarum ſcʒ iudicis actoris ⁊ rei.
24 Petitio actoris quare eſt in ſcriptis redigenda.
25 Feriarum tempore que cauſe poſſint tractari ⁊ que non.
26 Feriarum triplex eſt ſpecies.
27 Judex an poſſit cogi in cauſis que committuntur ſimpliciter ⁊
de plano ⁊ ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij ꝓcedere tempore feria
to ob neceſſitates hominum.
28 Lites abbreuiare debet iudex ⁊ materias dilationũ amputare.
29 Aduocatus debet in ſe habere quatuor:ſcʒ perſonam: modum
cauſam ⁊ ſalarium: ⁊ iſta declarantur in litera.
30 Defenſio legitima eſt de iure naturali.
31 Arbitrio alicuius ſi cõmittatur cauſa cognoſcenda ⁊ deciden
da quid tales poteſtas operabitur.
32 Citatio vnica an ⁊ quando ſufficiat ⁊ an ⁊ quando requiratur
trina vel peremptoria.
33 Juramentum calumnie an debeat in omnibus cauſis preſtari:
⁊ ſi nõ preſtetur ꝙ forte nõ fuit petitũ an vitiabitur proceſſus.
34 Petitio actoris quare ſit in actis redigenda.
35 Et quibus expenſis fieri debeat petitio ſiue oblatio libelli.
36 Conuentus ſuper cauſa ſummaria non poteſt reconuenire niſi
ſuper cauſa que ſit ſimilis conditionis.
37 Reconuentio de cauſa plenaria an ⁊ quando poſſit fieri ſi cau
ſa conuentionis eſt ſummaria.
38 Reconuentio an poſſit fieri ex interuallo poſt litis conteſt.
39 Memoria hominis labilis eſt.
40 Poſitiones quare fuerunt inuente:⁊ de earum effectu ⁊ quã
do ſint faciende ⁊ de earum materia.
41 Articulorum materiam.
42 Uſus ⁊ conſuetudo cuius loci attendi debeat an actoris vel rei:
an vero vbi contractus ſit factus vel delictum.
43 Terminus ad ponendum ⁊ articulandum an poſſit ſimul da
ri vna parte reſiſtente vel ambabus reſiſtentibus.
44 Terminus ad pbandum an poſſit dari actori ⁊ reo ſimul.

Inſtrumenta

46 Inſtrumenta an produci poſſint pendente dilatione data ad teſtes producendos.
47 Teſtes an poſſint produci poſt terminum datum ad producendum teſtes.
48 Citatio vnica an ⁊ quando ſufficiat: ⁊ an ⁊ quando requiratur trina vel peremptoria. ⁊ an in omni actu requiratur trina citatio vel admonitio.
49 Citatus peremptorie ad audiendam ſententiã non cõparuit die ſtatuto nec iudex illa die pronunciauit ſed vult pronunciare poſt lapſum duorum dierum an erit opus noua citatione an vero ſufficiat prima.
50 Sententia an ⁊ quando ſit in ſcriptis formanda: ⁊ an iudex poſſit pronunciare verbo: ⁊ ſtatim committere notario vt redigat in ſcriptis.
51 Sententia debet proferri ſedendo ⁊ non ſtando.
52 Cõcluſio in quibus cauſis ſit neceſſaria: ⁊ quando dicatur concluſum in cauſa.
53 Inſtrumenta in foro ciuili poſſunt produci vſq̃ ad ſententiam ex quo tñ eo nõ ſit concluſio.
54 Solennitas ſiue figura iudiciorũ an partibus cõtradicentibꝰ poſſit per iudicem obſeruari in cauſis que committuntur cum clauſula ꝙ procedatur ſimpliciter ⁊ de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij.
55 Res de facili redit ad ſuam naturam.
56 Solennitas ſi in cauſis que committuntur cum clauſula ſimpliciter ſine ſtrepitu ⁊ cetera fuerit ſeruata vna parte ſolum cõtradicente an valebit proceſſus.
57 Et quid ſi iudex in dicto caſu incipit ſeruare ſolennitatẽ ſeu ordinẽ iudiciorũ: ⁊ poſtea partes volunt ꝙ procedat ſine ſolennitate an poterit deinceps ſeruare ſolennia iudiciorum.
58 Arbiter in quẽ cõpromiſſũ eſt ſi incipiat procedere vt arbitrator an poſſit redire ad viam arbitri ⁊ nu. 55.
59 Irritum ⁊ irritandum. quomodo differant.

Epe contingit qđ. Famoſa vtilis ⁊ quottidiana eſt hec cle. ⁊ cuiꝰ materia ideo diligẽter aduertẽda. Iuxta doctrinam Pau. iuriſcõſulti in. l. legata. ff. de li. leg. Eget aũt hec cle. gl. ⁊ realibꝰ expoſitiõibus. ⁊ nõ ſup vacuis verborũ ſolẽnitatibꝰ vel blanditijs. vt gl. j. hic dicit. Quid aũt dederit cãm cõſtõni ⁊ qđ determinet ponit ea. gl. j. Diuidiẽ aũt decre. i quatuor ptes pricipales. In prima pte ponit q̃ſtio. In ſcđa ſolutio. In tertia prorogatio. In quarta q̃dã inſtructio ꝓteſtatio. ſcđa ibi. Nos autẽ. tertia ibi. Que oĩa quarta ibi. Si tñ ſcđa ſubdiuidiẽ in ptes tres. q: prio ponit nouẽ ſpãlia vel ẽt xi. diuidẽdo octauũ in tria q̃ põt iudex datꝰ ſcđm formã cle. Secũdo ponit. v. vel etiã. vij. ſubdiuidẽdo quartũ in tria p formã huiꝰ ibi nõ excluſa. tertio ponit ſex q̃ talis iudex datus ſcđz formã cle. põt inſerens quatuor q̃ nõ põt. ſcđa ibi. Nõ ſic. tertia ibi Sȝ q: breuiter aũt ꝓpter multitudinẽ dictorũ ſummari nõ põt vt hic dicit gl. Loco aũt ſummarij põt dici qđ determinat cõcilium qđ importãt hec verba de plano ſimpliciter ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij. qñ taliter alicui cã cognoſcẽda cõmittiẽ decidẽs q̃
1 poſſit virtute dictorũ verborũ. ⁊ que non poſſit. ¶ No. †prouidendũ primo his que ſepe occurrũt. Cõcor. hic alle. in prima gl. facit. l. nã ad ea. ff. de legi. ⁊ contrario. ¶ No. non prouidendũ his q̃ raro accidũt qđ eſt verũ regulariter. ſed accidẽtaliter ⁊ raro ſeu quãdoq̃ bene prouidetur. iuxta no. de deſpõ. impube. literas in gl. iij. de quo hic in gl. ij. ⁊ cũ ea cõcor. Ste. ¶ No. certã formã cõmiſſionis cãrum ⁊ hoc multũ vtũtur domini ⁊ prin
2 cipales locorũ.ª ¶ † No. de ſignificato iſtorũ verborũ ſimplici-
a ter ⁊ de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij ⁊ que poſſit iudex cui cauſa taliter cõmittiẽ ⁊ q̃ nõ poſſit. Et no. ꝙ per dictã formam releuatur vt non teneaẽ ſeruare ea que ſunt de ſolennitate iudicij ⁊ non tendũt ad veritatis indaginẽ vel conſeruationem indagate. Ea aũt q̃ tendunt ad veritatis indaginẽ vel ad cõſeruationẽ indagate. ꝑtermittere nõ põt. ⁊ ſic no. ꝙ circa acta litiſ ſeu
3 inſtãtie vr̃ facta remiſſio ſed nõ circa acta cãe ⁊ negocij. † Ex ꝓdictis collige q̃ dicunẽ acta tendentia ad ſolẽnitatẽ iudicij ⁊ que dicunẽ tẽdere ad veritatis indaginem ⁊ ſic que dicanẽ acta litis ſeu inſtãtie ⁊ q̃ acta cãe. q: illa q̃ vt plurimũ hoc dr̃ in tex. iudicẽ poſſe ꝑtermittere ſunt acta litis ⁊ inſtãtie ſeu ſolẽnitates iudicij illa dicunẽ acta cãe. ⁊ tendẽtia ad veritatis idaginẽ ⁊ ꝯſeruatio
4 nẽ. ¶ In ver. verũ. † ᵇ no. illud vulgatũ qđ iuxta formã libelli
b ſeu petitiõis formãda eſt ſnĩa. cõcor. ff. cõi diui. vt fundꝰ. de acc.
5 qualiter ⁊ qñ. ij. de ſimo. lȝ. hdi. ¶ † Itẽ no. ꝙ recõuẽtio facienda eſt in exordio litis. ⁊ ſic vr̃ ꝙ nõ poſſit fieri poſt lit. conte. de
6 quo dicetur cũ glo. ⁊c. † In ver. ⁊ q: no. quare inuẽte fuerũt poſitiones ⁊ articuli q: ꝓpter faciliorẽ expeditionẽ litium. Et no. ſup quibus debeãt fieri. q: ſup narratis ⁊ deductis in petitione ſeu libello. ¶ Itẽ no. ſcđm Guil. ⁊ Zen. poſſe. allegari vſuȝ longeuũ ſine tendat ad cãm ordinariã ſeu ad dicendam. qđ dicũt procedere dum tamẽ ſit rõnabilis. de dec. cum cãm. ¶ Not. qđ cõmiſſa cauſa ſcđm formã cle. põt iudex cogere ptes ad dandũ
7 ſibi poſitiones ⁊ articulos. ¶ Itẽ no. ꝙ† põt poſt dationẽ articulorũ ꝓrogare diem vtriq̃ pti ad producendũ omnia coniũ in
8 ra ⁊ munimẽta a cõtrario. ergo ſecꝰ vr̃ extra caſum cle. ¶ † Itẽ no. ꝙ pendente dilatiõe ad teſtes ꝓducendos poſſunt ꝓduci in
9 ſtrumẽta.ᶜ ¶ † No. qđ iudex põt iterrogare ptes vbicũq̃ equi
c tas id ſuadet. ¶ Itẽ no. ꝙ ſi ptibus nõ cõtradicentibꝰ ⁊ in ſummarijs ſeruẽ ſolẽnis ordo iuris nõ p hoc viciaẽ ꝓceſſus. ¶ Vltimo no. ꝙ illud quod dr̃ hic facta cõmiſſiõe ab homine habet
10 locũ etiã ſi a iure fiat hmõi cõmiſſio ſub hac forma. ¶ † Vltimo no. ſcđm Mat. qđ in ſummarijs non exigiẽ libelli oblatio. hoc tñ notabile nõ bene hic colligiẽ vt apparebit ex infra dicendis ⁊ an ſit in ſe verũ infra dicetur. Itẽ no. ſcđm Guil. caſuȝ in quo potius recurritur ad extraordinariũ auxiliũ q̃ ad ordinariũ regulariter cõtra. in. l. in cauſe. el. ij. in prin. §. pomponius. ff. de mino. ⁊ per Bar. ff. de no. op. nũ. l. in prouinciali. ⁊ per Inn. de preſcrip. ex trãſmiſſa. ¶ Gl. ciſ. querit quid ſi negociũ extraiudiciale cõmittaẽ expediendũ in forma de qua hic an habebit locum hec cle. Rñdet gl. de hoc nõ eſſe dubiũ alle. de acc. ſicut oliȝ quaſi ex quo negocium eſt extraiudiciale ſine dubio nõ exigit ſo
11 lenitates iudiciales. ¶ † Glo. ſimplr̃ volunt q̃rere qđ importet dictio ſimpliciter. Rñdet ꝙ tantũ quantũ ſine plica vel inuolutione. Addit Io. de lig. vel diſtinctiõe. alle. glo. de ſum. tri. ⁊ fide. ca. firmiter in princi. ⁊. ff. de le. ij. codicil. §. inſtituto. ⁊ io. de lig.
d all. ff. pro ſocio. l. coiri. ff. de vulg. ⁊ pupil. l. j. ff. de ver. ob. l. j. ᵈ §.
12 ſi quis ſimpliciter. † Qualiter aũt ſit ꝓcedẽdũ commiſſa cauſa alicui ſoli cũ hac dictione ſimpliciter gl. non declarat. Ioan. de lig. dicit qđ eodẽ mõ procedi poterit quo põt procedi appoſita dictiõe ſummarie. quo caſu qualiter ꝓcedi poſſit diceẽ inferiꝰ
13 quod bene no. † Summarie dr̃ breuiter ſicut ⁊ ſimpliciter dicẽ quaſi ſit dicere pure ſine conditione ⁊ diſtinctiõe ⁊ p cõſequens eſt breuiter dicere. Idẽ ſimpliciter id eſt faciliter. vt in. l. ſi. C. de pactis ⁊ in. §. ſed q: inſti. de fideicõ. here. ⁊ ſic faciliter quaſi plane. nã via plana facilior eſt alta vt de ſe eſt notoriũ. ⁊ ſic pȝ ꝙ põt etiã dici idẽ qđ in ver. de plano. Io. de lig. dicit fieri ſimpliciter qđ nõ ſit ſcđm rigoroſam ſubtilitatẽ vt in. c. dilecti de iudi. Ste.
14 vero hic occaſione iſtius dictionis tractat † quottuplex ſit ſimplicitas dicit ꝙ triplex eſt q: quedã eſt ſimplicitas columbina que caret dolo. ⁊ hec laudãda eſt alle. vij. q. j. ex merito. xvi. q. j. ſi cupis. de iureiu. veritatis de preſum. ex ſtudiis. Quedã eſt ſimplicitas innata. ⁊ talis aliqñ excuſat ⁊ ſi nõ a toto ad minus excuſat a parte. xviij. di. de petro. ⁊. de ſortile. ex tuarũ. de cõſe. d. ij. ſcriptura. ⁊. lxxxvi. di. tãta. ipedit tñ promouẽdũ. xxxviij. di. petrus. facit ẽt o ari coadiutorẽ plato ſeculari. lxxxiij. di. epõrũ. vij. q. j. q: Regularis aũt platꝰ ꝓpter ſimplicitatẽ deponiẽ. xvij. q. j. ſi qua abb. Quedã vero eſt alia ſimplicitas q̃ eſt q̃dã ſingularitas ⁊ ruſticitas quã hñt vacãtes cõtẽplatiõi. ⁊ e hac dr̃ ꝙ ſibi ſoli ꝓdeſt ⁊ ex merito vite edificat. ⁊ de iſta etiã dr̃ qđ duȝ ſimplicitati
15 tm̃ ſtudeẽ diſciplina negligiẽ. j. q. i. factis. ¶ † Glo. figura iudicij. querit qđ ſi aliquod iſtorũ quatuor hic poſitorum deficiãt in forma cõmiſſionis vel verbũ ſimpliciter vel verbũ de plano ⁊ cetera An erit locus huic cõſtitutioni vr̃ qđ non q: tex. hic loquiẽ qñ copulatiue iſta quatuor inſerũtur. ſ. ſimpliciter ⁊ de plano ac ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij. Ad vitatẽ autẽ copulatiue requiritur concurſus oĩm copulatorũ. ff. de condi. inſti. l. ſi heredi plures. ⁊ de reſcrip. olim. ⁊. c. inter ceteras. ⁊ qđ ibi not. Ad qđ etiã facit ſcđm gl. q: conſtat qđ qñq̃ in commiſſione ſolũ ponitur verbũ de plano. Interdum poniẽ ſimpliciter ⁊ de plano Interduȝ abſq̃ ſtrepitu. Interduȝ ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij Interduȝ hec quatuor cõiunguntẽ. ſ. ſimpliciter ⁊ de plano ⁊ ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij. prout patȝ in iuribus alle. in gl. Interduȝ dicit ſine ſtrepitu aduocatorum. alle. de here. c. ſi. in pri. in. vi. Cuȝ ergo predicta põnuntur diuerſa. diuerſus debet eſſe effectus. ar. l. ſi idem. C. de codicillis. Quid ergo dicendũ. gl. cõcludit qđ ſatis videẽ dicẽduȝ qđ tunc demũ locuȝ hȝ hec cõſtitutio. qñ in forma cõmiſſionis copulatiue quatuor ꝑdicta ponuntur. ar. huius tex. in prin. ⁊ infra. §. pe. vbi repetit eadẽ verba ⁊ ⁊. de iudi. cle. diſpendioſam. ſecus ſi aliqđ predictorum deficiat. Moueẽ q: modus procedendi inductus p hanc cle. ſine dubio eſt a iure exorbitans. prout pȝ ex. c. j. de litis conteſta. ⁊. c. j. de libel. ob. cũ ibi no. ⁊ de offi. de. de cauſis. ⁊. ij. q. j. in ſumma. ⁊. c. j primus. ⁊ de proba. qñ cõtra. ergo per ꝯñs diſpoſitio huiuſ cle. nõ eſt habilitãda nec extendenda. de re. iur. que a iure. in. vi. cũ concor. hec vr̃ gl. dicere fore vera qñ deficit vltimum verbum ſi adſit ſolũ vltimuȝ. ſ. ſine figura iudicij. vel multo fortius ſi adſit cum alio dicit gl. qđ olim etiã ante cle. tenebaẽ qđ per id tollebãtur ſubſtancialia iudiciorum prout pȝ ex gl. ⁊ alle. in prima gl.

a ¶ Not. de ſignificatio iſtorũ. addẽ plene p bar. in extrauagã. ad repri.

b ¶ Not. illud vulgatũ. Adde bo. tex. i. l. ſi. C. de fideicõ. libe.

c ¶ No. q̃ iudex põt … tex. i. l. vbicũ ⁊ ibi bar. ſ. c. inter. ac.

d ¶ §. ſi quis ſimpliciter. Adde bar. in. d. l. j. l. ſ. col. ff. de vulga. ⁊ pu. ⁊ poſt bar. in. l. manifeſtiſſimi. C. de fur. gl. in. c. religioſus in ver. ſimpliciter de teſt. in. vi. Alexan. in cõſi. xxi. in. j. co. circa ſi. in. ij. vol. ⁊ alex. in cõſi. xxxvij. in. j. col. in. v. vol.

⁊ ex his que dicentur infra cũ glo. ⁊ mens in verbo non exigit ⁊ cum gl. facit ad hoc in verbo defenſiões legitime ⁊ idem ſub dubio forte dicit hodie dicendũ abſq; abſurditate ⁊ per hoc infert ꝙ forte in caſu decre. indẽnitatibus. §. ſi vero. de elec. li. vi. vbi mãdat̃ procedi ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij debebit locũ hec cõſtitutio etiã dato ꝙ caſus ille nõ ↄcludet̃ ſub decre. alle. de. diſpẽdioſa ⁊ dato etiã ꝙ ibi nõ ponant̃ copulatiue illa quatuor que ibi ponunt̃ veruntamẽ q: certũ eſt ꝙ caſus ille nõ includitur ſub cle. diſpendioſam. certũ eſt ꝙ in illo caſu hr̃et locũ hec cõſtitutio per. §. pe. ſ. eo. Cõcludit ergo gl. ꝙ ſolũ in alijs caſibus nõ incluſis ſub dicta conſtitutione diſpẽdioſam. ⁊ remanet dubiũ primo formatum nunquid vz deficiẽte ſeu ſuppreſſo aliquo illorũ quatuor locũ hẽat cõſtitutio iſta. qḋ dubiũ dicit gl. ſe ꝑcuraſſe declarari ſi adheſiſſet cõpilatorib⁹ tpe editionis hui⁹ cõſtitutiõis. ¶ Fatetur ꝙ licet ſit dubiũ an totalis mod⁹ ꝓcedendi tradit⁹ ꝑ hãc cle. habeat locũ aliquo dictorũ quatuor deficiẽte tñ certũ eſt aliqua q̃ hic dicũt̃ ſatis poſſunt adaptari alteri iſtorum verborũ prout patebit ex inferi⁹ dicendis. ⁊ ſic reſidet gl. cũ qua cõcordat Ste. Jo. de lig. hic dicit ꝙ ſi incipias a primis verbis ita ꝙ illa ponant̃ ſine vltimo vel omnia tria vel duo vel vnũ ex dictis tribus nõ habet locum cle. Si vero incipias ab vltimo ita ꝙ illud vltimum. ſ. ſine figura iudicij ſit propoſitum. ⁊ tunc ſiue ſolũ id ſit ſiue cũ alio. ⁊ multofortius debebit locum cle. q: hoc vltimum totũ operetur q: tollit ſubſtantialia iudiciorũ ex iure poſitiuo inducta. ⁊ ſic ꝑ cõſequẽs in eo includunt̃ oĩa ſignificata aliorum ſigillatim. ⁊ forte hoc idem voluit gl. licet ſub dubio forte vt patz ex ſuperius dictis. Ulterius q̃ro cũ glo. in

16 ver. ſed quid ſi iſta quatuor de quib⁹ hic ponit̃ in lr̃is cõmiſſionis ſed ſine copula. an debebit locũ cle. rñdet gl. ꝙ ſi dicat̃ ſimpliciter de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij. ⁊ ſic ſolũ inter pe. ⁊ vltimũ ponit̃ copula locũ debebit cle. q: copula viцio loco poſita intelligit̃ in ꝑcedentib⁹ repetita. ar. de ap. ſcḋo requiris. ⁊. ff. de heredi. inſti. l. cũ in teſtamẽto. §. j. Si vero penitus nulla copula ſit adiecta gl. adhuc dicit idẽ dicendũ. ar. l. triplici. ff. de verb. ſig. Ad hoc q: punct⁹ debetur loco copule. vt no. ꝑ glo. in. l. ſi duobus. §. in coeundo. ff. pro ſocio. ⁊. ff. ad. l. falci. l. precia rerũ ⁊ for

17 te hoc ſenſit gl. licet nõ expreſſit qḋ no. † Quid autẽ ſi diſiunctiue dicta verba ponant̃. vt q: mandat̃ procedi ſimpliciter vel de plano vel ſine ſtrepitu vel ſine figura iudicij. an debebit locuz cle. vr̃ ꝙ nõ a ſenſu cõtrario q: loquit̃ qñ copulatiue ponuntur di-

a cta verba. ⁊ ſic ſecus ſi diſiũctiue. Cõtrariũ tenet gl.ᵃ q: diſiũctiua ponit̃ pro cõiunctiua. ar. l. ſepe. ff. de ver. ſig. ⁊ ſic eadẽ eſt rõ. ergo idẽ ius. arg. de cõſti. tranſlato. dicit hec vera qñ ab hoĩe ꝓferunt̃ dicta verba diſiũctiue. Si vero fuiſſent prolata diſiunctiue ab iſta cõſtitutione. tũc dicit glo. ꝙ ſoluta fuiſſet qḋ in pel. formata q: fuiſſet tunc ſenſus ꝙ quodcũq; ꝑdictorũ apponeretur in cõmiſſione idẽ eſſet effect⁹. hoc põt ꝓcedere ſi iudex vellet procedere ſcḋm formã iudicij. ſecus ſi vellet digere ꝓcedere ſm alterũ dictorũ modorũ. videt̃ enim data electio per alternatiuã que nõ videt̃ data ꝑ copulatiuã ⁊ in dubio diſiunctiua. dz intelligi in ſui natura niſi mẽs diſponentis aliter ſe habeat. facit qḋ

18 dicit gl. in ver. nõ cõtradicẽtib⁹. ¶ † Glo. mãdam⁹. q̃rit an ali⁹ inferior a papa poſſit cõmittere cãm alicui in forma de qua hic

b dicit ꝙ nõᵇ etiã ſi ſit legatus de latere. alle. no. de here. c. ſi. l. vj. ⁊ ꝑ Guil. in Spe. ti. ij. §. ſupereſt. Ad hoc tex. qui dicit mandamus. ⁊ ſic loquitur ſolũ qñ papa mãdat. Jdẽ tenet hic zenze. q: alij inferiores a principe iuris bñficiũ auferre nõ poſſunt vt in regula indultũ de re. iur. in. vj. ⁊ in autẽ. de nup. §. ſi vero. col. iiij. Adducit ſimile. de le j. in. ſi. ff. quibus ap. nõ lz. vbi inferior

c a principe nõ põt cõmittere cãmᶜ cũ clauſula appellatiõe remo-

24 ta. Jdẽ tenet hic Ste. Sz aduerte. † q̃ro an ſit differẽtia. an cã cõmittat̃ ꝑ verbũ mando vel ꝑ vbũ ꝑcipio. ¶ Glo. ſingularis eſt ⁊ nõ alibi in. l. ſepe. de offi. ꝑſidis q̃ dicit ꝙ aliquã cõmittit̃ ꝑ

d verbũ mãdo. ⁊ tũc põt delegatus ſubdelegareᵈ ſec⁹ ſi ꝑ verbuz ꝑcipio. ⁊ ſic dicit ꝙ ſeruãt curiales dñi pape ⁊ dñi imperatoris. facit qḋ no. in. c. dudũ. xviij. q. ij. ⁊. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. ⁊ q:. ſed forte de iure nõ vr̃ verũ ꝑ no. in. l. j. §. j. ff. ꝙ iuſſu. ⁊ vide etiã Pau. in cle. ꝓcuratorẽ de ꝓcura. ⁊ Bar. in. l. fundi. §. itẽ ſi amicus. ff. de acqui. poſ. ¶ Gl. ſignificatiõe volut opponere ꝙ hec decreta. male ſit hic ſituata. q: debuit ſituari in ti. de iudi. cũ tractat de materia iudiciali. Soluit gl. ꝙ hic auctor decre. pricipaliter intẽdit tractare de ſignificatiõe certorũ verborũ de quib⁹ hic. ⁊ ideo merito fuit hoc titulo collocata. lz expoſitio cõgruat

19 materie iudiciali. Quõ autẽ duppliciter accipit̃ † verbũ tractat hic Guil. dicens ꝙ interdũ verbuz accipit̃ pro reuelatione mẽtis que alias niſi ꝑ verba vel equipollẽtia verborũ ſicut ſunt nutus ⁊ ſigna ſciri nõ põt. de ſpon. iuc. ſ. de ſen. excõ. cle. ſi ſumm⁹ Et iſto modo proprie ſignificat illud qḋ geritur in mente hoĩs Quãq; aũt hoc nomẽ vbũ augetur ⁊ ſignificat vt in ſacramẽto altaris. ſ. qñ vice dei ab eius miniſtro profertur. dum de hoc eſt

a ¶ Qñ diſiũctiua ponit̃. Addõ alex. in ↄſ. xxiij. in. iij. col. ad ſi. l. iij. vo. alex. i ↄſ. xxviij. in. ij. col. circa me. in. v. volu.

b ¶ Etiã ſi ſit legat⁹ adde fely. i. c. j. in. j. col. ver. legat⁹ non cõmittit de reſcrip.

c ¶ ... ſi cũ clauſula appellatiõe remota ... adde ... ab. ⁊ doc. maxime fely. in. j. ⁊ ij. col. in. d. c. j. de reſcrip.

d ¶ Sec⁹ ſi ꝑ verbuz ꝑcipio. Adde alc. in. l. j. in. ij. col. in ſi. ff. de leg. j. fely. l. c. nã cõcupiſcẽtiã in. ij. col. de cõſti. ⁊ fely. l. c. el tei. vj. ⁊. vij. co. ex de reſcrip.

e ¶ Conſiderato ꝙ gl. addõ gl. no. in. l. ſedilz. ff. de offi. preſi.

corpus meũ. alle. de ſacra. vnc. c. vnico. ⁊ ſimiliter in baptiſmo cũ dicitur. ego baptizo te. Jdẽ. j. q. j. detrahe verbũ ſimiliter in cõiuratione. vt qñ verba ſalutifera alicui infirmãti applicãtur vel ſimiliter ſup egros dicunt̃ qḋ eſt licituz ſine incantatione. tamen ſicut petras ⁊ herbas. xxvj. q. vlti. demonũ. Et ꝓpter hoc fuit inuentũ officiũ exorciſtarũ. xxiij. di. exorciſta. xxj. di. §. j. Et ideo dicit ꝙ licite interdũ ponunt̃ iſti verſus ſuper febricitãtes. ſ.

☞ Uulneribus q̃ſo protin⁹ me ſubtrahe xp̃e. Uulnera quinq; dei ſint medicina mei. Adde gl. in Rubrica. ff. de ver. ſig. vbi dicit qḋ ſtricte verbũ eſt ps orationis. vñ et nomen appellam⁹ q̃nq; verbũ. ff. de ver. ſig. l. nominis ⁊ rei. §. verbũ ex legibus. ¶ Gl. cupientes. q̃rit quare papa hanc declarationẽ fecit. Rñdet qḋ ad ipm̃ hoc ſpectabat interpretari ⁊ declarare cuz ⁊ ad euz ſpectet promulgare talia reſcripta vel iura. ar. de ſen. excõ. Iter alia cuz cõcor. ⁊ maxime q: ad hanc interpretationẽ nõ ſufficiſſent

c gl.ᶜ cõſiderato ꝙ glo. debent niti ꝓbabili rõne nullus autez potuiſſet bene ꝓbare. q: plus fuiſſet neceſſaria ꝓſtatio iuramenti vel in ſcriptis ferre ſniaz ꝙ cõteſtari ſitẽ. ⁊ iõ neceſſaria fuit declaratio ꝑ cõſtitutionẽ. Dr lz gl. in ſe ſatis bene dicat tamẽ vt videbitis ex inferioribus ſatis potuiſſet dari bona ⁊ perſuaſiua ratio ꝑdictoruz tñ vt declaratio ſit vniuerſalis ⁊ oẽs aſtrĩgat vtl hoc eſt declaratio ꝑ viã cõſtitutiõis. ar. no. in. l. j. ⁊. l. de nouo. C. de legi. ¶ Gl. due ſequẽtes ſunt lr̃ales ⁊ faciles. ſ. in verbo perpe

20 tuo. ⁊ in verbo ſancim⁹. ¶ † Gl. neceſſario. querit an in alijs caſibus in quib⁹ proceditur ordinarie ⁊ nõ ſimpliciter ⁊ de plano ⁊ ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij ſit libellus neceſſario offerendus vr̃ dicẽdum ꝙ ſic. ar. huius tex. a cõtrario ſenſu. nam ſi neceſſario nõ exigetur in caſibus iſtis in quibus extraordinarie ꝓcedit̃ ſcḋm formaz hui⁹ cle. ergo in alijs ordinarijs erit ſec⁹. ⁊ hoc tz Ber. Jnn. ⁊ Hoſt. in decre. j. de libel. obla. vbi dicũt predicti libelluz eſſe de ſubſtãtia iudiciorum. alle. prealle. decre. j. ⁊ auc. offeratur iiij. q. iij. alle. etiam Jnno. in auc. de tẽpore non ſolu. pecu. ſuper dote. §. cõſtitutione collatione. iiij. allegabat etiam Jnn. §. illud in auc. de exhiben. ⁊ introducẽdis reis col v. vbi dicebat expreſſum eſſe pro hac parte etiã facit auctẽ. offerat̃ que dicit libelluz eſſe offerendũ. offerri autẽ proprie dr̃ nõ petenti. ff. de leg. iij. l. ſi cle cõmiſſa. §. ſi rẽ de reſti. ſpo. literas circa ſi. de app. interpoſita in prin. ⁊ cetera Nec ob. huic opi. c. ſi quis cum clerico. xj. q. j. q: prout ibi no. eſt ibi ſpeciale in. c. illo. Jtẽ nõ ob. decre. ꝑut de dolo ⁊ contu. q: prout ibi no. ſcḋm veruz intellectũ fuit libellus oblatus ⁊ lis cõteſtata. Et hec fuit vna opi. Tan. Uin. ⁊ Phi. qui dixerunt ꝙ de iure canonico in iuſtinũcte libelluſ non erat neceſſario offerendus. mouebatur per prealle. c. ſi quis cuz clerico. ⁊ per dictã decre. prout Guil. in ſpe. de libel. cõcep. §. veruz libellus recitat opi. ⁊ nil approbat. Tertia fuit opi. accur. in auten. offeratur. C. de litis cõteſta. ſ. ꝙ tacite poſſit omitti. ſed non expreſſe remitti ad inſtar eius quod dicimus de iuramẽto calumnie. l. ij. §. ſed q: veremur. C. de iura. ca. Quarta fuit opi. eiuſdẽ Accur. in. §. illud ſeu in. §. ſe. vltra mediuz magne gl. in autẽ. de exhibẽ. reis. col. v. vbi tenet ꝙ nedum tacite poſſet omitti lz et expſſe remitti. Quinta fuit opi. Martini ſilimani doc. in legibus. Joã. an. qui in effectu dicit ꝙ põt remitti. ſed non omitti. alle. ad ſcḋm. C. de ſen. l. platam. C. de epi. ⁊ cle. autẽ. generaliter in ſi. C. de primile. do. l. quotiens in ſi. li. xij. per hoc inferebat qḋ ſi libellus non petitur nec offertur vel etiã petitur ſed non offertur ꝙ nõ tenet iudiciũ q: hic nulla eſt remiſſio. Si vero petitur ⁊ offertur vel ecõtra nõ petit̃ ſed offertur. tenet iudiciuz. Si vero offertur. ſed nõ petit̃ nec etiã recipitur tenebit ꝓceſſus q̃uis re⁹ renũciet ⁊ omittet oblationẽ qḋ facere põt. q: quilibet põt renunciare fauori ſuo ⁊ iuri pro ſe introducto. C. de pac. l. ſi quis in conſcribẽdo. hec enim oblatio libelli videt̃ fuiſſe inuenta fauore rei. igitur ⁊ cetera Ad hoc q: inuito nõ cõfert̃ beneficium. ff. de re. iur. l. inuito. Jtẽ q: ſatis expſſe vr̃ renunciare nõ recipiẽdo oblatũ. Sexta fuit opi. aliorũ dicẽtiũ ꝙ renũciari põt ne libellus tradat̃ in ſcriptis ⁊ etiã tacite remitti. ſed ꝙ libellus nullo mõ tradat̃ nõ põt renunciari nec expſſe nec tacite ar. l. fund⁹ ff. cõi. diui. ⁊ decre. lz Hdci. de ſimo. cuz ſi. Que aũt dictaruz opinionuz eſt vera. ¶ Gl. vr̃ inclinare in iſtaz vltimã hic ſimiliter in. d. ca. j. de libel. obla. Unde concludit ꝙ neceſſe eſt qḋ petitio actoris appareat in actis non tamẽ eſt neceſſe qḋ ſit oblata per modum ſolẽnis libelli ſed ſufficit ꝙ verbo ſit facta per modum poſtea appareat redacta in ſcriptis apud acta ⁊ ſup ea lis conteſtata. nã tenebit tunc ꝓceſſus. Rõ q: tũc ſatis eſt ꝑmiſſum menti iuris volẽtis libellũ offerri pz q: tũc ceſſant oẽs rõnes ꝑ quas a iure fuit ſtatutũ libellum offerri. de quibus. j. dicetur. e. §. veruz hec ꝓcedunt qñ pars nõ petit libellũ offerri. pte vero petẽte dz libellus offerri ꝑ dictã autẽ. offerat̃. cũ ſi. quia ſi nõ offerat̃ proceſſus ſit nullus. qḋ vr̃ verũ ſi nullaten⁹ offeratur ſed ſi offeratur ⁊ nõ recipit̃ tunc vr̃ valere ꝓceſſus dũmõ de petitiõe appareat per modũ poſte. ar. eius qḋ dixi poſt mar. de fano. Sed

aduerte

aduerte cõtra iſtã opi.fortiter op.glo.de hac cle.nã hic videt̃ di ci q̄ ſpeciale ſit in iſtis cauſis in quibus procedit̃ ſcd̃m formam cle. q̄ nõ ſit neceſſe libellũ offerri ſed ſufficit petitionẽ apud acta fieri per modũ poſte. ergo in alijs cauſis videt̃. dicendũ q̄ libel lus neceſſario ſit offerendus. So. hic gl. q̄ hec cle. nõ habet ob. predicte opi. imo potius illã cõfirmat ſaltẽ quatenus fuit dictũ petitionẽ p modũ poſte. fore neceſſariã qꝛ ſi in iſtis cauſis hoc eſt fortius in alijs incõtrũ vero hic videt̃ innui q̄ hic ſit ſpeciale

21 q̄ libellus nõ ſit offerendus ⁊ ſic ſecus in alijs. ¶ † Gl. reſpõdet q̄ eſt ſpeciale in iſtis cauſis q̄ etiã parte petẽte nõ ſit neceſſario libellus offerẽdus. In alijs aũt eſt ſecus qꝛ parte petente dꝫ ſibi offerri. vt eſt dictũ ⁊ ſic dꝫ intelligi hec cle. Qđ autẽ dicit̃ eſt libel lũ eſſe neceſſario offerendũ petẽti. In alijs cauſis dicit gl. pce dere regulariter. Fallit in caſibus in quib⁹ eſt ſpãle vt ſine libel lo pcedatur de quibus in pealle. decre. j. de libel. ob. per. Hoſt. ⁊ per Accur. in autẽ. de exhi. reis. §. illud. in glo. magna col. v. ⁊

a plenius per Spe. in ti. de libel. cõcep. §. nũc dicendũ. ª ¶ No. bene ſingularẽ glo. que ponit an ⁊ quãdo libellus ſit de ſubſtan tia an teneat iudicium ſi non ſit oblatus an aũt in oĩbus caſib⁹ in quibus procedi põt ſine libello procedi poſſit ſcd̃m formã hu ius cle. dicit glo. q̄ non qꝛ hoc nõ eſt de iure cautũ ⁊ pꝫ etiã per multa exẽpla poſita in locis p̃alle. in quib⁹ vt hic dicit Guil. de mõte lau. nõ exigit̃ libellus tñ exigit̃ litis cõteſtatio vt no. ſpe. in loco p̃alle. In cõtrariũ facit ſcđꝫ Guil. p̃dictũ qꝛ ſi qđ eſt fun damentũ iudicij põt omitti. multomagis litis cõteſtatio ⁊ alia ſubſtãtialia iudicij. Guil. hic cõcludit hoc arbitrariũ ⁊ arbitrio iudicis relinquẽdũ. ⁊ hoc etiã ſatis fuit de mẽte gl. Credo tñ q̄ nõ debebit arbitrari qđ pcedi debeat ſm hãc cle. ex hoc ſolo q̄ reperiat q̄ nõ ſit libelli oblatio neceſſaria. ⁊ hoc voluit dicere gl. Itẽ aduertendũ q̄ inter ceteros caſus in q̄bus nõ exigit̃ libell⁹ eſt qñ ep̃s cognoſcit de cã ciuili inter ſubditos clericos. xj. q. j. ſi q̄s cũ clerico. ⁊ in autẽ. vt clerici apud ꝓprios ep̃os in prin. col. vij. qđ intelligit ſpe. in minorib⁹ ⁊ puis cãis in. d. c. nunc videndũ ſcd̃m Guil. ⁊ Mat. qui ẽt dicit q̄ cũ procedit̃ vigore lr̃arũ ſedis apoſtolice litere habent̃ loco libelli hoc videtur verum quando proceditur ſcd̃m formam clemen. facit quod no. Innocẽ. ĩ. de elec. dudũ. ij. in verbo cõteſtationẽ. ſecus ſi ordinarie p no. In no. ⁊ Io. an. poſt eũ. de dila. p̃terea circa prin. Iuxta p̃dicta re uocat hic in dubiũ Guil. nunquid in alijs cauſis q̃ hic declara tis poterit iudex pcedere de conſenſu partiũ ſcd̃m formã hui⁹ cle. dicit q̄ non. qꝛ ordo iudiciorum eſt introductus ꝓpter pu blicã vtilitatẽ cui partes nõ pñt renunciare. alle. no. de offi. ode. de cauſis. hec vera qñ in oĩbus actibus ⁊ in toto pceſſu vellet iudex procedere dicta forma. i. partialib⁹ aũt ſeu particularib⁹ actibus. puta pductioni teſtium ⁊ inſtrumentorum poſitioni. bus ⁊ articulis poterant ptes renunciare. hec etiã dicit vera qñ vt iudex procedere haberet. ſi vero partes conſentirent vt pro cedat vt arbitrator tũc hoc põt facere ⁊ tunc omitti ſolẽnitates iuris. alle. de p̃ſum. lr̃as. de arbi. cum tpe. in autẽ. vt differentes iudices. §. ſi vero contigerit. ⁊ hoc fuit dictũ Inno. licet non al le. in. c. de cauſis de offi. ode. ⁊ no. per glo. de re iudi. in. vj. c. fin.

22 Cum guil. Concordat zen. qui querit † nunquid ſolẽnitates iu diciorꝫ poſſint omitti virtute cõſuetudinis ⁊ legis municipalis ⁊ dicit q̄ ſic. alle. de eo qui mit. in poſ. c. cũ veniſſent. ¶ Gl. non exigit. q̃rit an ſponte poſſit offerri ⁊ recipi libellus in iſtis cau ſis in quibus procedit̃ ſcd̃m formã cle. Rñdet gl. q̄ ſic ⁊ hoc vo luit litera hic dũ dicit neceſſario nõ exigat qꝛ mens litere eſt q̄ iudex nõ hꝫ exigere nec etiã actor neceſſario offerre ⁊ ſic non in tendit prohibere quo minus ſponte poſſit offerri ⁊ recipi. hoc etiã pbatur apte in fine huius decre. Idẽ tꝫ hic zen. dicens q̄ ſi iudex vult ordinem ſeruare de voluntate ptiũ. põt. vnius autẽ ptis volũtas nõ ſufficeret vt dicet̃. j. eo. §. ſi. ⁊ facit de reſcrip. ſta tutũ. §. in nullo. Iuxta hoc q̃rit gl. quare p iſta v̱ba ſimpliciter ⁊ de plano ⁊ ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij intelligat̃ remiſſa ne ceſſitas oblatiõis libelli ⁊ conte. litis. Rñdet gl. qꝛ p formã pre dictã tollitur figura iudicij ⁊ cetera. Quod aũt ſint de figura iu dicij pꝫ qꝛ forma cuiuſcũq; rei eſt ipſius apparens forma ⁊ fa cies in quo rei ſubſtãtia figit̃. ff. de ac. ⁊ ob. l. non figura. facit de ede. mũ. cũ marte. §. ex eo. Iudiciũ aũt eſt actus triũ pſonarũ vꝫ iudicis actoris ⁊ rei. ĩ. e. ti. c. forus. facit. l. j. in fin. C. de aſſer. tol. Cuius ſubſtãtia pĩcipaliter cõſiſtit ⁊ figitur in predictis qđ apparet qꝛ altero predictorũ deficiente nõ dicit̃ ꝓprie tunc ad eſſe figura iudicij ſed quaſi figura. vt patꝫ in. l. vnica. §. ſimiliq; modo. C. de lati. liber. tol. vbi ex eo qꝛ ſolum erant due perſone ſ. iudicis ⁊ dñi nolantis ſeruum filiũ nõ erat proprie figura iu dicij ſed quaſi figura. Ex p̃dictis concludit gl. q̄ ſublata figura iudiciorꝫ per cõmiſſionẽ ſuperioris vel p cõteſtationem nõ vr̃ iudex oĩno eſſe aſtrict⁹ ad aliquas formas vel figuras iudicio rũ niſi inquantũ hic exprimit̃. Aduertendũ tñ qꝛ vt dicit glo. hic expſſe in tex. pl⁹ reſpiciunt figurã facti negocij vel cauſe q̃ iu dicij figuram vt inferius dicetur. ⁊ ideo merito p dictam formã non tolluntur ea que ſunt mere de figura iudicij. hec procedunt qñ pcedit mãdatũ ſm formã cle. Quid autem ſi mãdat̃ pcedi de plano non adiectis alijs verbis an intelligitur remitti libel li oblatio p dictũ verbũ de plano. quidã dixerunt q̄ ſic. alle. C. de naufrag. ſub diuerſis manib⁹. li. xj. Alij tenẽt zẽtrum. de quo gl. remittit ad no. in. l. leuia. ff. de accu. ⁊. ff. de offi. pcon. l. nec q̄ q̃. §. vbi decretũ. ⁊ per Io. fazioli in tractatu ſuo. de quo glo. fa cit mentionem. j. ſtatim in ver. non poſtulet. que eſt glo. ij. poſt iſtam. nam vt ibi dicit glo. Io. fazioli fuit piſanus legũ doctor ⁊ cõpoſuit quẽdam tractatũ de ſummaria cognitione ⁊ ipſum poſuit Spe. in ti. de offi. iudi. §. j. alias ſi. ⁊ ibi inter alia tractat an in ſummarijs requirat̃ libell⁹ vel litis cõteſtatio. de quo in p̃al. §. ver. v. ⁊ ver. ſe. Quid importet̃ per iſtã dictionem de plano ⁊ etiã p dictionẽ ſummarie alijs verbis adiectis dicam poſt gloſ.

24 ¶ † Glo. litis cõteſtatio. q̃rit ad lr̃e declarationẽ certũ eſt q̄ pe titio in caſu iſto eſt ſcribenda in actis prout hic dr̃. ⁊ ſupius eſt dictũ cũ alia glo. Itẽ certũ eſt in alijs iudicijs ordinarijs q̄ deli beratorie ſunt de ſubſtãtia ſi petant̃ put no. ij. q. j. in ſumma. iij. q. iij. cum accuſatus. ⁊ eſt glo. Io. xvij. q. iiij. vxor. felicis. lꝫ gloſ. hic nõ alle. ⁊ pbat̃ in. d. auc. auferat̃ canonizata. iij. q. iij. ⁊ ſic dꝫ intelligi dictũ Hoſti. ⁊ Inno. de libel. obla. c. j. put ibi no. ſuper glo. per Io. an. vbi dicũt deliberatorias poſſe artari lꝫ non pe nitus denegari. intellige ſi petãtur: lꝫ expreſſe ⁊ tacite poſſet illis renunciari. alle. l. j. ff. de ferijs. C. de epi. ⁊ cleri. autẽ. generaliter. de quo etiã de dilatio. in. c. j. ⁊. ij. Sed quid erit in iſtis iudicijs extraordinarijs in quibus pceditur ſm formã cle. nunquid de bebunt dari reo alique deliberatorie ſaltẽ ſi petat dr̃ q̄ nõ quia ex quo in iſtis caſibus nõ eſt neceſſaria conteſtatio non vr̃ etiam neceſſaria deliberatio. ad hoc etiã allegat glo. qꝛ videmus in ſi mili q̄ interdũ in his q̄ requirunt ſummariã cognitionẽ ſimul petitur ⁊ iuratur. ff. de eden. l. quedam. §. fin. In zẽtrum allegat glo. q̄ in his caſibus exigitur etiã iuramentũ de calũnia. Item poteſt reus reconuenire actorẽ vt hic pꝫ ſed indeliberatus q̄s nõ põt cõgrue iurare nec recõuenire. ergo adhuc cogi nõ debet niſi prius habitis deliberatorijs petitis. ſecũdo ad hoc facit qꝛ per hãc formã non tollitur recuſatio iudicis. qđ pꝫ qꝛ hic reſer uãtur exceptiones ⁊ defenſiões legitime. ergo vt circa hoc poſ ſit deliberare debet hr̃e deliberatorias. hoc cõfirmat glo. qꝛ ab ſurdius ⁊ iniquius eſſet hũc iudicẽ q̄ haberet pcedere ſm hãc formã non poſſe recuſari ſi eſſet ſuſpectus q̃ illum q̄ procedit in figura iudicij qꝛ iſte plus poſſet ledere. ergo per zñs ſaltem ſup hoc dꝫ hr̃e dilatorias ⁊ permitti deliberari nec artari ſuſcipere iudiciũ tã p̃cipiti feſtinantõe. ar. l. tutor qui repertoriũ. §. j. in ſi. ff. de admi. tu. ⁊. ff. de iure fiſ. l. edicto. §. cũ autẽ. ⁊ ſic reſidet gl. per qđ videt̃ inclinare q̄ ẽt in caſib⁹ iſtis deliberatorie ſint dãde. ⁊ ſint de ſubſtantia ſi petant̃. ⁊ hoc dicit hic Ste. eſſe verius ⁊ ita dicit ſeruare curiã. nec ob. ſcd̃m eũ. l. quedã. qꝛ non loquitur de iuramẽto calumnie ſed de iuramẽto ne calumnioſe petatur edi tio. prout ibi no. glo. ⁊ hoc credo verum. Credo tñ q̄ breuiores deliberatorias dare poterit quã conſueuerunt dare iudices or dinarij. Et no. bonã gl. per quã habes an ⁊ quãdo deliberato rie ſint de ſubſtãtia ſiue loquamur de ordinarijs iudicijs ſiue de alijs. Sed querit hic Mat. quid ſi in libello fiat ſola narratio ⁊ nulla fiet cõcluſio an fiet litis cõteſtatio per rñſionẽ. dicit q̄ ſic. alle. no. per Inn. de li. conteſt. c. vno. ſed nunq̄d ſequi poterit cõ demnatio dicit q̄ ſic alle. no. per Arch. ij. q. j. notũ. ⁊. c. in p̃mis hec maxime pcedũt quãdo narratio fit corã papa ꝑnt loquun iura p̃alle. alle. de conſti. cũ veniſſent. ſcd̃m Mat. ¶ Glo. nõ po

25 ſtulet literalis eſt ⁊ fuit. ĩ. expedita. ¶ † Gl. feriarũ q̃rit an iſtõ q̄ poſſit pcedi tpe feriarũ inductarũ ob neceſſitates hoĩm ope retur verbũ de plano ſi tãtummõ in literis cõmiſſiõis id ſit ap poſitũ ſine alijs. Rñdet gl. ſub dubio forte q̄ ſic qꝛ de plano idẽ vr̃ dicere. ac ſi diceret̃ q̄ plane in domo ⁊ etiã non ſedẽdo ꝓ tri bunali poſſit cã expediri. ⁊ p conſequẽs etiã tali tpe feriato. alle. ff. de ferijs. l. ij. ⁊. ff. de adul. l. miles. §. ſexaginta. cõcor. cũ gl. hic Ste. de ſignificato hui⁹ dictionis de plano dicã latius poſt glo. ¶ Glo. ob neceſſitates. in prin. declarat q̄ ſint iſte ferie inducte

c ob neceſſitates hoĩm qꝛ ferie meſſium ⁊ vindemiarũ. ᶜ Dein de querit an talibus ferijs poſſit renunciari per partes. dicit q̄ ſic. alle. de ferijs. c. ſi. in ſi. Eis aũt inuitis procedere non põt iu dex adeo qđ ſi procedat ſñia lata pte inuita vel abſente eſt ipſo iure nulla preter appellationẽ aliquã. alle. l. j. ff. de ferijs. qđ dicit eſſe verum in alijs cauſis q̃ in iſtis de quibus hic dicit̃: quia in eis etiã inuitis partibus iudex põt procedere tẽpore harũ feria rũ vt hic pꝫ. Iuxta predicta q̃rit hic gl. an iudex in cauſis iſtis poterit procedere tẽpore feriarum inductarum in honorẽ dei ⁊ ſanctorum. Reſpondet q̄ non. ⁊ hoc voluit iſte tex. a contra rio ſenſu. per hoc infert glo. ad nota. xv. queſtio. iiij. in ſumma. ⁊ per Guil. in ſpe. de ferijs. §. ſi. ad fin. nunquid pcedꝫ in cauſis

a ¶ No. hũ ſin gularẽ glo. que ponit. In q̄b⁹ nõ caſib⁹ libel lus ſit neceſſari⁹ ⁊ in q̄bus non. vide late p An ge. in. §. triph. j. v̱ſi. libello. ⁊ ibi Iaſ. inſti. de act.

b ¶ Nunq̄d in alijs cauſis Ad de alex. l. j. ſi cõ uenerit. j. añpe. col. ff. de re iud. fel. i. c. ij. de of. iudi. q̄d autẽ in ſñia excõicatio nis an valeat ſi ſeruato ordine iudiciario vide Panor. j. t. ab excõicato. in. ij. co. circa ſi. de re ſcri. q̄d autẽ in vicarijs villarũ an teneant̃ ſua re ordinẽ iudi ciariũ. vid bal. ⁊ ſaly. in auten. niſi breuiores. C. de ſenten. ex peric. reci. alex. in cõſ. vij. inci. viſo pceſſu. in. ij. vo. in pe. col.

c ¶ Deinde q̃ rit an talib⁹ fe rijs. Adõ q̄ ple ne no. p. d. iaſ. l. j. in. iiij. nota bili. ff. de ferijs.

matrimonialibus beneficialib⁹ vſurarũ ⁊ decimarũ poſſit pce
di tpe feriarũ inductarũ in honorẽ dei.qꝛ videt ꝙ non per pdi
cta licet procedi poſſit tpe feriarũ inductarũ ob neceſſitatẽ ho
minũ.qꝺ pꝫ in talib⁹ caſibus põt pcedi ſimpliciter ⁊ de plano
ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij.vt pbaẽ in cle.diſpẽdioſaꝫ.de iudi.
⁊ ſic pbanẽ pdicta iuncta dicta decre.cũ iſta. ¶ Ulteri⁹ querit
gl.quid de ferijs repentinis q̃ inducunẽ repente propter princi
pis coronationẽ.vel victoriã proſpere geſtam.vel propter aliaꝫ
a ſimilem cãm a de quibus habetur in.l.ſed ſi per ptorẽ §.ſi ferie
ff.ex qui.cau.ma.⁊.C.de dila.ſine pars.⁊.C.de ferijs.l.j.in ſi.an
tẽpore iſtarũ feriarũ poterit procedere iudex in cauſis de qui
bus hic loquitur. Reſpondet gl. ꝙ nõ .mouetur qꝛ hic pmittit
tali tpe procedi ergo intelligiẽ phibitũ ar.de pſum.nonne.⁊ de
cre.ſi.de trãſla.prela.ad hoc etiã allegat qꝛ tales ferie a ſolo prin
cipe inducuntur nec poſſunt induci ab inferiore.C.de ferijs.l.a
nullo ergo inducte ſeruabunẽ prout ab eo indiſtincte inducun
tur hoc vltimo cõfirmat glo.qꝛ talibus ferijs nõ poteſt renũcia
ri ſcðm verã opi.de qua in ſpe.de ferijs.§.ſi.in pri.ergo eodem
mõ tali tpe nõ poterit etiã in cauſis iſtis.pro hoc facit qꝛ tales
ferie nõ ſunt inducte in fauorẽ hoim ſed in pncipis reuerẽtiaꝫ.
26 ¶ † No.bonã.gl.ex qua habes triplicẽ ſpẽm feriarũ ⁊ quibus
ferijs poſſit renũciari ⁊ in quib⁹ cauſis pcedi. ¶ Gl.a iure.op.
ꝙ ob neceſſitates hoim nõ ſunt inducte a iure imo induci de
beãt per pſidẽ ſeu iudicẽ loci inſpecta varietate locorũ.ff.de fe.l.
pſides.Soluit a iure eſt ſtatutũ ꝙ iducanẽ ferie ob neceſſitates
hominũ ita itelligiẽ hic:ſꝫ tps nõ eſt determinatũ in iure ex eo
qꝛ ſm diuerſitatẽ locorũ expedit illas qñqꝫ citi⁹ induci.qñqꝫ tar
dius vt in Tuſcia vbi fiũt videmie poſt feſtũ ſancti Michae
lis.⁊ ſic in ſi.ſeptẽbris.⁊ ideo miniſterio pſidẽtis vel iudicantis
inducunẽ cui⁹ erit arbitrari dictũ tps qñ ſit congruũ ita cõdu
27 dit. ¶ Glo.valeat querit nunquid iudex cogatur in cauſis de
quibus hic procedere tempore feriato ob neceſſitates hominũ
ſcðm formã huius cle.dicit ꝙ nõ ſed poteſt ſi vult ⁊ hoc vo
luit litera hic inquantũ dicit ꝙ valeat ſeu poſſit procedi iſta for
ma quaſi ſit mẽs ꝙ nõ per hoc cogiẽ qꝛ nõ quicquid iudicis po
teſtati cõmittiẽ id iuris neceſſitati ſubijciẽ.ff.de iudi.l.nõ quic
quid.⁊.ff.de offi.pſi.l.ſepe.⁊ de offi.dele. conſuluit. ⁊ per hoc
infert glo.⁊ dat conſilium ꝙ ſi viderit aliquam partium ledi
breuiter ex tali pceſſu tali tpe fiendo ꝙ debebit ſupſedere cum
hoc facere poſſit vt eſt dictum ⁊ qꝛ iudex hꝫ prouidere vtilitati
ei⁹ ⁊ ptiũ.alle.vt lie.nõ cõte.⁊ accedens.ij. de reſcrip.ſtatutũ.§.
in ſuper.in.vi.cũ ſi.alle.in gl.ad hoc qꝺ no.in Spec.de arbi.in
ſi.ver.ſed nunqd tũc ſedere.vbi dicit Spe.ꝙ arbiter in cui⁹ cõ
promiſſo renũciatũ eſt huiuſmodi ferijs nõ teneẽ tali tpe pcede
28 re ſi nõ vult. ¶ † Gl.amputet.op.ꝙ in eo ꝙ hic dr̃ nõ ſit ſpãle
in his cauſis de quib⁹ hic.nã idẽ eſt ẽt in alijs qꝛ iudex dꝫ ampu
tare materiã dilationũ ⁊ facere litẽ breuiorẽ ꝙ͂ poteſt.C.de di
la.l.i.⁊.l.pperandũ.in prin.⁊.§.i.de iudi.facit de do.⁊ cõtu.fi
nẽ litibus.Soluit ꝙ ſpãle eſt in iſtis cãis ⁊ fortius poterit hoc
facere in iſtis.cãis ꝙ͂ in alijs. Fateẽ tñ ꝙ ẽt in alijs facere pote
rit que hic dicunẽ ab iſto ver.vſqꝫ ad ver.nõ ſic.ſed fortius face
re poterit i iſtis.⁊ in hoc eſt ſpãlitas.iudi⁹ dic vt colligiẽ ex no.
i ſpe.de offi.iudi.§.ſi.ver.tñ.alias.viij.⁊c. ¶ Gl. poterit.op.ꝙ
imo nõ poterit facere litẽ breuiorẽ in tanto in quãto poterit.
vt.ſ.e.ver.nõ ſic.Soluit ꝙ illud dr̃ iudex poſſe qꝺ honeſte põt
xxij.q.ij.faciat homo.⁊.ff.de cõdi.inſti.fili⁹ ⁊.l.nepos.ff de ver.
ſig.⁊ ideo ſi põt litẽ facere breuiorẽ ſed nõ honeſte pꝑter partis
pniudiciuꝫ nõ dicitur poſſe.⁊ ſic intelligi debet iſte tex.⁊c. ¶ Gl.
exceptiones.q̃rit an iſtud qꝺ hic dicitur de exceptionibus fru
ſtratorijs repellendis ⁊ alia que ſequunẽ vſqꝫ ad verſi.non ſic.
tollerenẽ p verbũ abſqꝫ ſtrepitu ſi id ſolũ eſſet in literis commiſ
ſionis appoſitum. Reſpondet ꝙ ſic. Mouetur qꝛ talia ſemper
multũ clamorẽ ⁊ tumultũ ſolẽt obſtrepere ſeu ſtrepitũ facere ⁊
prebere obſtaculũ veritati habende vt patet experiẽtia ⁊ pba
tur.v.q.iiij.in loco benedictionis.vbi dicit canon ꝙ cultũ ſuuꝫ
iuſtitia perdit quãdo ſilentio iudici ob ſtrepitũ turba pfundit.
Ad hoc.l.ſi quis in ſuo.C.de inoffi.te.⁊ de ſindico.c.vno.cum
alijs ſi.allegatis in gl. ¶ Glo.dilationes querit ad litere decla
rationẽ nunquid iudex datus ſecundũ formã huius cle.poterit
repellere exceptionẽ ſurreptiõis oppoſitã cõtra reſcriptuꝫ vel ex
ceptionẽ recuſationis cõtra iudicẽ vel exceptionẽ dilatoriã ſo
lutionis vel ſimiles. Reſpondet ꝙ nõ.ponderãda eſt enĩ litera
que dicit ꝙ repellere exceptiones appellatiões ⁊ dilatiões fru
ſtratorias nõ autẽ dicit ꝙ põt repellere dilatorias exceptiões ⁊
ſic intentus ⁊ mẽs litere eſt ꝙ ſolũ poſſit repellere exceptiones
fruſtratorias ⁊ oppoſitas malitioſe ad differẽdũ iudiciũ. ⁊ nõ
alias legitimas. Juxta hoc q̃rit gl.q̃ eſt iſta exceptio vel appel
latio qua intendit hec cle.repellere p hec verba.nã p eã nõ eſt di
cendũ ꝙ iudex datus ſcðm hãc formã poſſet repellere exceptio
nẽ vel appellationẽ quam alius iudex deberet admittere. Re
ſpondet glo.ꝙ hoc nõ clare hic aperiẽ ⁊ ideo in hoc nõ petit do
cert Guil.dicit ꝙ hic ſolum intendit repellere exceptiones fru
ſtratorias que decerenẽ ſcðm eũ ſi exceptio recuſationis propo
niẽ cõtra iudicẽ ex eo qꝛ aduocat⁹ alterius ptis eſt familiaris iu
dicis.alle.de offi.iudi.c.j.vel ſi opponaẽ exceptio excommunica
tionis.cõtra eũ qui ſe defendit vel appellationẽ pſequiẽ vel pe
tit ſe abſolui.alle.de excep.cuꝫ inter.⁊.c.dilecti.⁊.ca.ſignificaue
runt.⁊ generaliter vbicũqꝫ lex repellit exceptiones vel iudici vi
ſuꝫ ſit ꝙ cã ſubterfugij pponaẽ. repellit iudex tales exceptiões
ſcðm Guil.p hoc nõ bene apparet riſum ad queſitum gl.ideo
põt dici ꝙ ſoluꝫ debeat iudex datus ſcðm formã iſtaꝫ repellere
exceptiones quas alius põt ſed potius quas ille facit qꝺ dictuꝫ
fuit cum glo.in verbo amputet.⁊ qꝺ in ſimili dicit gl.infra.pro.
in ver.multitudinẽ.vel dic ꝙ excludit exceptiones requirentes
altiorẽ indaginẽ que in alio iudicio poſſunt reſeruari vt infra
dicã poſt gl.vel dic ꝙ excludit exceptiones oẽs ſi iudex ſuſpica
bitur de malicia qꝛ nõ retractabiẽ proceſſus etiã ſi oblata fue
rit probatio niſi veritas probetur.ar.no.p Jnno.de cõceſ.pbẽ.
poſt electionẽ.ſecus in alijs cauſis.de app.interpoſita.vel dic ꝙ
excludit exceptiões que magis fruſtranẽ ⁊ differũt iudiciuꝫ ſeu
proceſſuꝫ ꝙ͂ reſpiciũt veritatẽ qꝛ illa nõ ſunt de iure naturali im
mo repugnãt. Exẽpluꝫ poni põt forte in exceptiõe nõ potes eſ
ſe procurator qꝛ miles vel femina.ar.eius qꝺ no. Bar.in extra
nagã.ad repri.in verbo ſine figura iudicij.facit qꝺ not.ſ.dicam
poſt gl.facit.l.fideiuſſor.§.quedã.ff.mãda. Juxta predicta que
ritur quis iudicabit cãm iſtã in appellatiõe.appellans nõ quia
iudicaret quantumcũqꝫ iuſtã.⁊ ſimiliter nec appellatus qꝛ iudi
caret quantumcũqꝫ iniuſtã.dicit hic Mat.ꝙ appellãs hoc iu
dicabit ꝙ͂tum ad reprimendã.iudex a quo ad deferenduꝫ.quia
habet videre ſine cauſe cognitiõe an ſit iuſta vel iniuſta vt ſic de
ferat ⁊ cognoſcat hoc extra formã ſeu figurã iudicij.ſubaudi ⁊
iudex appellationis quo ad appellationẽ recipiendã.ff.de ap
pel.reci.l.ſciendũ.fa.qꝺ no.in cle.ſi ante de do.⁊ contu. Quo
modo autẽ poſſet eſſe notuꝫ iudici ꝙ ſit deferendũ appellationi
vel nõ deferẽduꝫ dicit ꝙ poterit cõſtare non p cãe cognitionẽ qꝛ
illa nõ dꝫ facere ſed p euidẽtiã facti ſup quo eſt iudicatuꝫ vel ex
eo qꝺ appellatio illa inhibeẽ a iure in caſu illo.vel qꝛ in appel
latiõe ante ſniaꝫ cã nõ expſſa vel minus legitima.de quo p Jn
no.ſ.de appel.paſtoralis.§.preterea.⁊ per Archi.de appel.ſi a
29 iudice in.vi. ¶ † Gl.integra.alle.cõcor.Sꝫ q̃rit hic Mat. quot
requiranẽ in aduocato. Rñdet quatuor.ſ.pſona.cã.modus.⁊ ſa
amputet iudex dilationū materiā ⁊ litē quātū poterit faciet bre
uiorē.dic dilationes.ſ.neceſſarias fore dādas.qḋ pꝫ qꝛ talis iu
dex debet recipere ꝓbationes vt hic pꝫ.ergo per cōſequens dꝫ
dare dilatiōes qꝛ probatiōes ſiūt in tpe.C.de dila.l.j.iij.q.iij.of
feratur.Itē probationes ſiūt etiā qñqꝫ ſine dilatione.ff.de que
ſtio.l.vnius.§.cogniturum.⁊.ff.de adul.l.in crimine. ⁊ ideo eſt
equū certā dilationē dari cū abbreuiāde litis.nō tñ dꝫ eē nimis
breuis vt hic dr̄.⁊ hoc cōgruit naturali equitati qꝛ nimis abbre
uiādo auferṫ actori ius q̄ſitū ⁊ reat⁹ defenſio que ſurgit ex equi
tate naturali.ff.de iuſti.⁊ iu.l.vt.vi.⁊ clemē.paſtoralis.de re iu.
Iuxta predicta qͣrit ad quid dabit̄ dilatio.Tex.hic dicit ꝙ pri
mo dabiṫ termin⁹ ad faciēdū poſitiones ⁊ articulos ſimul.po
ſtea dabiṫ termin⁹ ad producēdū oīa que ptes voluerint. Dicit
tñ tex.hic ſcḋm eū in hoc ſeruari vſum.de iure aūt dicit ꝙ ſufficiat
vnā dilationē dari ad probandū.alle.ff.de ferijs.l.ſi. vnde dicit
Bar.qḋ hoc eſt expꝛſſo ſtatuto huius decre.que vult in hoc ſer
uari vſū.nō aūt hoc eſt de iure naturali vel ciuili cū ſufficiat da
ri in cauſa ad probādū vnā dilationē vt.d.l.ſi.vnde dicit in hoc
hec decre.nō eſſet ſeruāda in foro ciuili.Tu dic ꝙ tutius eſt qḋ
9 ſeruet̄ per no.in.c.licet.de fo.compe.⁊c. ¶ †Octauo qͣrit an ⁊
qñ producantur teſtes in cauſa in qua proceditur iuxta formā
iſtā habeāt iurare dicit qḋ ſic.Mouet̄ qꝛ lꝫ nō ſit cautū iure di
geſtorū in ſimili.ar.l.theopompus.ff.de do.ꝓle.tñ iure hoc eſt
clarū per.l.iuriſiurādi.C.de teſtib.canonizata.iiij.q.iij.⁊ iō iura
ri debet ar.eorū que dicta ſunt de iura.cal.qꝛ hoc tēdit ad veri
a tatis indaginē.[a] ⁊ de iure diuino.⁊ per ibi dicta.⁊ ꝑ no.de teſt.
venerabi.⁊.C.de teſti.l.teſtiū.iurare etiā debēt teſtes pte preſen
te.ne ei auferatur facultas defenſiōis cōtra equitatē naturalē.
facit qḋ no.C.de teſtib⁹.l.teſtiū.⁊.ſ.de teſti.cum cauſaꝫ.Cōtra
riū videt̄ no.in.l.filiuſfamilias.ff.de dona.ſed hoc videt̄ verius
nec ob.c.tua.de cohabi.cle.⁊ mu.qꝛ loquitur in notario.ſed an
teſtes debebūt in ſecreto examinari ⁊ poſtea fieri publicatio di
cit qḋ ſic mouetur qꝛ per Danielē ⁊ ſic de iure diuino hoc fuit
inductū qḋ examinarentur in ſecreto.Daniel.xiij.⁊ ideo hoc ſer
uari dꝫ ⁊ ſimiliter etiā fieri publicatio alias tolleret̄ defenſionis
facultas.qꝛ nō poſſet opponere ꝯtra eorū dicta.debēt etiā dicta
teſtiū cōcludere neceſſario.vt in alijs cauſis ordinarijs. ar.eius
qḋ eſt dictū de Daniele ⁊ Suſanna.⁊ qḋ no.in.l.teſtiū.C. de te
ſti.per Bar.An aūt valeat iudiciū ⁊ ſnīa ſi publicatio nō ſit fa
cta nec petita vide glo.de hereti.c.ſi.in.vj.ad ſi.⁊ gl.in.l.ꝓlatā
C.de ſen.⁊ iterlo.om.iu.⁊ Bu.⁊ Ber.ibi ⁊ Inn.de re iu.cū.J.
10 ⁊.A.⁊ ibi bonus tex.⁊ gl.ij.q.ij.in ſumma. ¶ †Nono qͣrit an
in hac cā poſt publicationē teſtiū recipiātur alij teſtes poſt di
cta teſtificata dicit qḋ non ꝓpter timorem ſubornationis te
ſtiū ⁊ qꝛ hoc eſſet cōtra naturalē eq̄tatē ꝑ quā alter alteri nō de
11 bet inſidiari.ff.de iu.⁊ iu.l.vt vim.⁊c.¶ †Decimo querit an in
hac cauſa poſſit actor petere a reo qḋ ſibi edat inſtrā.dicit ꝙ nō
qꝛ hoc eſt ꝓhibitū nō ſolū de iure poſitiuo de proba.c.j.⁊.C.de
edē.l.qui accuſare.ſed etiā ex naturali eq̄tate. vt.d.l.ij.qui accu
12 ſare.⁊.C.de teſt.nimis graue.¶ †Undecimo querit an in cau
ſa iſta requiratur cōcluſio tex.hic dicit: nō qꝛ hec eſt ſolennitas
iuris poſitiui qꝛ ſtatim cū liquet de cā pōt iudex pronūciare de
iure naturali vt pꝫ in ſnīa Salomonis.iij.regū.de ꝑſum.affer
te.⁊ ex illo exemplo pꝫ qḋ nō eſt neceſſe dare dilationē ad allo
13 gandū.¶ †Duodecimo[b] qͣrit an ſit citatio neceſſaria ad ſnīaꝫ
b audiendā.dicit qḋ ſic vt hic aperte dicit tex.qḋ intellige vt vidi
ſti cū gl.⁊ infer⁹ dicetur. An in hoc caſu pronūciari debeat iu
dice ſedente.pro tribunali.tex. hic dicit ꝙ hoc nō eſt neceſſariū
ad hoc qꝛ hec eſt ſolēnitas iuris poſitiui.C.de ſen. ex peri.reci.l.
j.⁊ de re iu.c.pe.in.vj.debet eñ eſſe ſnīa deliberata.l.ij.C.de ſen.
ex peri.reci.Sed an ſit neceſſe ꝙ ferat̄ in ſcriptis.dicit qḋ nō vt
hic pꝫ ſed ſatis eſt ꝙ redigatur in ſcripturā vt poſſit ꝓbari.
nā aſſertiōi iudicis nō credit̄.de proba.qñ cōtra iſtū tex.qui ap
te vult qḋ iudex ꝓferat in ſcriptis.vñ pōt dici aliud de iure ci
c uili aliud de iure canonico vt hac[c].Quid ſi non ſeruaret̄.l.j.C.
de ſen.⁊ interlo.om.iu.vt qꝛ ꝑſente ꝓcuratore q fuiſſet.li.conte.
cōdēnaretur dn̄s abſens an ꝓpterea viciaretur ſnīa.dicit ꝙ nō
qꝛ illa ſnīa eſt iuris poſitiui tñ.pꝫ qꝛ de iure ciuili non queritur
actio abſenti tñ qͣritur obligatio naturalis.l.ſtipulatio iſta.§.al
teri.ff.de ver.ob.nudius facit qḋ no.ꝑ gl.j.q.vij.quotiēs cordis
ocul⁹. ꝑ hoc dicit eadē rōe qꝛ ſi ferret̄ ſnīa ꝓ abſente non citato
qḋ valeret hoc caſu lꝫ alias nō teneret.ff.de re iud.l.furioſo.⁊ ꝙ
ibi no.⁊.C.quō ⁊ qñ iu.l.ea q̄ ⁊ ibi no.in.j.gl. Idē dicit ſi iudex
ꝓcedente cauſe cognitiōe q̄ reqꝛit̄ pro debito nulla alia lata ſen
tētia iuberet reos capi ⁊ diſtrahi pro debito lꝫ illa verba magis
ſapiāt naturā act⁹ executiui ꝙ pronūtiatiōis.l.j.C.de execu.rei
iudi.⁊ hoc exemplo ſnīe Salomonis cui⁹ vba fuerūt actus exe
cutiui.de ꝑſum.afferte.ad hoc qꝛ ante legē ciuilē talia expedie
14 bātur manu regia.ff.de orig.iur.l.ij.⁊ ſic via executiua. †His
viſis nūc dicendū eſt quid importēt de ꝓſe ſingula verba ꝑdicta
ſ.ſummarie ⁊ de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij.⁊ pꝛio de di
ctione ſummarie quid importet.Circa qḋ dicit aduertendū qḋ
dictio ſummarie quādoqꝫ adijcitur toti cauſe.vt.ſ.tota ſumma
rie cognoſcatur quādoqꝫ vni articulo cauſe.Quo ad primū ſciē
d dū qḋ ſumma idē eſt qḋ breuis:[d] vel idē qḋ prima prout no.ff.
de ſta.ho.l.in ſumma.⁊ ſic ſummarie idē eſt qḋ breuiter vel pri
marie.ita tñ qḋ nō diminutiue ſed totā ſubſtātiā cōprehendat
effectualē.ff.de re iu.l.j.hinc eſt qḋ qui aliquid dicit in ſumma
principalia mēbra cōprehendit.ff.de cōdi.inde.l.in ſumma.⁊ ni
hil debet de ſubſtantialibus omitti.Ex his infert ꝙ libellus de
bet eſſe formatus ſicut cū procedit̄ ordinarie ⁊ ſimiliter lis con
teſtari.ff.ad exhibē.l.ſigni.§.quis nō poſſideat. ⁊.§. itē quis ex
his.all.§.ſi quis cū faciat.l. inſtanus.§. preter.e.tit.⁊.l.iij. §.eſt
antē.e.ti.vbi iuncta gl.ꝓbatur de libello in precedentibus poſi
tiōib⁹ de cōteſtatione.ex hoc etiā ſeqtur qḋ ſnīa ferēda erit diſ
finitiua lꝫ qdā ⁊ male dixer.it ꝙ ſit interlocutoria.ff.de li.agno.
l.ſi quis a liberis.§.ſi quis ex his.per hoc etiā infert qḋ gl.q̄ eſt
in.l.j.C.cōm.vel epiſt.q̄ inuit ꝙ i ſummarijs nō reqꝛitur ordo
iuris nō eſt vera.⁊ ſi dicas qd opabitur dictio ſummarie.rñdeo
qḋ ꝓut ex ꝑdictis apparet opabitur ꝙ ꝓceſſus expediet̄ ſum
marie.i.breuiter vt dictū eſt.Ex hoc īfert ꝙ lꝫ alr̄ nō poſſent di
lationes abbreuiari niſi cā cognita tñ hoc caſu in abbreuiādo ſi

[a] ¶ Et de iure diuino . Adde Alex.l. milites in.ij.colū.C.de teſt.mil.

[b] ¶ Querit an ſit citatio neceſſaria. Addō fel. in.c.cūm in.iij.col.circa pri.extra de reſcri.

[c] ¶ Quid ſi nō ſeruaret̄.l.j.adde ad hāc.q.d.ta.in terminis in.l. ſtipulatio iſta.§. ſi ſtipuler.ff.de v.ob.

[d] ¶ Ad idē ꝙ prima.adde gl.

la ſola cã erit ſufficiẽs que dʒ agitari ſummarie.ff.de re iu.l.ſi.in
fi.non poterũt taliter tñ abbreuiari qȝ excludat legitima defen
ſio ⁊ ꝓbatio qr ſic excluderet cãe cognitiõeʒ q̃ eſt de ſubſtãtia cãe
vt.C.cõmi.vel epi.l.iudex.⁊.l.ſi.⁊ no.in.l.platã.C.de ſen.ſʒ ea q̃
ſunt de ſubſtãtia cãe nõ tollũtur per ꝓceſſuʒ ſummariũ vt pʒ ex
15 p̃dictis.⁊ in hac de.igit̃ ⁊c. † Iuxta p̃dicta q̃rit̃ q̃ exceptiões po
terũt admitti in hoc proceſſu ſummario. Rñdet qȝ ſi ſunt exce
ptiões que nõ reqrũt altiorẽ indagineʒ ille admittent̃. Si vero
reqrũt altiorẽ indaginẽ.⁊ tũc ſi poſſunt in alio iudicio reſerua
ri nõ admittent̃ p iudices: ſed in alio iudicio reſeruabunt̃.ff.ad
treb.l.ille a quo.§.ſi de teſtõ.⁊.ff.ad exhi.l.iij.§.ibidẽ. Si aũt in
alio iudicio nõ hñt examinari ſed reſeruari.tunc in hoc iudicio
ſummario examinabũtur. vt ſentit glo. in.o.§.ibidẽ ad hoc qr
alѕ auferret̃ ius ptis ⁊ tolleret̃ cognitio qȝ nõ põt fieri p ꝓceſ
16 ſuʒ ſummariũ vt ſuperi⁹ dictũ eſt. † Iuxta p̃dicta q̃ritur q̃ exce
ptiões dicãtur habere altiorẽ indaginẽ ⁊ q̃ nõ rñdet ꝙ ille exce
ptiões nõ dicũtur hr̃e altiorẽ indaginẽ q̃ pñt examinari ĩfra tã
tũ tp̃s infra q̃tũ ꝓceſſus principalis expedit̃.l.ſi is a quo.ff.vt
in poſ.leg. Ulteri⁹ q̃rit̃ an in iſtis ſummarijs exigat̃ ſolennitas
peremptoriĩ ſicut in ordinarijs.dicit qȝ patʒ ex eo qr interpoſitio
primi ⁊ ſecũdi decreti fit ſummati.⁊ tñ opʒ qȝ p̃cedat perempto
riũ.C.de his q ad ecc.cõfu.l.p̃ſenti.§.ſed ſi hoc ⁊.l.cõſentaneuʒ
C.quõ ⁊ qñ iu.⁊ no.p Jo.de lig.de eo qui mit.in poſ.c.j.⁊.ff.de
17 dã.infec.l.ſi finita.§.iulianus. † Deinde q̃ritur an in iſtis ſum
marijs ꝓcedi poterit tp̃e feriato dicit ꝙ nõ niſi in caſibus expꝛ
ſſis.ff.de ferijs.l.j.ſi.⁊.iij. Nec ob.hec de.qr loquit̃ qñ oĩa ſiũt iu
18 guntur.ſ.ſummarie ⁊ de plano ⁊c. † Qualiter fiãt probationes
in hoc ſummario proceſſu.dic ꝙ fiet plene.C.de edẽ.l.procura
tor.ff.de cõdi.ob tur.cãʒ.l.j.facit qȝ no.ff.de proba.l.quinqua
19 ginta.qȝ erit intelligẽdũ in cauſis magni p̃iudicij † Unde ad
uertendũ eſt qȝ plena ꝓbatio eſt q̃ facit iudici plenã fidẽ.vt ꝓ
a batur ⁊ no.in dictis iurib⁹.[a] Et ſciẽdũ qȝ ꝓbatio hʒ ſuos gra
dus quia aliqñ iudex incipit ſuſpicari hoc eſt leui argumẽto in
clinari in vnã partẽ. Aliqñ incipit opinari hoc eſt inclinare ani
mũ ſuuʒ in vnã partẽ ratione forti nõ tamẽ ſic quin credat par
tẽ cõtradictoriã fore poſſibilẽ. Aliqñ credit rõne forti intantuʒ
qȝ in nullo dubitat de cõtrario ⁊ iſta eſt plena ꝓbatio ⁊ natura
lis ⁊ vt dicũt artiſte iſte gradus eſt habitus cõcluſiõis demon
ſtrate i ſpeculatiuis.⁊ ſcribit̃ primo poſteriorũ ⁊ ꝓbatur hec.ff.
de q̃ſti.l.j.in prin.ibi cũ ſuſpectus eſt reus.ecce primus grad⁹.
⁊ alijs argumentis.ecce ſecũdus ita ꝓbatiõe admonetur vt ſo
la cõfeſſio ſeruorũ deeſſe videatur ecce tertius.ꝓbant̃ etiã dicti
tres grad⁹.in.l.iij.§.eiuſdẽ.ff.de teſti. Hoc ſuppoſito eſt aduer
tendũ qȝ quedã ſunt cauſe ſummarie modici aut nullius p̃iudi
b cij ⁊ in illis ſufficit ꝓbatio per iuramẽtũ.ff.ad exhibẽ[b].l.theſau
rus. Quid enim nocet ſi patitur me cauente de d ãno infecto q̃
rere meũ theſaurũ in fundo ſuo. Idẽ vbicũq; petitur ſola exhi
bitio.ſed in actu exhibendi veniret poſſeſſionis trãſlatio. vt.ff.
ad exhibẽ.l.celſus.§.iulianus melius idẽ iulianus vel ſi forte ali
ter per exhibitionẽ dãnificaretur re⁹.qr tunc alia probatio reqͥ
rit̃ vt ſtatiʒ dicã.ff.ad le.aq.l.j.⁊.ff.ad exhiben.l.celſus.§.iulia
nus.⁊ ſic vbi nullũ vl̃ modicũ fit p̃iudiciũ iudex ex ſola iuratiõe
inducitur in ſuſpitionẽ. Quidã autem ſunt caſus in quibuѕ ali
quod p̃iudiciũ fit reo tñ põt reparari p aliud iudiciũ.⁊ tunc re
quiritur probatio alia q̃ꝫ per iuramentum vt puta per vnũ te
ſtẽ vel per alia indicia ita qȝ iudex inducatur in opinionẽ vel ſu
ſpicionem.ff.ad.l.aqui.l.in lege aquilia.ff.de carbo.edic.l.iij.§.
crimen.ff.de ven.in poſ.mit.l.j.§.ſi ea ⁊ hec ꝓbatio dr̃ facta ſum
marie ⁊ hoc eſt primarie quaſi ad primũ gradũ ꝓbatiõis vene
rit.ſ.ſuſpitionẽ vel opinionẽ.⁊ hoc eſt qȝ dicimus prima facie
vl̃ ſic ſeu prima frõte.C.de edi.di.hadria.tol.l.ſi.vel dicitur fa
cta ſummarie.i.breuiter.nã ad plenã probationem fiũt poſitio
nes ⁊ articuli ⁊ probationes ⁊ diſtincte probantur ſecundũ con
ſuetudinẽ hodie approbatã per decre.hic vero ſufficit qȝ ſum
matim narretur negocium ⁊ ſummatim probetur.⁊ hoc habet
locum in cauſis ſummarijs valde fauorabilibus vt alimentorũ
⁊ ventris.ne.ſ.pereant probationes. Si autem non eſſent ſic fa
uorabiles licet poſſint per aliud iudiciũ reparari tunc q̃ꝫ ſint
ſummarie in eis requiritur plena probatio ex parte agentis.di
cetur tamen ſummaria reſpectu defendentis. quia ſi iudex vi
derit reum per calumniam poſtulare dilationẽ vel aliquam ex
ceptionem opponere que requireret altiorẽ indaginem differre
tur exceptionis probatio nec impediretur actoris intẽtio.ff. vt
ĩ poſ.lega.l.ſi is a quo.§.j.ff.de pto.ſtipu.l.j.§.pe.ff.ad trebel.l.
ille a quo.§.ſi teſtamento. Idẽ eſt dicendum in oĩbus iudicijs
poſſeſſorijs quia ſummarie examinantur.C.vnde vi.l.momen
tanee.⁊ hoc quia per petitorium poteſt reparari ſi qȝ preiudi
cium parti inferretur.vnde in iſtis requiritur pro parte agẽtis
20 plena probatio.C.quorũ bono.l.j. † Circa exceptiones aduer
ſarij vero ⁊ circa dãdas dilatiões debet ſummarie ꝓcedi.⁊ hoc

a ❡ Et ſciẽduʒ ꝙ ꝓbatio. addõ bar. in.l.admonẽdi.in.iiij. col. ff.de iureiurã.

b ❡ L. theſaurus. Addõ fel.i c.q̃ in eccleſiarũ in.xvi.col.verſ. iiij. declaratio. extra de conſti.

caſu dicetur ſummarie quaſi prima facie hoc videatur cuʒ iura
partiũ perfecte nõ diſcutiantur. Quedã vero ſunt cauſe in qui
buѕ verſatur p̃iudiciũ partis nec põt reparari per aliud iudiciũ
niſi per appellationẽ vel alijs modis legitimis.⁊ in iſtis ſi dica
tur ꝓcedi ſummarie intelligitur ſolũ quo ad ordinẽ ſed ab vtra
q; parte exigant̃ pleniſſime probationes ⁊ defenſiões legitime
C.de naufra.l.de ſubmerſis licet ibi dicat̃ pluſq̃ꝫ ſummarie agi.
ad hoc hec de.qr ſi hoc procedit vbi omnia quatuor p̃dicta po
nuntur fortius vbi vnũ tantũ.⁊ hoc cũ ꝓceditur cõtra p̃ſentẽ.
Si vero proceditur cõtra abſentẽ vt quãdo interponitur decre
tũ vel fertur ſnĩa diffinitiua ſemp dr̃ ꝓcedi ſummarie illa rõne
qr cũ cauſarũ merita ptiũ aſſertiõe p̃dãtur.de reſti.in inte.cũ
ex literis.C.ſi per vim vel alio modo.l.ſi.non põt dici in abſen
tia partis plene liquere.forte enĩ ſi pars fuiſſet p̃ſens aliud oſtẽ
diſſet.⁊ idõ totũ qȝ agitur dʒ agitari ſummarie.hic eſt qȝ geſta
parte p̃ſente nõ ita porrigũt effectus ſuos ad extraneos ſicut ge
ſta parte p̃ſente.ff.de ioffi.teſta.l.qui repudiantur.⁊.l.papinia
nus.§.meminiſſe.⁊ hoc no.gl.in autẽ.⁊ qui iurat.C.de ꝓo.au.
iud.poſ.vbi dicit gl.qȝ ſcðm decretũ precedit ſummaria cogni
tio ⁊ tamẽ in eo requiritur ꝓbatio per inſtrumẽta vel etiam te
ſtes ydoneos.l.ſi.C.de bo.au.iudi.poſſi.hec vbi de magno p̃iu
dicio agitur. Si vero agitur de modico vt in primo decreto vbi
generatur modicum p̃iudiciũ ſufficit ꝓbari per iuramentuʒ qr
reparari põt de facili per aliud iudiciũ ſi qȝ p̃iudiciũ inferatur
alle.qȝ no.in autẽ.de exhibẽ.reis.§.ſuſcepto.colla.v. per glo. ⁊
de offi.or.paſtoralis in gl.pe.⁊ ſic etiã ſummatiʒ ſentit ſpe.in.§.
21 porrecta.circa ſi.⁊c. † Iuxta p̃dicta q̃ritur q̃ cauſe dici debeãt
ſummarie.gl.dicit qȝ q̃libet cã regulariter requirit plenã cauſe
cognitionẽ.vt probatur i.c.iudicantẽ.xxx.q.v.C.de iudi.l.iudi
ces fallit in caſibus qui no.in.l.iij.§.ſciendũ.ff.de exhi.re.de.di
ſpendioſam.de iudi.⁊ ſic regulariter omnis cauſa eſt ordinaria
⁊ nõ ſummaria.niſi reperiatur cõtrarium.⁊ ſic tenet gl.in.d.§.
ſciendũ.hoc eſt doctrina ſatis cõfuſa ⁊ generalis.ideo Dy.in.l.
j.§.pe.ff.de p̃to.ſtipul.dat aliquas regulas circa hec. Pria eſt
qȝ vbicũq; agitatur cauſa ſup qua ſnĩa lata tribuit ius finale ⁊
aufert ius plenariũ ⁊ tradit alteri ibi deſideratur pleniſſima
cauſe cognitio. Secunda qȝ vbi hoc nõ occurrit ſufficit ſumma
ria ⁊ ſemiplena.ff.quis or.in bo.poſ.ſer.l.ij.dies.⁊ de bo.poſ.l.
iij.§.ſi cauſa cognita ſcðm Dy. Sed aduertendũ quia vt hic di
cit Jo.de li.ll.alle.per Dy.non videntur probare regulas dy.qr
ille leges diſtinguũt an agatur de p̃iudicio magno.an de paruo
ad effectũ.an bonorũ poſſeſſio de plano.an iudice ſedẽte pro tri
bunali debeat agnoſci.nõ aũt ad effectũ.aut dicatur agi ordina
rie vel ſummarie.qȝ patet qr nulla bonorũ poſſeſſio dicitur da
ri in forma ſeu figura iudicij qr nõ ordinarie.facit qȝ no.gl.par
ua in.l.j.§.ſciẽdũ.ff.ad exhi.etiã ſi ius tribuat.licet tũc detur iu
dice ſedẽte pro tribunali ⁊ nõ de plano.vt no.in.d.l.iij.§.ſi cau
ſa cognita.⁊ ſic patet qȝ regule Dy.non procedunt. poſſunt ta
men modificari vt dicamus qȝ prima regula ſit iſta qȝ vbicun
q; ſentẽtia lata tribuit ius finale nec põt reparari per aliud iudi
ciũ niſi per appellationeʒ vel aliud remediũ tunc requirit̃ ple
na cauſe cognitio.C.de iudi.l.iudices.fallit in caſu.l.de ſubmer
ſis.C.de naufra.li.xj. Itẽ in caſu cõſtitutionis ad reprimendaʒ
imperatoris Henrici. Item in caſibus enumeratis in de.diſpẽ
dioſam.de iudi. Item in caſibus in quibus contra abſentẽ pro
ceditur ad diffinitiuam ⁊ poteſt negocium liquidari in abſen
tia partis de dolo ⁊ contu. cauſam.C. vbi de cri.agi.opor.auc.
qua in ꝓuincia.C.quomõ ⁊ qñ iu.autẽ.qui ſemel. Itẽ vbi per
uenitur ad ſcðm decretũ vt eſt dictum. Scða regula ſit talis qȝ
vbi agitur cã ſup qua ſnĩa lata nõ parit magnũ preiudiciũ põt
reparari vel parit tale qȝ per aliud iudiciũ põt reparari abſq;
appellatiõe vel reſtõne vel ſimili remedio.tũc ꝓceditur ſumma
rie.hec regula ꝓbabitur in oĩbus caſibus enumeratis.in.§.ſciẽ
dũ.⁊ in eo qȝ dixi.ſ.de iud.poſſeſſorijs.ſʒ hoc qȝ dico ſumma
rie diuerſimode accipitur vt ſuperi⁹ dictũ eſt. Sed dices hec ꝓ
cedunt quãdo dictio ſummarie cõcernit proceſſuʒ totius cauſe
ſed iura.ſ.alle.videntur loqui qñ dictio ſummatim cõcernit ſo
lũ vnum articulũ cauſe vt probatur.in.l.iij.§.ſciendũ.ff. ad ex
hi.vbi ſummatim debet examinari an interſit ⁊ talis articulus
ſic ſolũ eſt examinandus.⁊ ſic eſt etiã videre in cã alimentorũ ⁊
carboniana.ꝙ ſummatim examinatur an quis ſit filiꝰ.ff.de li.
exhi.l.ſi quis a liberis.§.ſi vel parens de carbo.edic.l.iiij. Sed
dic vbi id qȝ eſt principalis cauſa intentionis venit examinan
dũ ſummarie tunc merito tota cauſa dicitur ſummaria.⁊ idõ ſa
22 tis reperitur in legib⁹ antiqs ꝙ cã agitet̃ ſummarie. † Ulteri⁹
quero de ſcðo vcʒ qñ hec dictio ſummarie adijcitur vni articulo
cãe qualiter intelligatur dic qȝ ſi cã principalis eſt ſummaria.
oẽs eius articuli ſunt ſummarij rõne proxie dicta. Si vero prin
cipalis cã requirit plenã cauſe cognitionẽ tunc eſt videnduʒ de
23 incidentibus ⁊ emergentibus. † Circa qȝ dicit aduertendum
ꝙ quidam

qḋ q̄dā primo ſunt emergētes in quibus vincatur cauſa princi
palis ſine nō ꝓpter qḋ nō perditur ius in eis ⁊ in eis eſt ſemper
ſummarie cognoſcendum. ff. de pen. her. l. ſi quis. §. plane. ⁊. ff.
de inter. actio. l. ſi defenſor. §. illud. In his autem incidentibꝰ ⁊
emergentibus nō dico agi ſummarie reſpectu ordinis. quia in
his attenditur ordo principalis cauſe. ſed dico procedi ſumma
rie reſpectu ꝓbationū cū nō ſint modici p̄iudicij ſufficit qḋ oſtē
dat iudici ſic eſſe prima facie. vt in iuribus ſtatim alle. Quedā
vero ſcḋo ſunt emergentes in quibꝰ ille qui ꝓponit ſi vincit nō
propterea vincit cām principalē. Exemplū ſi actor in prima di
latione nil probauit vel reus cōtra intentionē actoris fundatā
nil probauit in prima dilatiōe. Si petitur ſecūda dilatio ſi obti
net non per hoc vincit cām principalē. ſed remanet ſub dubio
probatiōis. Si vero perdit in iſto emergēti q̄ denegatur ſcḋa
dilatio pdit cām principalē cū nil probauerit in prima. Mō di
co qḋ ſi cōſideramus hāc emergentē ex parte petentis vt ſi que
ritur de probatiōe impedimenti faciendi ab eo qui petit ſcḋam
dilationē. dico qḋ ſufficit ſummaria ⁊ ſemiplena ꝓbatio puta p
iuramentū. de excep. paſtoralis. ff. de excu. tu. l. ſcire op;. §. ſuffi
cit. ⁊ ita refert ſpe. in ti. de ap. §. nunc breuiter. ver. quid ergo pa
pā pronunciaſſe. ita etiā no. Guil. de cu. ff. ſi quis cau. l. ij. §. ſi qs
Ja. tamē de are. dicit in hoc debere cōſiderari qualitatē pſone
pro autē. hodie. C. de repu. ⁊ hoc ideo. q̄ ex hoc ſequit̄ modicū
cōmodum qḋ detur ſecūda dilatio. Si vero tractaretur de pro
bationibus impedimenti ob aliū effectū dicit qḋ nō ſufficeret
probari per ſolū iuramentū. Si vero cōſideramus hāc emergē
tē ex parte reſiſtentis qui ex denegatione huiuſmodi dilationis
cōſequitur magnū cōmodum ſi vult impedire tunc requiritur
plena cauſe cognitio. q̄ ſi denegaretur procederetur ſup nego
cio principali. ⁊ ideo cū agitatur queſtio de dāda vel denegāda
dilatiōe requiritur plena cauſe cognitio q̄ aliquo caſu requirit
plenā cauſe cognitionē. ſ. cū denegaretur. ideo in dubio dicitur
24 plenaria eſſe. arg. ff. de condi. inde. l. ſufficit. † Quedam tertio
ſunt emergentes ecōtra in quibus ex parte ꝓponentis ſi vince
ret totā cām principalē vinceret. ⁊ ſi pderet nō perderet cām pri
cipalē nec vinceret aduerſarius. Exemplū de exceptio. rei. iudi.
iuſiurādi ⁊ trāſactionis. que opponunt̄ ante litē cōteſtatā ad im
pediēdū ꝓceſſum. nā ſi opponens vincat vincit totū proceſſum
ſed ſi perderet nō properea totū perderet nec aduerſarius vin
ceret. ⁊ tūc in hoc emergenti eſt dicendū qḋ ex parte ꝓponētis
requirit̄ plena cauſe cognitio vt vincat. pōt tamen cognitio cer
to reſpectu dici ſummaria. ſ. ꝓpter breuitatē dilatiōis q̄ ſi requi
reret altiorē indaginē differret illa dilatio q̄tū ad impediendū
proceſſum ⁊ fieret lit. cōteſt. ⁊ poſtea opponeret̄ in modum per
em;. de lit. cōteſt. c. j. ⁊. ij. in. vj. ⁊. l. nā ⁊ poſtea. in prin. in tex. ⁊
gl. ff. de iureiu. ⁊ ex hoc ſequitur. q̄ ſi opponens in illa exceptio
ne ſuccumbit nec plene probauit ante lit. conteſt. poſito qḋ ſup
hoc ſint examinati teſtes poſt lit. cōteſt. iterū poterunt exami
nari eodē. c. quia prima examinatio ſummaria non impediret
ſcḋam plenā. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. l. pe. ff. de re iudi. l.
a diuo pio. §. ſi ſup rebus. Itē q̄ teſtes ſup prima inſtātia ſunt
examinati ad vnū finē nūc ad aliū. de teſti. cōſtitutus. ⁊. c. ſigni
ficauerāt. ff. de eden. l. argentarius. §. pe. ff de fur. l. qui tabulas
§. ſi. ſed in caſu iſto ante lit. cōteſt. producūtur ad vnū finē. ſ. ne
procedatur poſtea vero producuntur ad alium finem. ſ. vt diffi
nitiue abſoluatur. ⁊ ideo cū inſtantia incipiat a conteſtatiōe nō
poteſt dici qḋ producant̄ in eadem inſtantia. ⁊ de hoc eſt caſus
in. d. c. veniens de teſti. Hec de emergentibus q̄ cōcernūt ꝓceſ
25 ſum. † Quedā vero ſunt emergentes vel verius incidētes que
ſtiones vt quādo ꝓponuntur alique peremptorie. ⁊ hic aduer
tendū eſt qḋ quedā ſunt peremptorie que nō poſſunt ſeparari
a a principali cauſa [a] ſicut quelibet exceptio intentionis. Exem
plū ſi dico teſtamentum nullum vel ruptum agnatione poſthu
mi vel ſi dicam actori nō cōpetere ius agēdi quia eſt meus ſer
uus. ⁊ in talibus incidentibus eſt plene cognoſcēdū. q̄ ſentētia
lata ſup pri cipali parit exceptionē rei iudicate in incidēti. l. j. C.
de ord. iu. ⁊. ff. de excep. rei iud. l. ſi inter me ⁊ te. qḋ eſt itelligendū
ſi principalis cauſa requireret plenā cauſe cognitionem. ſecꝰ ſi
ſummariam. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. l. pe. ff. de lib. agn.
26 l. ſi quis a liberis. §. ſi vel parens. † Quedam vero ſunt perem
ptorie que poſſunt ſeparari a cauſa principali. prout eſt videre
in qualibet exceptione que eſt actiōis excluſio. nā vtrūq; ſimul
poteſt eſſe ⁊ pōt cognoſci de vno ⁊ aliud omitti. vt patet in exce
ptione pacti preſcriptionis ⁊ ſimiliū. Et harum triplex eſt ſpe
cies. q̄ quedā ſunt que nō poſſunt principaliter in alio iudicio
agitari vt exceptio pacti ratione q̄ ſit mera exceptio. ⁊ de iſtis
debet plene cognoſci cū ex vtraq; parte pariāt plenū preiudiciū
⁊ ſic debeant plene diſcuti. C. de iudi. l. iudices. xxx. q. vlti. iudicā
tē. Quedā in vero ſunt que per ſe poſſunt in alio iudicio agitari
non tamen ad eū finē ad quē ſunt examinati in primo iudicio

exemplū in. l. vendicantē ⁊. l. ſe. ff. de euic. ⁊ tunc debet plene ex
aminari eadē ratione. tamē ſi quis ſuccūbit in modū exceptio
nis illa poterit deducere in iudiciū in modū actionis. vt. d. l. ⁊ ē
dicantem. no. de or. cog. c. j. poſt Inno. de cauſa poſ. ⁊ propri. cū
eccleſia. ⁊ no. Cy. in. l. peremptorias. C. ſen. reſcin. nō poſ. ⁊ not.
27 in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de ver. ob. † Quedam ſunt exce
ptiones que poſſunt examinari in alio iudicio per modū agen
b di ad eum finē ad quē examinate ſunt in modū exceptiōis. [b] vt
eſt videre exemplum in exceptione cōpēſatiōis. quia ſi excipio
intēdo qḋ mihi ſatiſfaciat ꝯpēſando. ſi ergo intēdo ſiliter vt mi
hi ſatiſfaciat. ſ. ſoluēdo. ⁊ iſta exceptiōe eſt oſtēdū q̄ q̄ pōt i alio
iudicio reparari h; aliqḋ ſūmarie cognitiōis. q̄ nō admittit ſi
habet altiorē indaginē. ſed demū ſi nō habet altiorē indaginē.
vt. l. ſi. C. de cōpen. debet tū plene examinari ſicut alie. ſi tamen
opponeretur exceptio cōpenſatiōis debiti naturalis qḋ nō po
teſt in aliud iudicium deduci principaliter tunc debet plene ex
aminari ſicut alie exceptiones tales. ſi ergo diſputatur de hac
exceptione cōpenſationis ad effectū vt opponens vincat vel vt
reprobetur cōpenſatio tunc requiritur plena cauſe cognitio. q̄
faceret plenū preiudiciū. ff. de compen. l. qḋ in diē. §. ſi rationē
Si vero diſputatur de exceptione iſta non omittenda nō bene
reprobando eā. ⁊ tunc nō facit preiudiciū. vt. d. §. ſi rationē. ⁊
ſic nō requireret̄ ita plena cognitio per priꝰ dicta. predicta vē
dicant ſibi locū in his que procedunt ſeu contingunt ante ſen
tentiā. Si autē poſt ſententiā occurrunt alique emergentes vel
incidētes prout aliquādo cōtingit. ⁊ hic eſt aduertendū q̄ harū
etiā triplex eſt ſpecies. q̄ aliquādo poſt ſententiā opponuntur
alique exceptiōes que cōcernūt merita cāe. vt eſt videre in exce
ptiōibus de quibus no. in. l. j. C. de in. ⁊ fac. igno. ⁊ in his dicē
dū eſt idē qḋ ſupra in aliis que ante ſniam occurrunt. aliqñ op
ponuntur exceptiōes q̄ cōcernunt executionē. vt q̄ dicit̄ q̄ exe
cutio nō debet fieri. vt q̄ ſnia nulla vel lata p̄textu falſorū inſtru
mentorū. ⁊ hec requirūt ſummariā cognitionē quo ad breuita
tē dilationū q̄ non requirit altiorē indaginē nec impeditur exe
cutio ſi requirat altiorē indaginē. ſed reſeruatur exceptio ꝓſtita
cautiōe de reddēdo. l. ſi. C. de ſal. ⁊. l. ſi. C. de or. cog. ⁊ de reſti. in
c inte. ſciſcita. [c] Si aūt probatiōes eſſent in ꝓmptu tūc executio
impediret̄ ⁊ fierent ꝓbationes plene. C. ſi ex fal. inſtru. l. ſi. idē
dicit ſi opponitur exceptio qḋ nō d; fieri executio in totū. ſed ſo
lum inquantum conueniens facere poteſt. ff. ſo. ma. l. ex diuerſo
28 §. ſi. † Quedam ſunt exceptiōes que opponunt̄ cōtra executio
nē ſimpliciter. ſed cōtra rem in qua fit executio. ⁊ iſte requirunt
ſummariā cognitionē ⁊ quo ad breuitatē dilationū ⁊ quo ad ſe
miplenā ꝓbationē. ff. de excep. rei iudi. l. a diuo pio. §. ſi ſup re
bus ⁊ hoc q̄ nō agitur de magno p̄iudicio. q̄ ſi nō mandatur
executio ſuper re illa mandabitur ſuper alia. Itē de illa re pote
29 rit cognoſci in alio iudicio ordinario. † Ulterius circa predicta
queritur quid ſi in cā ſummaria iudex in ſnia dixerit ſe habuiſ
ſe plenā cāe cognitionē an per hoc facit p̄iudiciū in alia cā. dic
qḋ nō q̄ intelligitur habuiſſe plenā ſecundū qḋ materia cauſe
requirit. de iureiu. ad noſtrā. el. ij. ff. loca. l. ſi vno in princi. ff. de
vſur. l. ſtipulatus. ff. de dā. infec. l. dāni quidē. ad hoc q̄ cogno
ſcere ſummarie non eſt ſolum in iudice ſed etiā in parte. q̄ forte
nō curat ꝓcedere vel ꝓducere ꝓbatiōes q̄ ſcit cām poſſe repa
ri in alio iudicio. ⁊ hoc maxime ſi pars cōtradixerit ſententie vt
hic in ſi. huius de. licet reuera loquatur hic in caſu in quo pars
tur plenū preiudiciū quomodocūq; agat. Si vero in cā in qua
requiritur plena cauſe cognitio ⁊ plena probatio iudex diceret
ſe habuiſſe ſummariā cognitionē ſnia nō valeret quia plena cau
ſe cognitio eſt de ſubſtātialibus. C. de ſent. l. ex ſtipulatione. ⁊ idē
ſi omittatur viciatur ſnia. vt no. C. de ſen. l. prolatam. ſi. q. vj. ca
30 non; ata. ⁊ hec de dictiōe. ſummaria. ¶ † Sed quid de dictio
ne ſimpliciter. vt ſi mandetur qḋ cauſa agitetur ſimpliciter. di
cit idē qḋ in dictione ſummarie. q̄ debet intelligi ſimpliciter. i.
ſine plica hoc eſt ſine diſtinctiōe ⁊ inuolutiōe. ff. pro ſo. l. cotri. ff.
de vul. ⁊ pupi. l. j. ff. de verb. ob. l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ⁊ de iſto
31 verbo ſimpliciter fit mētio in hac de. † Modo videndū eſt de
hac dictione de plano quid ꝑ illā importetur. Circa qḋ aduertē
dū qḋ planū opponitur alto. vnde cognito quid dicatur altum
quo ad propoſitū cognoſcetur quid dicatur de plano. vnde co
gnito vno cōtrariorū cognoſcetur ⁊ reliquū. de. j. de cōſ. cū ibi
no. ⁊. l. j. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Altū aūt d̄r in ꝓpoſi
to vel rōne loci vel rōne ſtili. vñ dicimus q̄ſq; quē vti alto ſti
lo. Item aduertendū q̄ aliquid de plano fieri opponitur ei qḋ
fit ex arrupto ⁊ velociter. ⁊ hoc ſuppoſito ſciendū qḋ quedā eſt
cā vilis. vt puta de vili ⁊ leui materia vel leuiū perſonarū. ⁊ tūc
debet agi de plano. C. de ſen. antē. niſi breuiores. ⁊. ff. de offi. pro
cō. ⁊ le. l. nec quicq;. §. vbi de plano. ff. de accu. l. leuia. ⁊ tunc di
ctio de plano importat. i. iudice non ſedente pro tribunali. et
ſic non in loco alto. Item quod non ſeruatur ſtilus iudiciorum.

a ¶ Sicut q̄ ha
bet exceptio. de
iſta exceptiōe i
tentionis. vide
gl. l. l. q ſe debe
re ⁊ ibi doc. ff.
de ꝯdi. ob cau.

b ¶ Ut eſt vi
dere i exceptio
ne. adde bar. in
l. ij. ff. de excep.

c ¶ Si aūt. ad
de bar. ⁊ do. l. l.
iiij. §. ꝯdēnatū
ff. de re iu. alex.
in cōſi. lxxvij. in
pe. col. circa ſi. l
ij. vol. ⁊ in cōſi.
hij. in. ij. colū. in
iij. volu. alex. in
cōſi. lxxiij. l. ij.
col. in. v. vol.

d ¶ Mō vidē
dū eſt de hac di
ctiōe adde bar.
in extrauagan.
ad repri. in vſi.
de plano.

Mutinenſ. facit de of. or. paſtoralis. ix. q. iij. ſi autem. ⁊ c. nullus. ⁊ ideo cõcludit ꝙ eccleſia Rauẽnate ſeruãte interdictũ ſoli⁹ dioceſis Rauennatis nõ ſeruãtes illud incurrunt hãc penã. cũ gl. concor. hic Ste. yen. hic ſentit cõtrariũ. dicit enim ꝙ ſi metropolitana ſeruat interdictũ debet etiã ſeruare eccleſia cathedralis. alle. d. c. de his. xij. diſt. ⁊ d. c. de poſtu. pla. nec debet attendi qđ fit ſed qđ fieri debuit de elec. cũ cauſa. puto gl. veriorẽ tenẽdam ſaltem poſt factũ. ¶ Ulterius gl. in ver. item querit. quid ſi eſt interdicta villa vel caſtrũ nõ habens inter ſe incluſam certã eccleſiã cathedralẽ vel matricẽ ꝙ eſſe poteſt de facto. puta ſi forte eccleſia matrix eſt in alia terra nõ interdicta. vel forte plures ſint eccleſie baptiſmales in villa vel caſtro nulla principalior. q2 quelibet baptizat ſuos parochianos. nunquid poterit eſſe tũc locus pene huius decre. ſi forte aliqui ſeruãt interdictũ ⁊ aliqui nõ. gl. tenet ꝙ nõ. quia tũc deficiũt ⁊ mens ⁊ verba huius cõſtitutionis. ergo. ⁊ per cõſequẽs eius diſpoſitio. ar. l. ꝙ cõſtitutũ. de teſta. mili. hic enĩ loquitur qñ in loco eſt aliqua certa matrix eccl'ia. ⁊ ſic vnica. ſec⁹ ſi nulla vel plures. licet ſint ibi alie eccleſie. ⁊ fortius ſi ſole eccleſie religioſorũ ſint in loco nõ ſeruãtes interdictũ non habebit locũ hec pena. Fatetur tñ ꝙ in dictis caſib⁹ erit locus pene iuris antiqui. de qua. ſ. dicetur. cũ gl. concor. hic Ste. ⁊ Paul. dicit tamẽ Pau. ꝙ qñ oẽs eccleſie loci matricis ſeruãt interdictũ ꝙ locus erit huic pene q2 habetur loco vni⁹ principalis. ſicut plures delegati ſine clauſula. alle. de offi. dele. prudẽtiã. ⁊ hoc. idẽ forte ſentit gl. dũ dicit. forte ex illis aliqui ſeruãt interdictũ. aliqui non. facit qđ no. de reſcrip. ſtatutũ. §. cũ vero li. vj. ⁊ de elec. quorũdã c. li. ⁊c.

a ¶ Glo. ſciuerint ª querit an hec cõſtitutio liget ꝓbabiliter ignorãtes. dicit ꝙ nõ per hũc tex. a ſenſu cõtrario. ¶ Gl. obſeruare. querit ad lr̃e declarationẽ q2 hic ꝙ religioſi in obſeruãdo interdictũ eccleſie cathedralis vel matricis debẽt ſe illi cõformare ⁊ ſeruare illud qđ ſeruat eccleſia cathedralis vel matrix. ſz an econtra religioſi nõ debeãt obſeruare id qđ non ſeruat eccleſia cathedralis vel matrix. ⁊ ſic etiã in nõ obſeruãtia debeant illi ſe cõformare. vr̃ ꝙ ſic a cõtrario lr̃e. q2 ſicut tenetur ſe cõformare in obſeruãdo ita ecõtra in nõ obſeruãdo ſi illa nõ ſeruat. Item q2 cõtrariorũ eadẽ dz eſſe diſciplina. ¶ Gl. hoc nõ ob. ſz cõtrariũ. Mouetur q2 hec cõſtitutio non intendit diminuere obſeruãtiã interdictorũ ſed illã augere vt pz ex prin. decre. ergo cũ veniat ad augmentũ nõ debet operari diminutionẽ. ar. de. ſ. de ꝓben. ad hoc q2 cũ iſtud ſtatutũ ſit editũ ad penã non debet trahi ad gratiã. de tranſla. prela. c. ij. vltra mediũ. nec ob. ar. a contrario

b ſenſu ᵇ quia illud non debet ſumi vbi in iure reperitur cautũ con-

10 trariũ. iuxta no. plene de elec. publicato ſup vlti. gl. ¶ † Itẽ nõ ob. qđ contrariorum debet eſſe eadem diſciplina. q2 illud verum preterꝙ vbi mens ⁊ verba reſiſtunt. alle. de verb. ſig. c. ſi. de offi. lega. ſtuduiſti. per hoc concludit ergo ꝙ ſi in cathedrali eccleſia vel in matrice de facto nõ ſeruatur interdictum qđ de iure deberet ſeruari. qđ exceſſus clericorum talis eccleſie non dabit per hoc materiã alijs delinquendi. vt ſic ſint excuſati ſi etiã ipſi non ſeruarent interdictum loci facit de priuile. petiſtis. cum gl. concor. Pau. dicens ꝙ hic non eſt eadem diſciplina contrariorum. qđ no. de quo vidiſtis in cle. j. de cenſi. cum gl. concor. etiam Ste. dicens ꝙ religioſi tenentur ſeruare interdictum vbi ſciunt eſſe ſer-

11 uandũ. licet eccleſia matrix non ſeruet. † Quando autẽ dicatur eccleſia matrix obſeruare interdictũ. dicit hic gl. quando abſtinet a celebratione diuinorũ officiorũ alo ſeruandi interdictũ quaſi ſecus ſi alia de cauſa abſtineat facit qđ not. in decre. petiſtis de priuil. in verſi. nõ ſi violauerit ⁊ ſic ſi tunc quãdo alia de cauſa abſtinerent religioſi non ſeruarent interdictũ non incurrent hanc penã qđ no. ⁊ no. in gl. de ar. a cõtrario ſenſu. cũ etiã

12 concor. gl. de eta. ⁊ qua. c. vno. in. vj. † Iuxta pdicta querit qđ ſi quis ſciat interdictum latum an tenebitur illud ſeruare licet non ſit publicatum. dicit Mat. ꝙ ſic. ⁊ ſic dicit notaſſe Archi. de ſen. excommuni. is qui. li. vj. de quo etiã gl. ſ. e. prox. ¶ Glo. appellationibus. oppo. hic videtur innuere tex. ꝙ ſi appellatio precedit interdictum ꝙ ex hoc nõ vicietur interdictum. Sed cõtra de. c. ad hoc. ⁊ c. dilectus. de appel. Soluit qđ hic non intendit dicere qđ interdictum ſit aliqđ licet appellatio precedat. ſed ſolum intendit dicere ꝙ quis precedat appellatio vel alia cauſa tamen ſi eccleſia matrix ſeruat interdictum religioſi etiã debẽt ſeruare etiam ſi interdictum ſit nullũ. ⁊ ſic ſi violant ⁊ tunc erũt excõmunicati: ⁊ forte hoc ideo. q2 in dubio pſumẽdũ eſt pro eccleſia matrice ꝙ non ſine cauſa ſeruat interdictũ. ⁊ hoc etiã forte voluit Guil. hic ⁊ zenze. qui ex hoc tex. colligunt ꝙ vbi iudex de quo conſtat mandat denunciare aliquẽ excõmunicatum vel ſuſpenſum vel locum interdictum licet ex aduerſo ꝓponatur antea emiſſa appellatio ⁊ per eccleſias ⁊ loca publicata tamen ſemper ad mandatum iudicis eſt vitandus quia preſumẽdum eſt pro iudice. de renun. in preſentia. cũ gl. cõcor. hic Ste. ⁊ Mat. Idem Pau. dicens religioſos debere interdictum ſeruare. qđ

a ¶ Querit an hec cõſtitutio. Adde not. per gl. ⁊ doc. ſ. c. cognoſcẽtes extra de conſti.

b ¶ Q2 illud nõ dz ſumi. Adde ad hoc plures concor. p. d. iaſ. in l. ſi. in pri. in. x. col. v. ij. ex hoc ff. de o. ſi. ei⁹ cui man. eſt iuriſ.

c ¶ Et hic ſũpta occaſiõe. ad cle. plenſ inn. in rubrica extra de ſen. excom.

d ¶ Qualiter autẽ ſumatur. adde hon. tex. ſ. c. nõ ẽ nobis de ſpõ. ⁊ tex. in. c. qđ te de pen. ⁊ remiſ.

ſeruat matrix eccleſia. etiam ſi interdictum ſit de iure nullũ. Fatetur tamẽ ꝙ tunc nõ erunt irregulares ꝓpter violationem interdicti. ſed erunt excõmunicati per hanc cle. q2 celebrat alle. de cle. excõmuni. miniſ. c. illud. ⁊ hoc etiam ſentit gl. ſ. in verbo ſubiacere. ¶ Gl. quibuſcũqꝫ querere voluit de ratione quare hoc caſu non attenditur aliqua contradictio. Rñdet q2 alias poſſet allegari nullitas ſententie interdũ que poſſet cauſari ex multis cauſis iuxta no. in c. pſenti. de. eo. in. vj. ⁊ ſic de facili eneruari virtus interdicti ⁊c. ¶ Glo. excõmunicatiõis. notat ex litera caſũ

c in quo quis ipſo iure incurrit ſententiã excõicationis. ᶜ ⁊ hinc ſumpta occaſione enumerat ⁊ alios caſus ſimiles expreſſe inductos per. xviij. cõſtitutiones hui⁹ voluminis. quorũ tamen aliqui ſunt reſeruati ſoli pape. ⁊ in fine adijcit duos tacite ⁊ nõ expreſſe iductos. ¶ Quot autẽ ſint tales caſus iducti per ius vet⁹ decreti vz ⁊ decretalium. dicit Hoſt. in ſumma. e. ti. §. iij. in pri. colligit. xxx. Quot autẽ ſint iducti p iura ſexti. dicit gl. ꝙ. xxiij. prout no. gl. in decre. eos qui. de. eo. ti. in. vj. vide gl. ⁊ no. eam tãꝙ magiſtrã. vide etiã de hoc per guil. in repertorio ſuo ſup hoc

13 ti. ¶ † Glo. ſubiacere. op. ꝙ immo violans interdictum incurrit aliã penã ꝙ excõmunicationis. vt probatur in. c. ſi. de exceſ. pla. de priori. auctoritate. ⁊ c. epiſcoporũ in. vj. ⁊. de. eo. li. Soluit glo. ꝙ vltra penas illas incurrit etiã iſtã que ibi adijcitur ⁊ accumulatur. ⁊ ſic nõ ob. cõtra. Fatetur tamẽ gl. ꝙ poſſet cõtingeret caſus ꝙ iſta pena ligaret ſine illis ⁊ econtra. Exemplum ponit q2 ſi ſententia interdicti vere non ligat q2 eſt nulla ꝓpter preambulã appellationẽ legitimã vel propter aliam cauſam nullitatis. tñ ſi tunc eccleſia matrix illã ſeruet ſi religioſi non ſeruẽt incurrunt hanc penã ⁊ non illa. ſimiliter econtra ſi ſententia interdicti vere ligat ⁊ eſt aliqua. ſed eccleſia matrix illã non ſeruat quia tunc ſeruantes nõ incurrunt hãc penam. ſed penas iuris antiqui tunc aũt ligãtur religioſi vtraqꝫ pena huius cõſtitutionis. ⁊ eſt pena iuris antiqui qñ eccleſia matrix ſeruat interdictũ de iure validum. neutra autem ligantur quando interdictum latum eſt nullum. ⁊ non ſeruatur per matricem eccleſiã. tũc nullã penã incurrũt. Que aũt ſunt pene violantis interdictũ ⁊ quot: explicat hic Guil. Primo q2 talis tam religioſus quam cleric⁹ eſt ſuſpenſus ipſo iure. d. c. tanta de exceſ. prela. Itẽ ei eſt interdictus ingreſſus eccleſie. de priuil. epiſcoporum. in. vj. Item eſt excommunicatus ſi non ſeruat interdictum in ſepeliendo contra interdictum. de ſepul. in cle. eos. Item eſt irregularis ⁊ ineligibilis actiue ⁊ paſſiue. de. eo. is cui in. vj. Item ſi eſt religioſus incurrit excõmunicationẽ. vt pz in hac cle. Quare autem hic plus puniatur violans interdictũ ꝙ ſi violaret ſuſpenſionẽ vel excõmunicationẽ dicit Gui. ꝙ idõ hoc euenit. q2 aliqui credebant interdictũ vilius alijs cenſuris eccleſiaſticis. ⁊ idõ violabant ⁊ ꝓpter hoc tanꝙ ſceleratius ⁊ grauius vindicatur ⁊ grauior pena impo-

d nitur. xxiij. q. j. nõ afferamus. ᵈ Qualiter autem ſumatur hic interdictum. dicit idem Gui. qđ hic ſumitur interdictum prout eſt pena auferens ea que ſunt diuini miniſterij perſonis ⁊ locis interdictis. Aliter autem ſumitur interdictum in rubrica. ff. de interdic. ⁊ C. de quo per Jo. de lig. in tractatu de eccleſiaſtico interdicto ſeu de cenſura eccleſiaſtica. ¶ Glo. comprobatur. alle. concor. ⁊ auctoritates ex quibus patet nil agendum fore ſaltem alicuius ponderis ſine conſilio. quod bene not. ¶ Glo. generalibus querit quid ſi ceſſationes eſſent ſpeciales. Reſpondet qđ tunc non haberet locum cle. quia ille ſunt ſeruande tantum in eccleſijs in quibus ſunt introducte alle. de app. dilectus. Qualiter autem poterit conſtare de ceſſationibus generalibus a omnis quod fiant per ſtatuta conciliorum prouincie. dicit Gui. qđ quia illa ſunt facti oportet recurrere ad libros conciliorum prouincie. quorum multa expreſſit Berengarius in tractatu quodam de excommunicatis ⁊ interdictis a iure. Et nota bene iſtũ tex. cum gloſ. quia facit ꝙ violans ceſſationem a diuinis incurrit irregularitatem ſi eſt ceſſatio generalis. ſicut violans interdictum cum illi comparetur. vt hic patet. ſecus in ceſſatiõe ſpeciali. de quo de offi. ord. ſi canonici in. vj. in noui. ¶ Glo. alie ſunt literales. ¶ Ultimo glo. hic tractat de collegijs id qđ habetur de exceſ. pla. dilecta. ibi omittendum ⁊ dicendũ eſt prout ibi habetur. ⁊ per bar. in. l. ſi. ff. de colle. illicitis.

1 ¶ Officium dimittere propter ſuperuenientiam excõmunicati vel interdicti publice an liceat.

2 Delictum de facili trahitur in exemplum propter impunitatẽ delinquentium.

3 Interdictum violari faciens eſt ipſo facto excommunicat⁹ quacũqꝫ fulgeat poteſtate.

4 Excõicati publice ⁊ interdicti moniti vt exeant eccleſiam debẽt exire qñ diuina celebrantur: alias ſunt excõmunicati alia excommunicatione a qua ſolus papa abſoluat.

5 Interdictum latum ſciens an teneatur illud ſeruare licet non ſit publicatum.

Interdicti

6 Interdicti generalis tẽpore an dñi temporales in capellis ſuis poſſunt facere celebrari.
7 Et an tempore interdicti poterunt pulſari campane ad predicationem vel capitulum congregandum.
8 Vox preconis paucis innoteſcit ſed an ſit maior citatio que fit voce preconis an ſono campane.
9 Excommunicatum occultum non debemus vitare in publico occulte aũt eum vitare poſſumus.
10 Excommunicatus ſi ingrediatur eccleſiam qñ officia vel alia diuina officia celebrantur an ſacerdos poſſit dimittere officiũ ſeu miſſam imperfectam.
11 Communicans excõicato maiori communicãdo ſimplici cõione ⁊ non in crimine an incurrat mortale peccatum.
12 Celebrans coram excõicato maiori an ſit irregularis.
13 Excõicatus ſi intereſt alijs officijs ꝙ̃ miſſe quõ puniatur.
14 Excõicatus an ſufficiat ꝙ in genere vel generaliter moneatur ꝙ exeat eccleſiam qñ diuina celebrantur.
15 Excommunicatus an poſſit iterum excõicari: ⁊ quid operetur iterata excõicatio.
16 Abſolutio vnica an ſufficiat ligato pluribus excõicationib᷑.

Grauis ad nos ꝑla.

Primo narrat quendã abuſum nobiliũ ⁊ dñorum tẽporaliũ circa violationẽ interdicti eccleſiaſtici. Scdo penã imponit. ſcda ibi. Ne igitur. ¶ † No. primo ꝙ licitũ eſt dimittere officium
ꝓpter ſuperuenientiã excõicati vel interdicti publice. ¶ Et ſic no. caſum in quo põt remanere officiũ miſſe ⁊ aliud officiũ diuinũ
2 inexpletũ: qð intellige vt dicetur cũ glo. ¶ †[a] No. ꝙ ꝓpter im-
a punitatem delinquẽtiũ delictũ de facili trahiť in exemplũ. ⁊ idõ dicit canon ꝙ ſi ea q̃ male vſurpanť non corrigant exceſſus via
3 alijs aperitur. xxij. di. preuenit. ñ. ⁊ xxiij. q. j. parat᷑. in ſi. ¶ † Nota penã nobiliũ ⁊ dñorũ tꝑaliũ facientiũ violari interdictuꝫ eccleſiaſticũ ⁊ cogẽtiũ ad id aliquos qui ſunt excõicati ipſo facto. ⁊ nõ poſſunt per aliũ abſolui niſi per ipſm papam. ⁊ ꝓcedit hoc &c in excõicatis publice ⁊ interdictis qui moniti noluerũt exire eccleſiam. qꝛ eãdẽ penã incurrũt. Ex quo no. ꝙ excõicat᷑ iteruꝫ põt excõicari. de quo tangit glo. ſi. hic. ⁊ habeť. xj. q. iij. engeltrudã. ⁊ de iudeis ita quoꝛ̃dã. Itẽ no. ſm guil. hic ꝙ aliud eſt celebrare tꝑe interdicti. ⁊ aliud eſt vbi excõicatus exiſtiť audire diuina. ⁊ aliud facere auctorizabiliter celebrari. alle. de ſe. excõ-
4 muni. illð de quo ibi. ⁊ in cle. archiepo. de priuile. ¶ † Itẽ not. ſm Ste. ꝙ excõicati publice ⁊ interdicti moniti vt exeãt eccliaꝫ debẽt exire cũ celebranť diuina alias ſunt excõicati alia excõicatione a qua ſolus papa abſoluat. ¶ Glo. tẽporales q̃rit ad lr̃e declarationem quid ſi iſti dñi tꝑales ſint epi vel eccliarũ prelati qð eſſe põt ne cleri. vel mo. c. ſi. in. vj. ⁊ faciũt ꝫ hãc cõſtitutionẽ an locũ habebit pena huius decre. Rñdet ꝙ ſic. qꝛ tex. indiſtincte loquiť. ⁊ eſt ſic indiſtincte intelligẽdũ. ar. xix. di. ſi romanorũ facit de excel. prela. ſancta ⁊ qð no. in cle. multorũ. ꝫ. de heret. ꝫẽ ꝫc. hic tꝫ cõtrariũ. Monet. qꝛ hec ꝯſtõ eſt penalis. ⁊ p ꝯñs non extẽdẽda. de ele. ſtatutũ in. vj. ⁊ maxime ꝫ illos ꝫ quos per iura alia eſt ſufficienter prouiſum. de excel. prela. ſancta. prout eſt videre in ipſis ⁊ aliñs prelatis. vt. d. c. ſancta. ¶ Itẽ ad hoc qꝛ hec cõſtitutio emanauit ad inſtantiã prelatorũ cõtra dños ſ. tꝑales ⁊ ſic nõ eſt veriſimile ꝙ cõtra ſe ſupplicauerit. Or credo gloſ. iuniorem ex vi verborũ lꝫ forte mens ſpecificat ad hoc ſe nõ extendat. ¶ Glo. ſuppoſitis querit an hec decre. ꝓcedat ſiue emanauerit a iure ſiue ab hoie. Rñdet ꝙ ſic qꝛ indiſtincte loquiť. facit
5 decre. ij. de ꝯu. lepro. Idem tenet Pau. † Deinde inducit ad queſtionẽ illa nunquid ille qui ſcit latum interdictum ab homine vel a iure ſi nondũ eſt facta denũciatio illius teneať illud ſeruare. qꝛ vid. ꝫ ꝙ ſic per hũc tex. qui aperte vult ſatis eſſe locum interdictũ ⁊ interdicto ſuppoſitũ. lꝫ nõ ſit publicatũ vt hic pateꝫ quia nihil addidit de publicatione ſed ſolũ dicit de ſuppoſitione ſeu de ipſo interdicto. Ad idẽ facit. ꝫ. e. cũ deſideres. primo rñſo in ſi. ⁊ c. cũ nõ ab homine. ⁊ qð ibi not. Ad hoc etiã accedat. qꝛ ille qui ſcit certiorari non dꝫ de reg. iur. eum qui in. vj. alle. glo. cõcor. hec opi. vt refert glo. placuit Archi. ꝫ. eo. is qui in vj. Ad hoc etiã allegabat. qꝛ celebrare pendet a voluntate agentis ſeu celebrantis. ⁊ ideo ſi quis ſciens celebrat in loco interdicto eſt in culpa. qꝛ agit rem illicitaꝫ propter prohibitionẽ ſuperiorum ⁊ ꝓpter inhabilitatẽ loci alle. de ꝯſe. di. j. ſicut ꝓdicta intelligit eſſe vera niſi factũ eſſet occultũ. alle. vj. q. ij. ſi tm̃. ⁊. ꝫ. eo. cũ non ab hoie facit qð videbitis. ꝫ. cũ gl. occultũ in. ver. publice. In cõtrarium alle glo. duo iura primo. ꝫ. euidenter. xj. q. iij. Remittit glo. pro ſolutione ad ibi no. qꝛ ibi poniť opi. Gratia. ⁊ Jo. Fauentini que reprobatur cõiter. Scdo alle. ꝫ. de. proxi. Soluit ſimpliciter remittẽdo ad ibi no. dic vt ibi non dꝫ ſumi. arg. a cõtrario ſenſu ꝓut ibi fuit dictum. Nã vt hic dicit Pau.

ibi non intendit diminuere de obſeruantia interdictorum: ſed adijcere quo ad religioſos. ⁊ hanc opini. ⁊ ſententiam videtur amplecti glo. ⁊ ſimiliter hic Paul. dicit hec litera facit pro opi. Archi. in. d. c. is qui. vbi tenet ꝙ ſciens locum interdictum: licet non ſit publicatum illud ſeruare tenetur. nec ob. ꝫ. de. proxi. qꝛ reſpondet vt proxime dixi. Idem tenet Mat. ꝫ. de. proxi. Dicit tamen glo. ꝙ expediens foret prouideri per nouam conſtitutionem ꝙ clerici non tenerentur ad obſeruantiam interdictoꝝ prelatorum a iure niſi prius fiat illorum declaratio ſeu denunciatio arg. decre. cum ſecundum. de here. in. vj. ⁊ in decre. ꝙ̃ꝙ̃. de cen. ⁊. ꝫ. eo. titu. de preſenti. Cuius litera ſatis congruit huic dicto.
6 ¶ † Glo. capellis. reuocat in dubium nunquid domini temporales in capellis ſuis poſſunt facere celebrari tempore interdicti generalis videtur ꝙ ſic per hunc tex. ¶ Glo. tenet contrarium dicens ꝙ mens huius litere non eſt dicere ꝙ in talibus capellis ſuis in loco interdicto ſit licitum celebrare: ſed fuit intentio litere aggrauare contemptum. quaſi voluerit dicere. maiuꝫ eſt hoc facere in capellis ſed grauius in eccleſijs. Idem Guil. alle. de ꝓuile. cum capella. Itẽ quia capelle tanq̃ acceſſorie licet ex ſe ſint nobiliores dependẽt a locis ⁊ cum eis tranſirent ſi fieret locorũ venditio iuxta no. de iurepatro. ex literis. ⁊ in illis abſtinenduꝫ eſt tꝑe interdicti ſicut in alijs locis: maxime ſi fuerint dedicate ꝑ pontificem. de conſe. diſtin. j. an eccleſia. ꝫ. de reli. do. ad hec. ſec᷑ dicit de quibuſdam ſimplicibus oratorijs que ex ſpeciali licentia inanis glorie cauſa potius q̃ deuotionis faciunt in aliquo angulo ſue domus: qꝛ ibi celebratio in nullo tempore interdicti fieri debeat: ⁊ ſic nec etiam in illo tamen locus non debet dici religioſus. alle. ꝫ. de pe. ⁊ re. de. cum ſecundum. ⁊ quod ibi fuit dictum poſt Guil. Glo. vocantes. ponderat literam quia licet hic loquitur de vocatione facta ad celebrandum. tamen poſtea ſolam coactionem punit per quam cogunt aliquos celebrare de vocatione autẽ ad audiendum diuina bene ponit infra. ¶ Gl. campanarum. querit de diuerſis officijs campanarum: qꝛ quandoqꝫ pulſantur propter diuina quandoqꝫ propter aliam cauſam re-
b mittit ad no. in. d. c. j. de offi. cuſto.[b] Sed querit hic Guil. † nũ
7 quid tempore interdicti poterunt pulſari campane ad predicationem vel capitulum congregandum. dicit ꝙ ſic. alle. ꝫ. e. reſpõſo. ⁊ de elec. in cauſis. quod intelligit procedere dummodo hoc
8 non fiat in fraudem. ¶ † Gl. preconia. querit que ſit fortior vocatio an vocatio per campanam an vocatio per preconem. Reſpondet ꝙ diuerſo reſpectu vocatio per campanam videtur fortior. et diuerſo reſpectu vocatio per preconem. nam attento qð vox preconia paucis innoteſcit. vt dicit tex. in auten. de ling. ꝫ. omnem. collatione. viij. ſecus in ſono campanaruꝫ quia multis innoteſcit. Ideo hoc reſpectu vocatio per ſonum campanarum dicitur fortior: attento ꝙ etiam preco loquitur ꝙ non facit campana fortior eſt vocatio preconis ⁊ ideo ibi maior eſt contẽpt᷑ ⁊ ſimiliter qñ vocatio ſit per edictum: qꝛ id expreſſe proponitur ex parte mandantis: ⁊ ſcribitur ꝙ non contingit in campana: ⁊ hoc aperte ponit hec litera. ſ. ꝙ ſit maior contemptus quando ſit vocatio per preconem vel edicta q̃ qñ per ſonum campane cum glo. concor. hic Pan. Colligit enim Archi. ex hac litera ꝙ vocatio preconia plus arctat q̃ pulſatio campane. ad hoc alleg. quod eſt dictum. ꝫ. ſ. qꝛ preco cum loquitur profert ⁊ exprimit ꝫ ha: ſecus contingit in campana. per hoc dicit ꝙ licet in minoribus negocijs ſufficiat pulſatio campane in grauioribus tamen requiritur per preconem ſeu nuncium prout no. Inno. de elec.
9 in cauſis. quod no. ¶ † Glo. publice. querit quid ſi quis occulte eſſet excõicatus an incidat in hanc penam precipiens ꝙ non exeat de eccleſia dum celebrantur ſolemnia miſſarum. Reſpon-
c det ꝙ non a contrario litere: ⁊ qꝛ occultum excõicatum nõ debemus vitare in publico. alle. vj. q. ij. c. ij. ⁊ ti. cum non ab hoie. Occulte aũt põt vitari. vnde per hoc dicit Raymundus in ſumma huius titu. ꝫ. queritur. ꝙ ille qui ſcit excõicatum occulte eſſe in eccleſia caute de ea exibit ſi poterit vt ſic nullus perpendeat de cauſa. Si aũt non poſſit fieri ſine ſcandalo ⁊ qñ alij perpenderent tunc non debet exire per iura preallc. ⁊ ne ſit ꝓditor peccatoris occulti. ij. q. j. ſi peccauerit. Idem Mat. alle. vltra predicta. xlvj. di. ſi clericos. Ideꝫ tenet hic Pan. Qñ aũt dicatur quis ſcire quem excommunicatum. dicit hic Step. quando vidit verberare clericum vel audiuit ferri contra eum ſententiam vel qñ epiſcopus ſibi dixit ꝙ excommunicatus erat. xxij. q. v. hoc videtur. ij. q. prima. primo. xj. q. iij. non ſolum. ⁊ c. cure. lxxx. diſtin. ſi
10 quid. ¶ † Glo. inexpleta. opp. ꝙ immo non debent miſſarum ſolemnia remanere inexpleta propter penitentiam excõicati. vn de opp. de no. in. c. nuper. ꝫ. e. xj. q. iij. ſicut apoſtoli. vij. q. j. illud ⁊ c. nihil. Soluit ꝙ aut ſacerdos nondum inceperat canonem miſſe. ſ. qui pridie ⁊c. ⁊ tunc debet remanere inexpleta ita hic. in
, terdum iam inceperat canonem miſſe tempore quo excõicatus ſuperuenit: ⁊ tunc non debet miſſa remanere inexpleta ſed com

a ¶ No. ꝙ propter. Adde hñ facere text. in. l. ita vulneratus. circa ſin. ff. ad. l. aqui.

b ¶ Sed q̃rit. Adde que dicuntur ꝑ Pet. de ancha. in. c. qð in te. de pe. ⁊ remiſ. ⁊ Fed. de ſe. in conſilio lxviij.

